



**Isychii presbyteri Hierosolymorum, In Leuiticum libri septem :
inuenies, optime lector, interpretationem Isychij sic
temperatum, ut quum uulgatae aeditioni Hieronymiani omnia
conueniant, identidem tamen LXX. testimonijs utatur, ut
tralationes utraeq[ue] inter se commixtae (id quod non fuit,
nisi doctissimi simul & diligentissimi interpretis) planius
faciant, quod alterutra consequi nullo pacto poterat. Fruere
ergo hoc nostro munere recens a situ eruto, & uale.**

<https://hdl.handle.net/1874/428899>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**


More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

109
Pl. E. N^o. 5



24.

f.

LIBRARY OF THE
MUSEUM OF COMPARATIVE ZOOLOGY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASS.





bilat Qui enim manduca
cat et bibit indigne: iu
diciu sibi manducat
et bibit: non diiudicat
corpus dñi. Ioh

inter uos infirm
brailles: et dormiunt
mulla. Sed si noluer
iplos diiudicemus
non utiq; diiudicare
mur. Dum autē dii
dicamur a dño cor
pimur: ut nō cum hoc
mundo dampnemur.

Oculi omnium in te spe
rante domine et tu das illis
escam in tempore oportuno

V. Apertis tu manū tuā et
implet omne animal be
nedictione. **Ant.** **V.** Ca

ro mea uere est abus et sa
nguis meus uere est potus
qui manducat meā car
nem et bibit meū sangui
nem in me manet et ego
in eo. **Seq.** Lauda syon.

Ant. **V.** Dicit **S. iohem**
i. d. s. et turbis iudeoꝝ.

Caro mea uere est ab:
et sanguis meus uere
est potus. Qui manduca
cat meā carne et bibit
meū sanguine: in me
et et ego in eo. Si


que misit me uiuens
pater: et ego uiuo ppter
patrem. Et qui manduca
cat me: et ipse uiuet p
pter me. Hic est panis:
qui de celo descendit.

Non sicut manduca
uerunt p̄res uiri man
na in deserto: et mortui
sunt. Qui manduca
cat hunc panē: uiuet
in eternū. **Credo d:** post.

Sacerdotes incensū off
dñi et panes offerunt deo et i
deo sc̄i erunt deo suo et nō
polluent nomē eius. **ser**

Ecclie tue q̄s domine
unitatis et pacis
ppicius dona concede
que sub oblatis mu
nerib; iusticie designā
tur. **Per dñm. p̄fatio**

Biblia et interpretes
Folio n° 210.
K 10941. 8. 5



N^o. 7. B.

N^o. 50. A.

Hesychius

ISYCHII PRESBY-

TERI HIEROSOLYMOREVM, IN LEVI-
TICVM LIBRI SEPTEM.



INVENIES, OPTIME LECTOR, INTERPRETATIO-
nem istam Isychij sic temperatam, ut quum vulgatae editioni Hierony-
mianae omnia conveniant, identidem tamen LXX, testimonijs utatur,
ut translationes utraeque inter se commixtae (id quod non fuit, nisi do-
ctissimi simul & diligentissimi interpretis) planius faciant,
quod alterutra consequi nullo pacto poterat. Frue-
re ergo hoc nostro munere recens a situ
eruto, & Vale.



Ex dono Buegetii

Cum gratia & privilegio Caesareo.



hic in submario tunc vasa

ISSYCHII PRESSBY

TERI HICROOYTHORVA IN LEVA

TICVA LIBRI SETTE

INVENIT. OTTINE LECTO. INTERESTO.

non illam libris de scripturae quibusdam libris
sunt omnia scripturae librorum. etiam, etiam
invenit. invenit. invenit. invenit. invenit.
Etiam illam. Etiam illam. Etiam illam.
quod illam. quod illam. quod illam.
reignat. reignat. reignat. reignat. reignat.



Congressus Librorum

Dec 10, 1850

ORNATISSIMO VI-

RO DOMINO MATHIAE A SARAECASTRO,
OFFICIALI TREVERENSI, IOAN-
NES SICHARDVS, S.



VM tu istic excribendis, ego uero hic excudendis libris, pro se uterq; nostrū strenue operā nauat, ornatissime uir, nescio an nos gratia, nō dico iam digna, sed ulla sequatur, Ad me q̄uis hoc parū attinet, qui hoc mi hi duco lucrū uigiliarum mearū abunde magnum, si aliqua modo parte nostri seculi hominibus profuero; id tamen quod ingenij dotibus, quæ scio quàm mihi sint exiguæ, haudquaç sumpserim, sed quum nihil nō tento, ne quidē rei familiari satis consulens, ut à situ, quo erant occupati foedissime, optimi quicq; autores asserantur, ut sint uel posteris, postea quàm de ijs, qui nunc uiuunt, propemodū desperatū est, animi erga hoc seculum bene affecti testes. Quod equidem non possum non incredibili amore prosequi, præsertim quū eiusmodi nunc passim uideā exoriri ingenia, quæ si ueteribus illis, quibus iure quodā præiudicij summa tribuimus, pergas cōferre, in omnibus paria, in nōnullis etiā superiora facile iudicabis. Quam tamen laudem ut diutius tueri possimus, dubium faciunt quorundam mores, qui ueterem rursus, & quam necdū satis dedidicimus, malunt accersere barbariem, quàm ad eam nos frugem peruenire, ad quam tot præclari nostræ tempestatis uiri cohortantur, atque ueluti classico quodam animant. De fucis enim nōnullis, utar leuissimo uerbo, quid dicam? qui in hoc toto, ut sic dixerim, pectore incumbunt, ut literarum dignitatem apud uulgū non modo nō eleuent, sed & eas penitus conentur è manibus extorquere, ne sit, opinor, quo ueluti Indice & eorū infantia & flagitia deprehēdamus. Hi quamuis me mihi cōstantem, poterant tamen à sententiā, qua per omnia statui ueterum, atque adeo ætate obsoletorum causam suscipere, depellere: Eoç; magis, quod hæc qui sibi uindictam apud plebem, ad quam uidemus, nescio quanto nostro bono, relabi iam summam rerum omnium, in maximo sint precio; ut his non acquiescisse, nihil sit propemodum aliud, quàm in se ueluti examina promiscuæ plebis concitasse. Poterant, inquam, istis nos moribus uel inuitos ab instituto nostro depellere, nisi magis spectandum nobis iudicarem, quid de nobis essent sensuri, qui tum forte sunt futuri, ubi fatalis illa rerū omniū permixtio refederit: ut sit hæc uel unica causa cur nostri nos incepti pœnitere minime debeat. Ingrati sunt nunc plurimi, ne dicā aperte iniqui, quid tum postea? erunt fortasse nec ita multo post, qui se accepisse fateantur à te beneficium, idç; eiusmodi quod cum ipsa etiā immortalitate cōferri cupiant; eoç; nomine demortui tui animam non secus sunt amplexuri,

atque eius olim Romani nostri, qui unus cunctando restituerat rem. Interim autem, quod unum maxime licet, bonis nos nostris domi plaudentes gaudeamus, etiam sine rivalibus, si quidem ita uisum fuerit, & hoc se quisque nostrum solidiorem putet ab ipsa posteritate initurum gratiam, quo plura extent à nobis erga hoc seculum monimēta: quibus si nihil aliud, hoc saltem assequamur, ut bene uoluisse posteris uideamur. Ea in re quid tu præstes ut deo, unus enim quum tu sis omnium quos nouerim in omni ueterum scripto eruendo longe diligentissimus, dignus uisus es cuius auspicio ISYCHIVS hic noster, quem nunc primum è tenebris proferimus, in manus hominum ueniat: in quo emendando quam sit à me sudatum, malo tute ipse tecum cogites, quam ut à me arrogantius dicatur. Primum enim difficile fuit, propter dictionis genus quoddam insuetum, atque affectatius, ita se gerere, ut orationis filium, aliquanto à comuni dicendi consuetudine abhorrens, custodi res genuinum, & lectu nihilo minus exhiberes dignum. Deinde propter exemplaria, quorum unum nobis LAVRISSA, uetus quidem illud, sed portentose corruptum suppeditauit. Alterum beneficio clarissimi uiri Vuerinheri Vuolfolini ex bibliotheca Argentoratensi nacti sumus, tam arrosus, tam mutilum, ut plane non fuerit nobis usui futurum, nisi quaedam sarissemus ex codice Laurissano. In utroque autem non minus fuit nobis negocij in corrigenda scriptoris inscitia, quam in autore ipso expoliendo: præterque enim quod uideas sua scriptoribus diuersitate, eamque non minorem ipsis autorum ingenijs, quaedam offendes tam anxie corrupta, ut non nisi studio deprauata uideri possint: Dum uidelicet pro se quisque peculiarem quandam ductum literarum rationem excogitat, & compendijs infelicibus studens, aut præpostere uenustatem aliquam aucupans, seriem uerborum, quæ est eius inscitia, aut confundit, aut diuortijs quibusdam temere interfecat: hoc agens, ut quantumlibet docti cogantur tamen intersistere, dum uidelicet suis orationem interuallis digerunt. De Isychio uero ipso hæc ausim uel iuratus affirmare, nihil iam multis annis prodixisse, etiam eorum qui rei Theologicæ principes sint, cui non possit iure suo conferri, tum propter incredibilem huius rei, quam tractat, cognitionem, & ingenij acumen, tum quod Veteris instrumenti testimonia, quod uel solum mihi qualibet laude uidetur dignum, ex euangelijs ita tractat, ut nullus alius accommodatius, aut gratia maiore. Præter ea uero, quæ nunc donamus publico, in Ezechielem prophetam commentatus est, quemadmodum ipse de se profitetur, & in Epistolam ad Hebræos, cuius testimonijs subinde D. Thomas utitur: quæ si omnia extarent, nescio an non fuerit ille laturus præ omnibus, quos

hodie in numero Theologorum esse uidemus,

primas. Vale Basileæ, Anno

M. D. XXVII.

mensē Martio.

Vuerinherus
Vuolfinus.

ISYCHII

LIBRORVM SEPTEM IN
LEVITICVM INDEX,



Aron arca uel montanus interpretatur. 13. C
Aaron Christi & ecclesiae personam gerit. 56. D
Aarō arca interpretat. 8. D
Aaron, & filij eius lucernam accendunt. 145. D
Aaron pro seipso oret, quomodo intelligatur. 52. A
Aaroni dicuntur humiliora. 69. C
Aaronem cum filijs suis coniungi. 50. D
Aaronem ingredi sanctuarium. 94. D
Aaroni litera tanquam inferiori credita est. 69. C
Aaronis filij qui dicantur. 28. B
Abominaciones immunda. 25. C
Abominationem fugere. 105. B
Abraham hospitalitatis exemplum est. 151. C
Abraham obseruationum sabbatorum princeps. 110. A
Abraham pater gentium. 13. D
Abstinentum non semper a uino. 55. B
Abstinerere ab omni sanguine. 41. A. & 103. B
Accedendum ad sancta cum metu. 131. A
Accedere ad nullum mortuum quid. 127. C
Accepta uestra. 110. D
Accipitres mansuescunt. 60. C
Accipitres potentes sunt. 60. C
Accusantes ferias. 67. D
Adami transgressio deriuauit in quadam animalia immunditiam. 57. D
Adaperire uuluum. 177. D
Adeps per se offertur deo. 16. A
Adeps belluinam hominum partem significat. 10. A
Adipem supra ligna ponere. 10. A
Adipe utamur ad multos usus. 40. D
Adipem diuidi a fecore. 9. D
Adipem non comedere. 40. C
Adiectionis uerbum. 116. C
Ad ius pertinere sacerdotum. 176. D

Adoptio ex uocatione. 141. A
Ad possessionem pristina reuertit. 151. C
Aduena Aegypti. 118. C
Aduenae qui. 150. B. 108. D. 111. A. & 158. A
Aduenae humaniter tractandi. 118. A
Aduena LXX, profelytu adunt. ibid. B
Adulterium, cum serua habuisse rem non putabatur commissum. 115. A
Adulterium quoddam mysticum est. 120. D
Adulteri Iudaei. 120. D
Adulterium intelligibile sensibili peius. 120. D
Adulterium quare morte puniendum. 120. C
Adulterium in libera desponsata tantum fit. 115. A
Aegyptus tenebrae, uel obscuritas interpretatur. 118. C
Aegyptum fugere. 105. A
Aegyptus quid significet in scriptura. 65. B
Aegyptus contenebratio interpretatur. 65. B. & 136. B
Aegyptus praesens mundus. 136. B
Aegyptius homo in Esaia qui. 155. B
ἀπόλογος qui dicitur. 18. A
Aestus concupiscentias significat. 95. C
Aetas uegetior intra annum uicesimum & sexagesimum. 172. A
Aetatum distinctio in Matthaeo. 116. B
Affinitatis & cognationis gradus. 105. C
Afflictiones quare submittantur. 83. A
Affligere emptum in labore. 162. A
A gentibus sumus separati, si melius commuersemur. 123. C
Ager lex recte intelligitur. 150. A
Ager possessionis. 178. D
Ager, scriptura est. 175. D
Agrum serere. 150. A
Agrum locationum possidere. 177. A
Agrum uario semine serere. 114. C
Agnum & agnam immolare. 80. D
Agnum anniculum immolare. Ibidem
Agni immolatio, memoria est Christi. 138. D
Agnum anniculum offerunt foeminae post dies purificationis. 67. B

- Agnum poenitentes immolant, id est benignitatem. 82. B
 Agnos offerre. 139. D
 Agni & hoedi unius generis sunt. 18. A
 Alba cicatrix transgressio legis. 76. B
 Albor subobscurus ignorantia est legis. 76. B
 Albugo oculorum. 129. A
 Alexander Aerarius ille in Paulo, adulter erat. 121. A
 Aliena docentes puniuntur intelligibili igne. 53. B
 Aliena docentes, & adulterantes scripturas, recte repelluntur. 54. C
 Alienis peccatis comunicare. 40. B
 Alienigenas nos facimus uoluntate. 131. D
 Alienigenae, q̄ à lege dei abhorret. 131. C
 Allegorijs utendū esse, docet ipse Christus. 3. A
 Allegoriae quando necessariae. 3. A
 Alōge qui sint in Paulo ad Ephe. 97. D
 Altare holocausti corpus Christi. 48. D
 Altare holocaustomatū ubi. 10. D
 Altare ascendere. 81. C
 Altare ad Aquilonem. 11. A
 Altare carnem Christi significat. 9. A
 Altare corpus domini significat. 21. B
 Altera dies sabbati. 139. B
 Alterna onera portare. 154. D.
 Altiora quærens quàm sit fas scire ab homine, excidit à ueritate. 32. D
 Amicorum bonis gaudendum, perinde ut nostris. 114. A
 A modo quid sit, Matthæi XXVI. 21. A
 Anagoge necessaria in sacris. 2. D
 Anagoge Iudæis incognita fuit. 141. D
 Anathemate à quorundā amicitijs prohibemur. 178. C
 Anathematismus. 178. C
 Angelus in Exodo filium dei figurat. 165. A
 Animam hominis percutit docēs impietatem aliquam. 148. D
 Anima nonnunquam hominem significat. 12. A. & 89. D
 Anima nonnunquam Gentilem significat. 12. C

Anima lepra laborat declinans ad uoluptates. 72. B

Anima pro animali homine. 148. D

Anima omnis hominis, dei est sponsa & ecclesia. 128. A

Anima nobis tanquam unigenita filia. 117. C

Anima Christi Iudæos abominabitur. 169. A

Annuae memoriae mortuorum. 111. C

Animal nullū natura immundum. 62. D

Animalia maximam fortitudinem in unguibus habent. 58. A

Animalia quaedam uirtutum symbola. 100. C

Animalia immunda quæ sint. 65. C

Animalis homo in Paulo quis. 9. D

Animalis homo qs accipi debeat. 41. A

Annicula omnia perfectiora. 80. D

Annus quintus. 116. C

Annus quartus. 116. B

Annus remissionis erit tempore futuri iudicii. 151. D

Annorum numero prudentia intelligitur. 172. B

Apelles Alexandrinus in Paulo. 161. A

Apostoli sacerdotium à Christo sortiti. 100. D

Apostoli circumcisi erant. 157. C

Apostoli secundum legem filiorū Israël uiuebant. 157. C

Apostoli panes doctrinae dicunt. 48. C

Apostolorum doctrina, quod ad claritatem atinet, preferenda est prophetica. 48. C

Apostoli ante pentecostes diem non docuerunt. 50. C. 51. A

Apostolorū doctrinae qua in re differant à doctrinis Christi. 43. C

Apostolorum discipulis tantū est quantum ipsis apostolis permissum. 157. B

Apostoli maiora signa fecerunt quàm Christus. 114. A

Apostolis in superiori loco sedentibus, quid uoluerit Lucas, dum dicit apparuisse linguas igneas. 52. D

Aqua quamobrem non polluitur. 63. D

Aqua diluere uestimenta. 72. A

Aquana

I N D E X.

- Aquam fundere super aliquem. 64. C
 Aquila deum aliquādo significat. 60. D
 Aquilarum genera fugienda. 60. A
 Aquilæ rapaces significant. 60. A
 Aquilo. 11. A
 Arborum pulchri fructus qui. 144. A
 Arbor Sabech. 28. D
 Arca Noë ex lignis Cedrinis. 79. C
 Aries figuram Christi gerit. 28. D
 Aries ducatum præbet ouibus. 47. B
 Aries in uirgulto Sabech, figuram Christi ferebat. 157. A
 Aries antistites ecclesiæ significat. 96. A
 Aries in uepribus. 95. A
 Aries dux ouiu, Christu significat. 95. A
 Arietem offerre. 28. D
 Arietum sacrificium. 140. A
 Armum offerre. 41. D
 Asinus gentium conuersionem significat. 58. B
 Aspectus obscurior, dubia peccati suspicio est. 72. A
 Aspectus mentem quæ delinquit, significat. 71. D
 Auspicia quæ intelligenda sint. 116. D
 Astiterunt reges terræ, quid intellexerit Dauid psalmo secundo. 23. A
 Atrium tabernaculi ecclesia 35. A
 Attenuari fratrem quid sit. 158. A
 Auaritia idololatriæ est species. 162. C
 A uespere usq; ad uesperum. 142. A
 Aues rapaces. 60. B
 Aues, iustiores significant. 41. A
 Aues offerunt qui contemplatiuam uitam agunt. 11. B
 Aues quadrupedes abominabiles. 61. A
 Aues immundæ, uitia quædam hominū significant. 60. A
 Auem capere in uenatu. 104. A
 Auiū oblatio pfectioribus cōuenit. 11. B
 Αὐγασμα. 69. D. & 71. A
 Auguria ab auibus noia habent. 116. D
 Auguria quæ. Ibidem
 Augurium idololatriæ species. 91. D
 Aurem amputatam esse. 134. B
 Aures ungere. 48. A
 Azymus doctrina pura. 13. D
 Azymi panes. 38. B
 Babilonica captiuitatis finis. 72. C
 Baptisma imaginē gerit passionis Christi. 46. D
 Baptismus impatiens est circumcisionis 107. A
 Baptismus paruulorum. 35. C. & 90. A
 Baptismus nullus secundus. 80. B
 Baptismus & pœnitentia inter se confines. 55. B
 Baptismus & pœnitentia, anni sunt remissionis. 176. A
 Baptismus hominem renouat. 95. C
 Baptismi perfectio. 81. A
 Barbæ prælegmina Apollini consecrabant. 116. D
 Barba discerniculū est sexus. 80. B
 Barbam radere. 117. B
 Barnabas. 180. A
 Beatudinis futuræ quidā in hac uita gustum capiunt. 142. C
 Bella oriuntur ex concupiscentijs. 164. A
 Benedictio è coelo proferatur. 53. A
 Benedictio patris, est filius. 153. C
 Benedictionē non tam presbyteri quàm oēs Christiani donare possunt. 35. B
 Bestiæ agri. 150. C
 Bestiæ agri sunt dæmones. 167. B
 Bis separare à tabernaculo. 72. C
 Blasphemix. 56. C
 Blasphemix ab omnibus uindicandæ sunt. 149. C
 Blasphemia quæ fit à uolente, nunquam remittetur. 148. A
 Blasphemus extra castra expellitur. 147. D
 Blasphemant qui gradus in diuinitate exquirunt. 147. D
 Blasphemum esse ex industria, est dicere contra spiritū sanctū. 148. A
 Blasphemi, qui altius quædam mysteria rimantur. 55. C
 Bos operatorem iustitiæ, & legis significat. 3. A. 7. B. & 16. C
 Bos & ouis Iudæoru sunt munera. 6. D
 Boues & oues hominem designant, qui ab alijs trahit, ad bene uel male agendum. 6. D
 Brachium dei. 41. D

- Brachium uirtutum operationem significat. 55. D
 Brachium dextrum, uirtutis est actio. 42. A
 Brachium domini, filius est. 101. B
 Bruchus. 61. C
 Buccellæ. 34. A
 Byssus terram significat. 45. A
- C**
 Cæci sole offenduntur. 96. B
 Cæci qui. 128. C
 Cæci & surdi inobedientes dicuntur. 112. D
 Cæco offendiculum ponere. 112. C
 Cæcum non offerri altari. 133. D
 Cæcum prouehere quid sit. 125. C
 Cœnæ dominicæ celebratio in nocte. 135. D. & 137. B
 Caluaster deterior est caluo. 76. D
 Caluus pro simplici accipitur. 76. C
 Calumniæ, mendaciæ species. 111. D
 Calumniæ & uis inter se confines. 112. B
 Cameleon. 62. D
 Camelus superbicæ symbolum. 58. B
 Camelos comedunt tumentes fastu. 58. B
 Camelus, pharisæorum superbiam significat. 58. D
 Camelus Iudaicæ conuersationis symbolum. 58. B
 Candelabrum in tabernaculo. 145. C
 Candorem humiliorem esse reliqua carne. 71. D
 Canis ad uomitum. 27. A. & 58. D
 Canistrum consummationis. 48. B
 Cantio puerorum in Euāgelij, spiritus plena. 68. B
 Canus qui uere debeat accipi. 118. A
 Caper emissarius quare. 97. B
 Capillos non concutere. 117. B
 Capillos defluere. 76. C
 Capillos capitis nostri dinumeratos, quomodo intelligatur. 71. B
 Capillus niger luctum significat. 76. A
 Capilli pro cogitationibus. 117. B
 Capræ oblatio pro peccato fiebat. 23. B
 Capram immolans, lumbum non potest offerre. 18. C
- Capras occidi aduersus Aquilonē. 10. D
 Capras, uel hœdos, quos designauerit Christus apud Matthæum. 10. C
 Captum à bestijs. 104. C. 40. D
 Caput sacerdotis ungere. 46. C
 Caput non discooperire. 127. B
 Caput & barbam radere. 125. A
 Caput hostiæ. 8. C
 Caput pro mente sumitur. 26. D
 Caput prædicationis euangelicæ est resurrectio mortuorum. 138. C
 Capitis nomen in sacris quale. 75. C
 Caro tua sunt, quid sit. 106. D
 Caro Christi multa nomina sortita est. 20. C
 Caro uiua. 73. A
 Caro Christi cibo fuit apta post passionem. 14. B. & 34. A
 Carnem cum capite incendere. 21. D
 Carnis interitus qualis intelligatur in Paulo ad Corinth. 83. C
 Carnes pro uirtutibus accipiuntur. 39. D
 Carnes cum panibus comedere. 49. C
 Carnes mane Helicæ sunt à coruis delatæ, quid significet. 49. D
 κάρπωμα quid sit. 8. C
 Castitas sanctificatiōis est mater. 122. B
 Castitas non semper habet locum. 144. A
 Castra ecclesiam significant. 147. C
 Castra ingredi, quæ intelligantur. 80. D
 Cauda amputata. 134. B
 Cedere è possessione. 154. B
 Cedrus non putrescit. 79. C
 Centenarius numerus. 164. B
 Centum drachmæ. 171. D
 Centum drachmæ decuplatæ. 171. D
 Cerinthus autor fabulæ de anno millenario. 39. D
 Chananæi. 83. D
 Charadrius. 60. C
 χίμαρος quid significet. 23. B
 Chirogryllus. 58. C. 59. A
 Christus omnium pater est. 132. B
 Christus nostra propiciatio. 22. C
 Christus quæ uoluit nos gerere, ipse inchoauit. 48. D

I N D E X.

- Christus non est iniustitiæ damnandus, quando parem mercedem operarijs omnibus dat. 162. A
- Christus ecclie uerus maritus est. 121. A
- Christus festos dies sacro eloquio celebrabat. 67. D
- Christus caput nostrum esse quomodo intelligatur. 125. A
- Christus omnium uirtutum est exemplar. 173. D
- Christi baptisma quoto anno. 173. D
- Christus iustus est exemplum uitæ. 18. A
- Christus primitiæ conspersio. 133. A
- Christus ianua est ad uitã æternã. 43. C
- Christus extra portam passus. 22. A
- Christus diuites uere facit. 111. A
- Christus legẽ impleuit, & deinde Euangeliũ docuit. 139. D
- Christus rectæ uitæ exemplar. 123. D
- Christus in Iordane lotus, aquas omnes benedixit. 43. D
- Christus secundum carnem ex filijs Israel fuit. 95. D.
- Christus in eo quod peccatoribus descendit, sanctus tamen permanet. 127. C
- Christus ex filijs est Aaron. 42. A
- Christus nostra salus. 96. A
- Christus uetuit discipulos prædicare ante aduentum spiritus. 50. A, B
- Christus ouis comparatur. 45. D
- Christus pauper dicitur propter nos. 140. D
- Christus à nobis quæ sunt possibilis exigit. 152. C
- Christus omnia in omnibus operatur. 140. B
- Christus sanctimonie fuit, & pacis per studiosus ubiq;. 140. B
- Christus perfectæ sapientiæ est caput. 32. D
- Christus ecclesie caput est. 52. D
- Christus mortem, quam nos debebamus, exoluit. 103. C
- Christus primitiæ eorum, quibus mundus est crucifixus. 97. B
- Christus aries est nostri sacrificij. 29. C
- Christus & ungit, & ungitur. 46. A
- Christus mediator inter deum, & hominem. 120. D
- Christus dux est perfecte uiuētũ. 47. B
- Christus in tabernaculo habitauit. 145. A
- Christus adueniens, mysteria quædam exposuit. 111. C
- Christus digitus dei dictus. 20. C
- Christus in dilectiõẽ fraterna est imitandus. 114. A
- Christus sacerdos, sacrificium, & altare dicitur. 21. B
- Christi prædicatio nititur resurrectione mortuorum. 141. B
- Christi deitatẽ & humanitatem passam asserit Iſychius. 34. A
- Christi imitatio efficacissima ad diluenda peccata. 27. A
- Christi præcepta à terra nos euehunt. 132. C
- Christi tunica. 49. A
- Christi, & Apostolorum dogmata inter se optime conueniunt. 43. C
- Christi sacrificium ignouit omnia peccata nobis. 115. D
- Christi multa sunt nomina. 94. A
- Christi caput, diuinitas. 46. B
- Christi humanitas munda. 79. C
- Christi humanitas uiua. 79. C
- Christi opera ab ingratis etiã laudanda sunt. 116. B
- Christi resurrectio quando facta. 152. B
- Christo tota uita offerenda. 143. A
- Christo cur multa nomina sint indita. 20. C
- Christus terrenum hominem adfixit cruci. 44. A
- Christum ad cœlum respicere, quid uelit. 53. A
- Christum resurrexisse quid sit. 51. A
- Christiani & ipsa peccata, & peccatorum omnium occasiones defugiant. 44. D
- Christiani à Christo dicimur. 43. A
- Christiani cur inter se fratres. 127. A
- Christianis alacriter cum Dauide est celandum. 134. C
- Chytropodes destruuntur, si morticinum inciderit. 64. A

- Chytropodes clibani appellatur, 63. D
 Cibis animalium non prohibetur, sed imitatio, 60. D
 Cibis malarum actionum communicatio est, 63. C
 Cibis pro salute nonnunquam capitur, 35. A
 Cibi nos non immundos faciunt, sed nos cibos, 65. B
 Cicatrix uulneris, 74. D
 Cicatrix significationis peccatum est, 71. A
 Circuitus altaris, 9. A
 Circuncisio imaginem gessit resurrectionis mortuorum, 66. B
 Cineris locus, 22. A
 Citra, 139. A
 Ciuitates dicuntur prophetae, 167. C
 Ciuitates muratae quare prophetis conferantur, 167. D
 Ciuitates sine muro, gentium dicuntur, 156. D
 Claudus uiam dei corrumpens intelligitur, 128. C
 Clibanus immundus, 63. D
 Clibanus uterum Mariae significat, 13. C, 37. D
 Clibanus quid significet, 63. D
 Clibanus unus, 168. A
 Coccinum tortum, 79. C
 Cogitationes malae uere polluant hominem, 40. B
 Cognati qui dicantur, 119. D
 Cognationum iura belluinum est miscere, 122. D
 Coire cum menstruata, 91. B
 Collum obedientiam significat, 4. A
 Collum abrumpere quid sit, 11. C
 Collum retorquere, 26. D
 Collyrida conspersa oleo, 48. C
 Collyrida, 38. C
 Columbam quem interpretemur, 3. A
 Columbam offerre, 11. B, & 89. B
 Comam in rotundam speciem tondere, 116. D
 Comam nutrire quid, 116. D
 Comedere ostium in atrio tabernaculi, 33. A
 Comedere in loco sancto quod sit, 146. C
 Comedere uetera ueterum, 164. D
 Comedere de morticinis, est patrocinari sceleribus, 64. C
 Comedere super montes, 117. A
 Comedere anno septimo, 153. C
 Comedunt immunda animalia qui imitantur, 58. C
 Computare apud semetipsum, 161. C
 Conciliabula quid efficiant, 113. C
 Concisio qualis praecipatur a Mose, 9. C
 Concordantia ueteris testamenti cum nouo, 114. C
 Concupiscentiarum domicilium est in epate, 36. D
 Concupiscentia, peccati mater est, 106. D, 121. C
 Condemnare nostrum non est, aut quid quisque possit iudicare, 158. B
 Confiteri in conspectu domini, 23. D
 Consentire peccantibus, idem est quod peccare, 120. A
 Confractum & contritum quid, 130. A
 Consanguinei per carnem Christi, 161. A
 Consecrare domino, 175. D
 Coniugium quale, 107. B
 Conspectus rerum creatarum, nobis sapientiam admirabilem creatoris commendit, 65. D
 Consumi a terra hostili, 169. D
 Consummatio duplex est omnium rerum, 150. D
 Consummatus manibus, 20. B
 Contaminatur sanctuarium, quando stigmatus aliquis in sacerdotium ascenderit, 129. C
 Contemplatiuum uita per aues declaratur, 60. A
 Contemplatiuae uitae descriptio, 11. C
 Contractus quidam emptionum & uenditionum constant sine pecunia, 152. B
 Contractuum & uenditionum leges quo sint consilio scriptae a legulatoribus, 155. C
 Contristari fratrem, 152. B
 Contribulem affligunt, qui onera grauiam imponunt, 152. D
 Concisiones facere in carne, 125. B
 Conuertit ad idola, 110. B
 Conuiuas euangelicos de sepibus conuocari, 131. B
 Conuocare synagogam, 43. C

I N D E X.

- Conuocare ad ianuā tabernaculi. 43. C
 Coram domino offerre. 32. C. & 51. B
 Coram domino. 8. D
 Coram domino letari. 144. D
 Coram domino non offerimus, quando
 nostræ uoluntatis aliquid admisce-
 mus. 51. B
 Cornua altaris. 100. B
 Cornua altaris quatuor uirtutes signifi-
 cant. 21. A
 Cornua altaris, crux Christi. 24. A
 Corpus Christi doctrinale uerbū à Pau-
 lo. 87. B
 Corpus Christi sumere, est sumere me-
 moriam passionis eius. 14. B
 Corpus Christi non accedendum est sine
 acri iudicio nostrū. 163. A
 Corpus non auersandum tanquam crea-
 tura diaboli. 26. D
 Corpus Christi mystice percipimus. 34. A
 Corpus pro toto nonnunquam homi-
 ne. 89. D
 Corpus nostrū locus sanctus est. 147. A
 Corpus & sanguis Christi i altari. 105. C
 Corpus & sanguis Christi uerus. 132. B
 Corpus Christi ecclesia est. 48. A
 Corpus quidam causa peccati accusant.
 19. B
 Corporis usus. 65. D
 Correctio plagam præcedit. 167. C
 Corruere super fratres. 169. D
 Corui affectuum expertes. 60. B
 Cotyla eadem quæ sextarius. 81. A
 Cras de sacrificio comedere. 110. D
 Cras dare uelle. 146. A
 Craftinum quid sit. 39. B
 Craticula resurrectionem significat.
 37. D
 Craticula mortis Christi mysteriū. 14. C
 Crocodilus. 62. D
 Crura excelsiora habentia, munda. 61. B
 Crux Christi uera est remissio. 157. A
 Culter sacrificij lingua est. 68. A
 Cupiditatibus facile renūciant, qui mun-
 do utuntur pro hospitio. 142. B
 Cycnus. 60. C
 Cydaris capitū. 44. D
 Cydaris sapientiam declarat. 95. B
 Cydarim non auferre à capite. 54. D
 D
 Dalila factū erga Samsonē. 159. A
 Decem cameli in Genesi. 58. B
 Decem gradus cognationis sunt positi.
 106. B
 Decima mensis. 141. C
 Decima sancta. 179. C
 Decima, Christi carnē significat. 27. D
 Decimæ unde dicta. 27. D
 Decimas quare nominatim omnium res-
 rum addat. 179. C
 Decimas fructuū terræ redimere. 179. A
 Decimus dies perfectionis est. 151. B
 Dedi eis præcepta non bona, quomodo
 intelligatur in Ezechiele. 76. C
 Delicti nomine bifariam utuntur, qui sa-
 cras historias conscribunt. 29. B
 Delictum quale dicatur peccatum. 36. B
 Delictum in scripturis pro grandi pecca-
 to. 132. D
 Delictum nonnunquam pro intellecto
 peccato accipitur. 29. C
 Delictum sensus alicuius corrigendo,
 quid obseruandum sit. 29. A
 Delictum non quodlibet peccatum si-
 gnificat. 26. A
 Delinquēs uolūtate immūdus est. 85. D
 Delinquentes cauendi sunt. 65. A
 Denarius numerus perfectus. 27. D
 Dentes pro uerbis accipiuntur. 149. A
 Dentes lacte candidiores quales sint.
 149. A
 Descendere quid significet. 52. D
 Deserta facere sanctuaria. 169. A
 Deserta terra quæ hostibus uacat. 97. C
 Desertum sancta sunt sanctorum. 97. C
 De torrente bibere, quid sit in Dauide.
 144. C
 Deus auget bona nostra per se parua.
 164. C
 Deus negat quædam sibi placere, quæ ta-
 men præceperat ante. 5. A
 Deus potentissimus omnium est. 113. B
 Deus autor mali illius est, quod ad ædifi-
 cationem pertinet. 83. A
 Deus indurat. 19. C
 Deus in omnibus loquutus. 170. C

- Deus in igne apparuit Moyſi. 94. C
 Deus eadem ſape alijs uerbis præcepit.
 25. A
 Deo indigna quo quiſq; animo dicat,
 plurimū intereſt. 76. A
 Deo loquente duplex eſt fidelis audi-
 tus, teſte Dauide. 69. C
 Deo quæ diſplicet, perinde ſunt ac ſi nō
 ſint oblata. 5. A
 Deum aliquò migrare quomodo intelli-
 gendum. 97. C
 Deum factorem exornatu mūdi cogno-
 ſcimus. 57. B
 Diabolus igni aſſimilatur. 94. C
 Diaboli cogitationes iuſti nō ignorant.
 109. A
 Dianæ ſacrificia. 91. C
 Die tertio nihil relinquere quod come-
 datur, quid ſit. 110. D
 Dies celeberrimus quare. 140. B
 Didrachma. 171. C
 Didrachmæ dimidium. Ibidem
 Differentia nominum differentes actio-
 nes ſignificat. 94. C
 Difficile nonnunquam pro impoſſibili
 accipitur. 28. B
 Digtus dei quomodo accipiat in ſcri-
 pturis. 20. C
 Digtum in ſanguinem intingere. 20. C
 Diligentes deum ſemper læti. 60. D
 Dionyſij feſta. 91. C
 Diſcenda ſunt ea maxime, quorum co-
 gnitio à deo ſit expectanda. 69. B
 Diſcipulatus multi temporis. 160. D
 Diſ quibusdam litatum eſt humanis ho-
 ſtijs. 91. C
 Diſperdi aliquem de populo, eſt exulem
 fieri. 103. A
 Diſpergam uos in gentes. 169. B
 Diſſidere quadam uidentur inter ſe pri-
 mo aſpectu in libris legis. 39. A
 Diuinæ lectionis commoda. 86. B. &
 109. C
 Diuinationes idololatriæ partes. 91. D
 Diuinitas ab humanitate non eſt ſepa-
 randa. 54. D
 Diuiſiones nullæ ſunt in Chriſto.
 47. B
 Diuitiæ quales intelligantur in Paulo
 ad Corinthios. 158. D
 Doctores mundi & immundi ſunt, pro-
 ut docuerint. 64. B
 Doctrina inchoare debet à ſacrificio
 Chriſti. 52. C
 Doctrinā Theologiæ, ſacrificiū ſimilæ ſi-
 ne fermento ubiq; ſignificat. 56. A
 Doctrinarum fundamentum eſt Chri-
 ſtus. 86. C
 Doctrinam bonam ſacerdotes doceant.
 176. A
 Dogmata mala unā cum autoribus eiſci-
 enda. 85. B
 Dominum ad Moyſen loqui. 66. A
 Dominus noſter non inhumanus, aut ſe-
 rus eſt. 127. D
 Domini qui docent appellantur. 180. A
 Domestiæ eccleſiæ in Paulo. 84. A
 Domus dei nos ſumus. 52. A
 Domus in urbibus quales. 157. B
 Domus ſacerdotis quæ. 56. A. B
 Domus leuitarum ſemper poſſe redimi.
 157. A
 Domus in uilla ſunt Gentium. 156. C
 Domus noſtræ eccleſiæ ſunt. 83. B
 Domum intra muros uendere. 155. D
 Dona, ſpontanea ſunt ſacrificia. 59. A
 Dona oportet eſſe uoluntaria. 8. C
 Donum ſenſus morbi, eccleſiæ datum,
 Synagogæ negatum fuit. 83. C
 Dormire in domo leproſa. 85. B
 Dormire, in ſcripturis pro quo. 112. D
 Dormire cum menſtruata immūditiam
 facit. 91. A
 Dormire cum nouerca ſua. 121. B
 Dormire cum menſtruata, quemadmo-
 dum intelligatur. 122. B
 Dormitio pro morte accipitur, propter
 reſurrectionem corporum. 164. B
 Drachma. 27. D
 Duæ decimæ ſimilæ. 138. D
 Duo arietes immaculati. 139. D
 Duo panes primitiarum. 139. C
 Duo paſſeres. 79. C
 Duorum annorum uacatio. 153. B
 Duos hircos offerre. 96. C
 Duos hircos ad ſortem mittere. 96. C

I N D E X.

E Adem sunt nonnunquam uarie interpretada, ne uideatur esse contraria inter se. 153. D

Ecclesia omnium est mater. 132. B

Ecclesia non ex ligno & lapidibus. 84. B

Ecclesiae columnae antistites. 84. B

Ecclesiae parietes ministri. 84. B

Ecclesiae uestes quaedam sunt laneae, quaedam uero lineae. 78. A

Ecclesia uniuersalis est caelestis Hierusalem. 80. C

Ecclesia, frequentia angelorum primitiuorum. 51. C

Ecclesia in quo congregetur. 52. C

Educere ex Aegypto. 136. B

Egestas euangelici uerbi. 165. D

Ego dominus, 106. C. 107. D. 110. C.

123. D. 128. A. 165. A. & 170. D

Ego dominus, bis dicitur. 105. B

Ego dominus, cur toties repetat. 106. B

Egredi. 50. B

Ephi mensura trium modiorum. 27. C

Ephi trinitatem significat. 27. C. & 33. D

Electio, spontanea est oblatio. 133. B

Eleemosynam facere ex rapinis. 65. C

Eleemosynae ex bene partis fiant. 153. A

Eleuatio manuum orationem significat. 53. A

Elisaphan, specula dei mei interpretat. 54. B

Eloquentia Theologiae utilis. 92. B

Emissarius caper, diabolus. 96. C

ἐπιτοαγμα, 88. C

Episcopi oscitantes radunt caput. 125. B

Episcopum irreprensibilem esse, quo modo intelligatur. 45. B

Episcoporum munus. 56. B

ἐπιθιμια apud Graecos. 17. A

Epomis. 44. D

Erectum incedere. 165. B

Eructare, in Dauide. 58. A

Euangelium frater est prophetiae. 54. C

Euaginato post uos gladium, quomodo intelligatur. 169. A

Euangelium, Christi basis est. 11. D

Euangelium, panis est fidelis animae. 139. C

Euangelica transgressio. 74. C

Euangelium testimonium dicimus. 94. A

Euangelium consonans est legi. 114. C

Euangelium ab Aegypto nos asserit. 118. D

Euangelicum pascha & legale. 135. C

Euangelij uindicatio. 167. C

Euomere quid sit. 123. B

Eutychanus diaconus. 1. A

Ex aduerso ambulare deo. 167. C

Excelsa ad desertum perducere. 168. D

Excommunicatio qualis, & unde. 53. D

Exsire a terra. 61. B

Extrema manibus offerre. 41. C

Extinguere lucernam quid sit. 146. B

Extrema manuum & pedum ungere. 48. A

Exuere uestimenta, & induere alia. 32. A

F

Facies domini quae. 10. D

Facies propiciatorij, diuinitas Christi, 93. D

Faciem uidere dei. 93. D

Fallaciae crimen quantum. 30. C

Familiaritas non omnis pro coniugio est. 107. B

Farina pro euangelio sumitur. 12. D

Felices sunt, qui sanam mentem in sano corpore sunt sortiti. 163. D

Feminalia castitatem significant. 95. B

Feram capere in uenatione. 104. A

Feriarum praecipua. 136. C

Fermento uacet qui uolet pascha celebrare. 137. C

Fermentum secularis est doctrina. 13. D

Fermentum aliena doctrina. 15. B

Ferrea sartago apud Ezechielem. 14. B

Festinare quid sit. 17. A

Festi dies animo, non corpore celebrandi. 67. D

Festiuorum leges necesse est spiritu obseruare. 143. C

Fides data ad mensuram cuiuslibet. 81. A

Fidelium profanatio quae sit. 128. A

Figurae a ueritate quid intersint. 137. A

Figuras deserimus, ubi in manus inci-

- dit. quod est figuratū iam ante. 135. C
 Filia sacerdotis non nubat quibuslibet.
 132. A
 Filiam sacerdotis fieri uiduam, uel repu-
 diatam. Ibidem.
 Filij peccatis parentum non succedunt.
 10. C
 Filij patruī Aaronis qui dicantur. 54. C
 Filij alieni in Dauide qui. 131. C
 Filij Israhel pro omni populo accipiuntur.
 86. D
 Filij pro uirtutibus accipiuntur. 122. D
 Filij Israhel omnes sumus. 57. D
 Filij Aaron imponunt manus. 46. D
 Filij Aaron quare immolent. 8. D
 Filij Aaron, qui uitæ genere sublimiores
 sunt cæteris. 41. D
 Filij sacerdotum qui. 71. B
 Filius perditionis in Paulo. 155. B
 Filius imago est patris. 103. B
 Filius Aegyptij. 147. C
 Fimbriam Christi tangere. 92. A
 Fimus hominum peccata significat.
 21. D
 Finis circumspiciendus est. 137. D
 Fœmellæ octogesimo die formantur in
 utero. 66. D
 Fœminarum sacrificia plebeis sunt man-
 data. 24. C
 Fœminæ æstimatio. 172. B
 Fœminæ nōnunquam uiriles. Ibidem.
 Fœmineum genus dupliciter mulctatū
 est. 66. D
 Fœminea persona. 91. A
 Fœnum, stipulæ, quid in Paulo signifi-
 cent. 9. C
 Folium pro legis litera sumitur. 169. C
 Fontes aquarum, magistros intellexit.
 64. A
 Fortis esse qui dicantur in Paulo. 63. C
 Formiculosi in LXX. qui intelligantur.
 134. A
 Fornicatio discessio est à deo, cui sumus
 desponsi. 102. D
 Fortitudo pro perfectione nōnunquam
 usurpatur. 41. C
 Fuga in hyeme qualis designet in Mat-
 thæo, cap. quartodecimo. 23. C
- Fuga in sabbato qualis designet in Mat-
 thæo. 23. C
 Fugere nullo persequente. 166. B
 Fugere ad urbes. 167. C
 Furtum quale intelligendum mysticū.
 111. D
 Fluere lac & mel, futurum seculum dicitur.
 123. C
 Fluere quid. 123. C
 Fluxum sanguinis quæ in Euāgelij pa-
 tiebatur. 92. A
 Fluxus sanguinis idololatriam signifi-
 cat. 91. A
 Fluxum seminis pati. 86. C
 Fluxus seminis ex infirmitate. 90. B
 Fratibus non licet nos abuti. 159. A
 Fratrem nostrum intelligimus confide-
 lem. 154. B
 Fratres quos nominet Paulus ad Corin-
 thios. 134. D
 Fratrem redimere. 160. D
 Fratruū iniquitates contegendæ. 104. B
 Frigus tentationes significat. 95. C
 Fructus corporis nostri. 163. D
 Fructuum diuersitas. 152. D
 Fruges quid significant. 179. B
 Frustra sementem serere quid sit. 166. A
 Fundamentum legalium uerborum.
 31. A
- G
- G Alata ex gentibus erant. 107. A
 Gaudium uerum unde constet, ex
 Petro. 144. D
 Generationes, mutationes atatum signi-
 ficant. pag. 18. D
 Gentes pollutæ dæmones sunt. 108. C
 Gentes possident terram, quomodo in-
 telligendum. 83. D
 Gentes inimici sunt Iudæorum. 169. A
 Gentes quæ in circuitu sunt. 160. A
 Gentium ecclesia sterilis. 156. D
 Gentium terram Christus in hæreditatē
 accipit. 105. D
 Gibbosi qui intelligantur. 128. D
 Gomor mensura. 110. B
 Gladius spiritus, est uerbum dei.
 167. C
 Gloria domini spiritus est. 51. D

Gloriam alienam sibi uindicare, ad uim pertinet, 112. C

Glorificari, 54. B

Glorificari filium hominis quid, 79. C

Gratia dei omnia in nobis operat, 38. C

H

Habitacula nostra, 139. C

Habitare in tabernaculis iussi sunt Iudæi, 144. D

Habitatio nostra est in futuro seculo, 136. D

Hæresis circa passionem Christi, 21. C

Hebdomada hebdomadarum, 151. D

Helia: uesperis corui panes afferebant, 49. D

Herodius, 60. C

Hieronimi est æditio ueteris testamenti, qua uulgo utimur, 24. A, 112. A

Hierosolymæ ornatus in Ezech. describitur, 3. A

Hierusalē euerfa docet nō esse obseruanda quædam antea Iudæis præcepta, 102. B

Hierusalem cœlestis, 49. C

Hierusalem leana uocatur, 3. A

Hierusalem murata, 156. A

Historiæ etiã ad allegoriã nōnunquam ducuntur, 3. A

Hodie si uocem, &c. in Dauide, declaratur, 39. B

Hodie quid significet, 56. D

Hodie pro præsentis seculo, 39. D

Hodie comedere de sacrificio, 110. D

Holocausti sacrificiũ cuiusmodi, 27. A

Holocaustum quid significet, 7. A

Holocaustum ex capra etiã potest fieri, 10. C

Holocaustomata non offerunt, nisi uacui criminibus, 137. D

Holocausta offerunt, qui omnino se Christo deuouent, 7. A

Holocaustũ uerũ est pfectio uitæ, 133. B

Homo exterior, terra, 167. A

Homo duplex in nobis, 44. A

Homo uerus & internus nonnunquam ab exteriori præfocatur, 44. A

Homo generaliter omnis, qui imaginẽ dei gerit, 70. C

Homo peccator ita est homo, ut adulterinum numisma est numisma, 70. D

Homō nonnunquam iumentis nomine significatur, 6. D

Hominum societas ecclesia dei est, & sponsa, 128. A

Homo praparatus emittit hircũ, 101. B

Homines quo pacto uere stamus, 109. C

Homo homini peccata non remittit, 24. B

Homo homo, bis quare, 105. D

Honor fomes superbiæ, 78. D

Hosanna puerorum, 68. C

Hostia gratiarum actionis, 135. D

Hostia immaculata quæ, 7. B

Humanitas Christi sola passa est, 97. A

Humeralis, 44. C

Humiliari fratrem apud nos quid, 159. B

Humilitas quædam inutilis, 65. A

Humilitatis commendatio, 142. A

Hyacinthus retortus humanitatẽ Christi significat, 45. D

Hyems tristiã tempus significat, 23. B

Hypocrisis maxima animi immunditia, 40. A

Hypodytis, 44. B

Hyllopus quid significet, 79. C

I

Iacob caligatio qualis, 128. C

Ibis, 60. C

Idiotæ iumentis nomine significantur, 150. C

Idola nō tantum ea, quæ animalium formis quidam coluerunt, 110. B

Idola prohibentur, 162. C

Idololatria tam corpori, quàm animæ pestilens, 108. C

Idololatria à dæmonibus inuenta, 91. A

Idololatriæ crimen etiã consentientibus obest, 119. B

Idolorum duplex est cultus, 162. C

Idolorum seruitus grauissime prohibita, 91. B

Idolis seruire fornicatio est, 102. D

Iecur, cōcupiscentiarũ est sedes, 16. D

Ieiunium non est præceptum inter alia, 172. D

Ignis alienus, 93. B

I N D E X.

- Igne comburi quid sit. 121. C
 Ignis pro spiritu sancto. 146. A
 Ignem non sinere extingui. 31. C
 Igni traduntur reliquiae dominicae coe-
 nae. 49. D
 Igni tradimus quae sunt nobis inessibilia.
 50. A
 Ignis duplex ecclesiae. 53. D
 Ignis qualis intelligatur in Luc. quum di-
 cit: Ignem ueni mittere. 121. C
 Ignis inextinguibilis 9. B
 Ignis pro passione accipitur. 14. D
 Ignorantiam facit mendacii amor. 29. D
 Ignoranter delinquens ueniam reperit.
 85. D
 Ignorantia peccare. 23. C
 Ignorantia insanabilis per testam piscium
 intelligitur. 59. D
 Ilorum pinguedinem immolare. 36. D
 Imago dei, nostrae naturae est mundatio.
 66. D
 Immunda quae sint. 25. B
 Immunditiae animae, sunt peccata. 130. D
 Immundus usque ad uesperam. 90. A
 Immunditia non omnis polluit. 25. D
 Immundi facti sumus ex maledicto. 67. A
 Impetiginis morbus fornicatori conue-
 nit. 129. A
 Impetigo. 134. A
 Impietas animae mors est. 127. B
 Incantatores blandi sunt deceptores.
 124. A
 Incendere lucernam qui dicantur. 146. B
 In Christo quaedam non sunt anxie per-
 quirenda. 94. A
 Incola. 108. D
 In conspectu filiorum disperdi quid sit. 122. A
 In conspectu domini, est facere quid hoc
 modo quem dominus praescribit. 34. D
 Indigena. 145. A
 Indocti nonnunquam admonentes, non
 sunt despiciendi. 68. B
 Inducere in terram Chanaan. 159. C
 Infantes etiam opus habent baptismo.
 90. A
 Inflatu quidam in ecclesijs. 60. B
 Ingredi in sancta sanctorum semel lice-
 bat sacerdoti in anno. 10. D
 Ingredi domum leprosam. 85. B
 Ingredi. 50. B
 Ingredi super pectus. 64. D
 Iniquitas contra ecclesiam magis repre-
 henditur. 85. C
 Iniquitate nihil obscurius. 71. D
 Iniquitatibus omnis sit locus quando a
 deo receditur. 117. C
 In nobis uere est quod in anima est. 128. C
 Innotuit, pro declarauit. 51. C
 Innotescere, pro notum facere. 51. B
 Inquilinus. 158. A
 Inquilinus sacerdotis. 131. C
 In sanctuario quid agendum. 95. D
 Inter, quid significet. 170. D
 Intestina & fimum comburere. 21. D
 Ioannis apostolatus. 157. C
 Iosephus allegat in bello Iudaico. 168. C
 Irae memoria in renibus. 17. B
 Ira quaedam est salutaris. 17. B
 Ira nonnunquam pro zelo sumitur. 17. B
 Irasci deum quid sit. 17. B
 Irascimini & nolite peccare, quomodo
 in Dauide intelligendum sit. 17. B
 Isaac uidit arietem in uepribus haeren-
 tem. 28. D
 Isaac caligatio. 128. C
 Israel fidelem populum significat. 133. A
 Israelitae ueri. 136. A
 Israelitidem nefas est coniungi Aegy-
 ptio. 147. C
 Iterantur identidem a legislatore quae sunt
 praecipua. 119. A
 Iubileus ex septem hebdomadis. 72. C
 Iubilei observatio. 150. D
 Iudae traditio comparatur capto a be-
 stia. 25. C
 Iudas noctu cum Iudaeis egit de proditi-
 one Christi. 137. B
 Iudaei in Pentecostes obseruatione era-
 rant. 139. B
 Iudaei nec literae legis, nec spiritui obtin-
 perant. 138. A
 Iudaei primi susceperunt sacras literas.
 116. A
 Iudaei praecepta dei ex uentris bono in-
 terpretabantur. 163. B
 Iudaei inquilini sunt. 160. A

Iudaei

Iudæi lucernam sub modio abscondent. 160. A

Iudæi suam iustitiam cupiunt constituere. 160. B

Iudæi tributarij Romanorum. 93. D

Iudæi mente pauperes. 171. C

Iudæi ex duplici transgressione præceptorum, duplicem etiam pœnam pertulerunt. 168. D

Iudæi præter decem præcepta nihil habent salutare, quo glorientur. 167. D

Iudæi plurima à Romanis pertulerunt. 168. C

Iudæi ruminantia comedunt. 58. B

Iudæi lac prætulerunt cibo solido. 114. A

Iudæi libidinosi. 121. D

Iudæi & pagani, quia arietem offerre non possunt, non saluabuntur. 29. C

Iudæorū terra hostilis est. 170. C

Iudæorum quædam erant propria præcepta, quædam cum Gentibus communia. 73. A

Iudæorū sanctificatio synagoga. 126. C

Iudæorum morbi quales fuerint. 165. D

Iudæis sunt præcipuæ quædam leges latæ de tuenda castitate. 90. C

Iudæis licebat multas uxores ducere. 106. A

Iudæis ex doctrinis non proficientes similes sunt. 176. C

Iudices immites nonnunquam sint, ubi res animaduersionem postulat, exemplo Christi. 113. B

Iudicia, 170. D

Iudicia dei qui contemnant. 165. B

Iudicia dei custodire. 153. A

Iudiciorū exemplū, præditū à Mose. 147. D

Iudicia custodire, est legibus obtemperare. 123. A

Iudicio non debent contendere Christiani. 103. D

Iudiciorum idem sit tenor erga omnes. 113. C

Iumenta immunda homines dicuntur beluinis sensibus præditi. 40. B

Iumenta inter se diuersi generis non misceri. 114. A, & 115. D

Iumenta populares homines significat. 114. B

Iusiurandum aliquando impune rescindimus. 112. A

Iusiurandū illud non solū malū est quod falso fit, sed quod præstatur non æquum. 112. A

Iustitia proprie indumentum est hominis. 95. B

Iustitia iusti aliquando nobis proficua. 41. C

L

Laborē incassum sumi. 167. A

Labrum, 46. B

Lacerta, 62. D

Lachrymæ imitantur baptismū. 104. D

Lactis educatio pro infirmis. 47. D

Lagana, uerba sunt prophetarum. 13. D

Lagana uncta oleo. 38. C

Lamina quæ intelligatur. 45. C

Laneorum uestimentorum, & lineorum differentia qualis. 77. D

Lapidatio quā acciderit antiquitus. 119. D

Lapides dogmata sunt interpretantium scripturam diuinam. 84. D

Larus Amphibius. 60. C

Lari sunt, qui baptismō, & circumcisiōni seruiunt. 60. C

Lauare manus aqua. 88. C

Lauare stolam. 88. D

Lauare uestimenta. 62. A

Lectus pfluuiū patiens immundus. 87. D

Legio, dæmonis cuiusdā nomen. 164. B

Legalia quædam etiam in Euangelicis sunt prodita. 74. C

Legem oportet secundum spiritum custodire. 143. C

Legem ferre Israël, est omnibus ferre. 102. A

Leges quædam sunt liberæ, quædam uero à legislatore circumscriptæ loco. 102. B

Leges loco & tēpori seruientes. 102. B

Legem suam deus uindicat. 108. B

Legis libri quare diuisi sint. 6. C

Leges quædam diuinæ, prima fronte apparent ridiculæ. 77. A

Legem spiritalem esse. 80. C

I N D E X.

- Leges quaedam ad Israël tantum perti-
nent. 41. B
- Leges quaedam Israëlī sunt cum genti-
bus communes. 41. B
- Leges quaedam, ubi deprehenditur sin-
gularis aliqua pietas, sunt etiam secū-
dum literam obseruandæ. 140. C
- Leges de cognatione custodienda quor-
sum sunt scriptæ. 106. A
- Legis summa, est non inhiare præsentī-
bus. 143. B
- Leges primum in principes statuuntur,
deinde in plebeios. 86. D
- Legis maxima ad Moysen dicunt. 69. C
- Leges quædā initio rudes, quæadmodū
inchoatæ picturæ proponuntur. 51. A
- Legis, prophetarum, & apostolorū do-
ctrinæ comparatio. 48. C
- Leges latæ filijs Israël, aduenis etiam qui
apud eos diuersantur, conueniunt,
103. A
- Leges de ciborum delectu quorsum sint
à deo datæ Iudæis. 57. D
- Leges Annonariæ scriptæ à domino.
118. C
- Leges quaedam etiam secundum literā
profunt. 152. D
- Leges. 170. D
- Leges maxime necessariæ sæpe repetun-
tur. 102. D
- Legis necessaria subinde repetuntur.
32. C
- Legislator parua magnis cōiūgit. 112. B
- Legislator quum priora repetit, semper
aliquid noui addit. 75. A
- Legislator parabolis, & ænigmatibus
sæpe utitur, ut doceat. 40. C
- Legislator per spiritū quædā præcipit,
quæ uel ante abrogauerat, uel abro-
gat quæ iam ante statuerat. 2. C
- Legum uarietas talis est, qualis est & alia-
rum creaturarum. 57. B
- Lex diuina cum naturali lege conuenit.
19. C
- Lex perpetua quæ. 42. A
- Lex diuina cognationem habet cum le-
ge naturali. 77. A
- Lex de immundis animalibus uidetur in
speciem pugnare cum alijs, quæ sunt
scripta in nouo testamento. 57. C
- Lex attemperatur omniū facultatibus.
82. A
- Leo pro Christo & diabolo ponitur.
60. D
- Lepræ multæ species. 69. C
- Lepram obscurissimam LXX. cicatricē
significationis ædiderunt. 69. D
- Lepræ species humilior. 71. C
- Lepram perseuerantem flammis exuri
quid. 78. D
- Lepra uetustissima. 73. B
- Lepra mundissima. 73. C
- Lepra in cute quare. 73. C
- Lepra in domo qualis. 84. A
- Lepra, legis est trāsgressio. 71. A
- Lepra intelligibilis sola est exosa deo.
130. D
- Lepra in capite. 75. C
- Lepra in barba. 75. C
- Lepra in stamine. 78. C
- Lepra dogmatum in doctoribus eccle-
siæ Antiochenæ. 85. A
- Lepram stetisse suo loco. 74. D
- Lepram dogmatum extra ciuitatem eij-
ci. 84. C
- Leprosi soli cur habitent. 77. B
- Lepræ plaga alia est, quàm lepra. 73. A
- Leprosus totus decernitur mundus,
73. C
- Leprosus quamobrem pœnæ fuit obno-
xius, quum citra uoluntatem lepro-
sus fiat. 70. B
- Leprosus octauo die ingreditur in ca-
stra. 80. D
- Leprosus totus Gentilis intelligitur.
69. B
- Leprosus ex parte, intelligitur Iudæorū
populus. 69. B
- Leprosi uestimenta dissuere. 77. A
- Lepus plebem infirmam significat.
58. C. 59. A
- Leporem comedere. 58. C
- Leuita Apostoli intelliguntur. 157. A
- Leuiticus liber quare sic appelletur. 3. D
- Leui tribus sortita tabernaculi ministe-
rium. 2. D

- Leuiticus apud LXX, à coniunctione,
quare incipiat. 5. B
- Libatto, dominicus est sermo. 138. D
- Liberi arbitrij homo factus. 11. A
- Liberum fieri per redemptionem. 161. C
- Libidinum finis est mors. 121. D
- Librorum diuinorum iugis lectio multa nobis commoda suppeditat. 86. B.
& 109. C
- Lignū uitæ ut simus quid faciendū. 86. B
- Ligna, diuina eloquia sunt. 32. B
- Ligna campi, animæ sunt motus. 163. D
- Ligna, fœnum, stipula, impiæ sunt doctrinæ. 85. B
- Lignum esibile. 116. B
- Lignum plantatum secus decursus aquarum, quale sit. 41. B
- Ligna fructifera quæ. 9. C
- Lingua incisa qui sunt, arcentur à sacerdotio. 134. A
- Linī commoditates, & natura. 95. C
- Lippitudinis uicium. 128. D
- Litera legis scrupulosa est. 179. B
- Litera plerūq; noxia est, nisi spiritu eam interpretæris. 3. B
- Literæ cortex nonnunquam in speciem apparet ridiculus, qui excussus, fructum fert. 77. D
- Litera semen est quod concipitur à fœmina. 66. A
- Litera Iudæis fuit lactis uice. 170. D
- Literalis expositio scripturæ parum ualet. 167. D
- Litera legis ad exteriorem hominem pertinet. 73. C
- Litera occasionem dat spiritali cognitioni. 81. A, B
- Legis literam etiã custodiri quare dominus uoluerit. 4. A
- Locorum certorum obseruatio qualis. 102. A
- Locus in euangelio Marci declaratur. 165. C
- Locus Pauli 1. Corinth. 5. declaratus de fornicatore. 72. B
- Locus declaratur ex libris Regnorum. 175. A
- Locus non omnis aptus est ad disputandum de Christo. 33. A
- Locus ad Hebr. ultimo, de porta exponitur. 22. A
- Locus ex Iob, cap. 1. declaratur. 37. B
- Locus immundus, hæreticorum conuenticula sunt. 84. C
- Locus de altari ad Hebræos, xij, declaratur. 21. B
- Locus cinerum. 12. A
- Loquere tu nobis, & audiemus, quomodo intelligatur in Exodo. 66. A
- Loqui non omnium est de Christo. 33. B
- Lucernā incēdere & extinguere. 146. B
- Lucernā semper accēdi quid sit. 145. D
- Lugendorum mortuorū modus. 117. A
- Lugere immodice mortuos, est spem resurrectionis amittere. Ibidem
- Lumbus in sacris pro quo accipiatur. 18. B
- Lupī qui intelligantur apud Matthæū. 40. A

M

- Maculam irrogare quid. 148. D
- Maculæ animarum arcent à uero sacerdotio. 128. C
- Maculæ xii, noui & ueteris testamenti, quibus uacare debent sacerdotes. 129. B
- Macula in caluitio. 76. D
- Maculam lepræ crescere. 75. D
- Maculam eluant qui uolūt recipi in corpus Christi. 134. D
- Magos LXX, uentriloquos ædiderunt. 117. D
- Magos consulere quale peccatū. 120. A
- Maiestas corporis inter regias dotes. 128. B
- Maiores natu ex Israël qui. 51. A
- Mala non sunt quæ affligunt nostro bono. 83. A
- Mala quæ eueniant transgressoribus mandati. 165. B
- Malæ bestię dæmones sunt. 164. B
- Mala opera perinde atque nulla opera. 39. C
- Maledicere deo quid sit. 148. B
- Malitia quæ intelligat in Leuiti. 40. B
- Malū in melius non cōmutari. 174. B

- Mandatum unum aut alterū custodisse,
 non sufficit, etiam autem transgredi.
 123. A
 Mandatorum obseruatores multis saepe
 calamitatibus obnoxij sunt. 163. C
 Mandata quaedam secundum literam sta-
 re nullo modo possunt. 174. C
 Mandatorū dei custodia per uiginti dra-
 chmas significatur. 173. C
 Mandata custodire quid sit. 163. B
 Mandata non bona dedi eis, quid sit in
 Ezech. 3. B
 Mandata dei obseruantium triginta be-
 nedictiones. 163. C
 Manducare labores manuum, in Dauid
 de quid. 150. B
 Mane quid significet. 146. B
 Mane subiicere ligna. 32. A
 Mane, seculum futurum significat. 38.
 D. & 39. C
 Manichæi sydera quaedam pro dijs co-
 lunt. 114. D
 Manipulus uerus nostræ messis, Chri-
 stus est. 138. C
 Manna imaginem panis uitæ gessit.
 51. D
 Manum aduenæ inualefcere. 160. C
 Manum imponere capiti hostiæ. 8. C
 Manuum impositio in sacrificio. 101. A
 Manum inualefcere quid sit. 160. D
 Manus pro actionibus. 81. B
 Mane passionis principium significat.
 34. A
 Marcus. 180. A
 Mares tantum comedere hostiam, quid
 sit. 35. B
 Margaritæ sunt multis p̄ idolis. 162. D
 Margaritas capere ex scripturis. 86. B
 Maria Magdalene. 74. B
 Maria quæ optimam partem elegerat.
 39. B
 Mariæ Magdalene uita contemplatiua.
 39. C
 Mariæ lepra. 70. B
 Mariti renes suos offerant deo. 17. C
 Marthæ uita actiua erat. 39. C
 Masculum inire. 107. D
 Masculas hostias offerri. 7. B
 Masculus. 93. A
 Masculina offerre oportet. 133. B
 Masculum uesci de carnibus. 35. D
 Masculus uirtutum operatorem signifi-
 cat. 108. B
 Massa nostra Christus. 45. A
 Masculus à uiginti annis. 171. D
 Mater nostra quæ. 135. B
 Matrem Dauid non suam, sed omnium
 naturam accusat, quum dicit: In ini-
 quitatibus peperit me mater mea.
 67. B
 Mathiæ electio ad apostolatam. 52. D
 Matrimonia ex dei sunt præcepto. 90. B
 Maximus inter fratres. 127. A
 Mediador. 120. A
 Medici qui & philosophi. 92. A
 Meditatio legis nō tam in studio, quàm
 in contemplatione. 82. B
 Mel, paganorum doctrina. 15. B
 Mel sub lingua quid in Canticis. 15. B
 Membra corporis animo data sunt pro
 instrumentis ad sanctimoniam. 65. D
 Memoriale. 13. B
 Mendaciū furto coniunctum est. 111. D
 Mendaciū omnibus sceleribus adest.
 111. D
 Mensa domini non ita ut alio cibo uti-
 mur. 131. C
 Mensa munda. 146. D
 Mensa domini in loco sancto. 147. A
 Mensa dominica spiritalis. 131. C
 Mensuræ in rebus publicis. 118. C
 Menstrua mulierum cur interpellāt libi-
 dinem. 122. A
 Menstruata est Gentiliū sapiētia. 122. B
 Menstruata paganorum dogmata signi-
 ficat. 107. C
 Menstruatæ cur nō liceat misceri. 107. B
 Menstruorum nomine deus omnē libidi-
 nem prohibuit. 90. D
 Menstruo sunt mulieres à uiris separa-
 tæ. 90. D
 Mentis oculo opus est nobis in sacris.
 70. C
 Mercedē soluendo dominus non tã tem-
 pus, quàm operā ipsam spectat. 162. A
 Meretricem ducit qui Iudaisat. 127. D
 Mere

- Meretrix** intelligitur synagoga Iudaeorum. 126. B
Meretricem ducere. 126. B
Mercenarius dei est uerbi minister. 112. D
Mercenarius. 131. D
Mercenarij qui dicantur. 150. B
Merces certa expectabit sacerdotes bonos, & si non sint sortiti bonos auditores. 176. D
Meretricem appellamus eam, quae iam deserit prostare. 74. B
Messis. 140. C
Messis euangelicam doctrinam significat. 111. B
Messores Euangelici qui. 138. B
Metaphorae in scripturis sunt frequentes. 63. D
Merere segetem. 138. B
Mille annorum haereticis. 39. D
Mille pacifici in Canticis qui. 172. A
Milennarius numerus perfectiss. 172. A
Mille hostes. 164. C
Misaddai, attritatio dei interpretatur. 54. B
Miseria & afflictio inundauit in uitam nostram ex Adami delicto. 66. B
Misericordiae exemplum nobis Christus seipsum reliquit. 103. C
Misericordia in prophetis, mysterium fuit aduentus Christi. 14. A
Misericordia dei multis nominibus patet. 45. D
Moabitici populi superbia. 78. C
Modogeniti qui. 173. A
Moechari cum muliere, id est ecclesia. 120. D
Moloch LXX. principem adiderunt. 119. B
Moloch. 107. B. 119. B
Mons superbiae quidnam praese fert in scripturis. 117. A
Morbus regius. 165. D
Mori sine filiis. 122. C
Mors Christi, baptismatis figura est. 79. D
Mors peccati nepos est. 106. D
Mors hostium. 164. B
Mors, peccati labes est. 64. C
Mortes ciuium. 124. B
Mortificatio carnis uera hostia est. 7. A
Mortificare membra sua Christo. 143. A
Morticina in nos incidunt, quando peccamus praeter opinionem. 63. A
Morticina quae sint. 62. D
Morticina tangunt, qui ex industria peccant. 63. A
Morticinorum differentia. 25. C
Morticinum pecus. 25. C
Morticinum cadere in uas fictile. 63. B
Morticinum. 40. D
Morticinum super sementem cadere. 64. B
Morticinum comedere. 104. C
Mortis poena statuta his, qui sunt parentibus iniquiores. 120. C
Mortui quaedam sciunt, quae uiui nunquam poterunt assequi. 140. C
Mortuus peccator intelligitur. 125. B
Mouentia cuncta se in terra, immunda. 123. D
Moysem optime ex euangelijs interpretamur. 109. D
Moyse ceteris prophetis admirabilior. 86. C
Moyse in legibus uiam inuenit, qua celeret mysteria, & popularibus tamen satisfaceret. 86. C
Moyse Christi personam gerit. 56. C
Moyse maxima mandata credita sunt. 129. D
Moyse dominum semper facit loqui, ubi res ardua praecipitur. 55. C
Moyse uestes cum simbrijs fieri uoluit. 92. A
Moyse non solus, sed & Aaron populum benedicit, quid significet. 53. A
Moyse imaginem Christi gessit. 46. A
Moyse internuncio ad filios Israel, quare deus usus sit. 180. B
Moyse sacrificans. 47. D
Moyse imaginem domini gerit. 53. A
Moyse blasphemum mittit in carcerem. 147. D
Mulier a sacerdotibus discretæ. 85. D
Mulier symbolum idololatriæ. 92. A
Mulier Israelitis. 147. B
Mulier sexus imbecillitas non defendit, si impia quaedam dogma sectentur. 75. C

- Mulier quæ peperit, LXVI. dies in sanguine mundo sedebit. 67. A
 Multiplicare quid sit. 164. C
 Mundatio uera quibus rebus procuratur. 89. C
 Mundorum primogenita non redimi. 180. A
 Mundus hic tabernaculū est. 142. B
 Murus qui dicatur. 156. D
 Mundus hic uera est Aegyptus. 136. B
 Mus uentri inseruiens. 62. D
 Mustela dolosa. 62. D
 Mutari colorem in album. 73. D
μυστήριον. 62. D
 Mysteria sanguinis & corporis Christi. 132. C
 Mysteria ecclesiæ profanis oculis & auribus non sunt inuulganda. 49.
 Mysteria diuina qui altius rimant, quæ de-
 ceat, excidūt à Christo omnino. 93. C
 Mysteriorum duplex sensus. 173. A
 Mystica cœna. 146. C
 Mysticum pascha, nostra salus est. 48. B
N
 Natura, omnium est mater. 135. A
 Naturalibus ornamentis nullus futurus est addendus. 116. D
 Nazaraeus sanctus interpretatur. 71. B
 Neminem ingredi in tabernaculum. 100. A
 Nemo ascendit in cœlū, &c. Ioan. tertio, declaratur. 165. A
 Nihil negligenter traditum est à legislatore. 79. B
 Nihil quærendum de Christo, nisi quod euangelium nobis permittit. 94. C
 Nihil in mane relinqui. 38. D
 Noctua. 60. B
 Nocturni oculi. 60. B
 Nomē domini in Dauide quid sit. 153. C
 Nomen eius qui blasphematur, non exprimitur certo consilio. 147. C
 Nomen Christi super omnia nomina. Ibidem
 Nominare dominū maledicēdo. 148. B
 Nominare nomen domini, capitale quære. 148. A
 Nominare deū & dominū differūt. Ibidem
 Non ruminare. 174. C
 Non ueni soluere legem, sed adimplere, ex Matthæo, declarat. 48. B. 114. C
 Non est uolentis, Pauli dictū declaratur 38. C. 41. D
 Nonus annus retributionis dicit. 154. A
 Noueræ nurus coniungitur. 121. B
 Nouissima hora in Ioanne quæ. 141. A
 Nouaculā in caput Nazaraei nō descendere. 71. B
 Nox caliginē huius uitæ significat. 31. C. 38. D
 Nubes pro dominica carne. 94. B
 Nubes pro euangelico uerbo. Ibidem
 Numerorum principium. 5. B
 Nutrirī in fide non sufficit, nisi perman-
 seris. 132. A
 Nycticorax à Dauide comparatur homini lugenti in peccatis. 61. A
 Nycticorax gentes significat. 60. C
O
 Obiurgantes uitent suspensionem inuidiæ. 113. D
 Oblata non debent tangi ab immundis. 130. A
 Oblata statim comedere. 151. D
 Occasus, finis mundi est. 13. D
 Occisio & mortificatio peccatorum. 134. D
 Octaua dies cum prima conuenit. 80. C
 Octauus dies futuri seculi imaginem gerit. 66. B
 Octauo die circumcidi puerum. Ibidem
 Octauo die fuit Christi resurrectio. 91. B
 Octauus dies gratiæ aduentum significat. 89. B
 Octauo die erimus ad hostias idonei. 135. B
 Octauæ diei est plenissima reſes. 143. D
 Octoginta dies præscribuntur ad purificationem ei quæ scemellam pepererit. 66. D
 Odoratus. 128. D
 Odor domini. 13. B
 Odor suauitatis domino. 146. A
 Odor suauissimus de Christo. 48. D
 Offerre ignem alienum. 93. B
 Offert & offertur Christus. 46. A
 Oleum

Oleum, dei gratiam significat. 12. D
 Oleum lucernarum. 145. C
 Oleum quinque fatuarum uirginum.
 145. C
 Oleum impurum quando fiat. 145. C
 Oleum lucidissimum. 145. D
 Oleum mittere in sinistram manū, 81. B
 Oleum sanctificationis. 33. D
 Oleum in caput fundere. 81. C
 Omnis terra quid significet. 151. B
 Onera alterius portare. 106. D
 Operandi bene post mortem nulla occa-
 sio est reliqua. 110. D. 150. A
 Operari usque ad annum remissionis.
 159. D
 Opera diuina sunt omnibus personis cō-
 munia. 46. A
 Opus polymitum. 44. D
 Ophiomachus à nomine. 61. D
 Opus seruire quid sit facere. 140. B
 Orate pro alterutrum, dictū Iacobi de-
 claratur. 23. D
 Orationis commoda. 13. A
 Ordo unctionis. 48. A
 Oriens. 12. A
 Originale peccatum ex Adam. 35. B
 Os leprosi obstruere. 77. B
 Ostium Christus est. 9. B. & 46. A
 Ostium tabernaculi, doctrina est euan-
 gelica. 9. B. & 20. A
 Ouem immolare. 10. B
 Oues quas uoluerit Christus significare
 apud Matthæum, xxv. 10. C
 Ouis qui intelligatur. 3. A
 Ozia lepra. 70. B

P

PActum domini ad irritum deducere
 171. A
 Pædagogos multos, & paucos patres
 esse, in Paulo quid sit. 161. A
 Pædagogus est lex. 102. C
 Paganorum aspersiones. 35. B
 Pallens lepra. 84. B
 Palmæ quare iustus conferatur. 144. B
 Panes sine fermento, apostolica est do-
 ctrina. 38. B
 Panes ponere in mensa altrinsecus.
 146. C

Panis nutrimentum hominis. 18. C
 Panes duodecim numerum apostolorū
 significant. 146. C
 Panes, uerba sunt apostolorum. 13. D
 Panem comedere in saturitatē. 164. A
 Panes primitiarum, doctrina Christi.
 140. A
 Papulam habens arcetur à sacerdotio.
 134. A
 Parabola operariorum in euangelio de-
 claratur. 161. D
 Paradoxa quædam sacre scripturæ. 70. A
 Paratus homo Christus est. 101. C
 Parentū pietas nobis non sufficit. 132. A
 Parentibus maledicere. 120. C
 Parentum uitia prodimus, si imitati fue-
 rimus. 122. A
 Pariens septem dies immunda quare.
 66. C
 Parietes domus. 84. B
 Participes Christi facti sumus. 43. A
 Pascha mysticum. 47. C
 Pascha Iudæorum. 135. C
 Pascha uere celebrant qui sunt ab omni
 azyrna mundi. 137. C
 Passerem dimittere auolare. 79. D.
 Passeres Christum significant. 79. D
 Passio Christi nobis est exemplo. 14. B
 Passionem Christi oportuit conformari
 scripturis prophetarum. 22. A
 Pastor Christus dicitur. 20. C. & 45. D
 Patientia tribulationibus crescit. 37. C
 Patientia Christianis, quod ethnicis le-
 gum actiones. 103. D
 Patres nostri per doctrinam. 161. A
 Patres Christi secundum carnem, erant
 principes sacerdotū Iudæorū, 101. C
 Patruī qui dicantur. 161. A
 Pauere in terra hostili. 169. C
 Pauli peccata qualia. 74. D
 Pauli ulcus uocatione sanatū est. Ibidē
 Paulus uas electionis. 46. B
 Pauli & Barnabæ de Marco inter se cō-
 flictatio. 179. C
 Paulus nihil rei sibi esse uoluit cum illo-
 tis. 63. C
 Pauli locus exponitur ad Corinthios,
 134. D

- Paulus ad Timoth. 2. cap. secundo declaratur. 35. B
 Pauperibus mediocria sunt à deo præcepta sacrificia. 82. A
 Pauperes, qui spiritu sunt, uere dicuntur. 111. B
 Pauper uere qui diuitias spirituales amittit. 154. C
 Peccantes consilio abeunt in dæmonum sortem. 109. A
 Peccati causa est ignorantia boni. 19. B
 Peccatū in spiritum sanctum est, diuinarum scripturarum deprauatio. 56. C
 Peccata sunt nobis Christi sacrificio donata. 47. A
 Peccatum idololatriæ præcipuum est. 92. C
 Peccati cognitio quando oriatur. 30. A
 Peccata in deum difficilem ueniam habent. 36. C
 Peccatis nostris polluimus nomen dei. 112. B
 Peccatorum duo genera. 63. A
 Peccatum ignoscere solius est dei. 28. B
 36. C
 Peccatū in sancta, & quod iureiurando committitur, eiusdem sunt generis. 30. B
 Peccata portare. 62. A
 Peccata populi comedere. 170. A
 Peccatores fugiendi, dum sunt peccatores. 158. C
 Peccatorum ordines per hominum gradus distincti. 113. A
 Peccata alia pauperum, alia potentum. 113. A
 Peccata nostra Christi dicuntur. 19. D
 Peccatorum corrigendorū ratio. 155. A
 Peccatum originale ex Adam. 66. A
 Peccata populi quæ sacerdotem pollutant. 124. D
 Peccatores immundi sunt. 178. A
 Pecorum appellatio peccatoribus conuenit. 41. A
 Pecora obedientia. 177. D
 Pecora quæ intelligantur in scripturis. 167. B
 Pectusculum offerre. 41. D
 Pectusculum pro fide sumitur. 41. C
 Pectusculū confidentiā significat. 55. D
 Pectusculum Christo separare. 48. D
 Pecuniā dare, doctrinā significat. 158. C
 Pecuniam corrogare, qua quis redimatur. 162. A
 Pecunia reddita, non erat opus expectare Iubilei aduentum. 161. C
 Pedes. 64. D
 Pedes Iudæorum humiles. 61. B
 Pedes quid significant. 10. A. 81. B
 Pedes euangelici libri. 85. A
 Pelicanus in Dauide, hominem destitutum amicis significat. 61. A
 Pelicanus. 60. C
 Pellicatus mysticus qualis. 107. A
 Pellis patientem significat. 37. B. 63. B
 Pellis cognationem nonnunquam significat. 70. D
 Pellis diuitiarum affluentiam significat. 37. B
 Pellis pro instrumento pelleo. 90. C
 Pellis mulierem qua abutimur, significat. 90. C
 Pellis pro tribulatione. 78. B
 Pellem offerre sacerdoti. 37. B
 Pentecoste, dies cōpletionis dicuntur. 50. B
 Pentecostes celebratio. 138. B
 Pentecostes dies eo quo pascha celebratur. 51. A
 Pentecostes dies consummationem seculi significat. 51. A
 Percussura lepræ, dogmatum est impietas. 85. D
 Perfecta oblatio per holocaustum significatur. 47. B
 Perficere aliquid per nos non possumus sine gratia dei. 41. D
 Petrus omnes Christianos sacerdotes appellat. 8. D
 Petri Apostolatus. 157. C
 Petrū dominus rogans tribus modis, nū se amet, quid uelit illa repetita interrogatione. 72. C
 Pharaonis seruitutem effugere. 145. A
 Philosophia in ecclesia pestilens. 107. D
 Philosophorum arrogantia. 92. A
 Pietas maxima uisitur in litera legis. 158. D

- Pietas in legislatore coniuncta est sapi-
 entia. 157. D
 Pilati factum in crucifigendo Christum
 74. D
 Pili cogitationes significant. 71. B
 Pili ornamenta capitis. Ibidem
 Pilos mutari in alborem. 71. C
 Pilos in candorem uerti, est animū uerti
 ad malitiam. 74. C
 Pilus flauus. 75. D
 Pinnas epatis offerre. 17. C
 Pinnulas habere. 59. C
 Pisces quidam testati. 59. C
 Pisces immundi. 59. D
 Piscium genera non recensentur. 59. A
 Plaga à deo Iudæis cōminata. 166. B. C
 Πλαμμέλας quid significet. 26. B
 Plumas oblatae auis abijcere qd sit. 11. D
 Pluniam suo tempore accipere, placati
 dei est magnum argumentum. 163. D
 Poena eorum qui cognationum iura cō-
 fundunt. 121. C
 Poenae talionis. 148. C
 Poenae non sunt obnoxia quae inuitis ac-
 cidunt. 90. B
 Poenitentiae sacrificium sanctum sancto-
 rum. 34. D
 Poenitere nos nunquam debet eorum
 quae deo offeruntur. 174. A
 Poenitentiae comites. 82. A
 Poenitentia ex quibus constet. 35. A
 Poenitentia donum baptismi est. Ibidem
 Poenitentia inutilis est sine baptismo. Ibidem
 Poenitentia quo modo peragat. 174. A
 Poenitentiae modus praescribitur ex fa-
 cultatum & uirium corporis modus.
 Ibidem
 Poenitentia ficta. 28. B
 Poenitentia uera. 56. C
 Poenitentiae species nō omnibus omnes
 cōueniunt. 26. C
 Poenitentiae multae species pro diuersita-
 te delictorum. 26. B
 Poenitentia recta ad annū iubilæi perue-
 nitur uerissime. 177. C
 Poenitentiae exemplum petendum à Ni-
 niuitis. 162. B
 Poenitentia peccata delet. 162. B
 Poenitentiae Christus est autor. 37. A
 Poenitentiae basis est euangelium. 24. A
 Poenitentiae macula. 23. D
 Polluere nomen dei. 119. C
 Polluere mensam domini. 125. C
 Pollutiones uerae ex malis actionibus.
 65. A
 Pollutiones uerae quae. 133. C
 Polluti sancta non comedēt, donec mun-
 dentur. 130. C
 Poma quae intelligantur. 179. B
 Pondera sancta. 177. C
 Ponderum certa ratio in rebus publicis.
 118. D
 Popularis capram immolat. 23. A
 Populus Israël mediocriter perfectus.
 173. B
 Porphyrio 60. C
 Portare aliquid ex immundis. 62. B
 Possessionē recipere anno iubilæo. 155. A
 Possessionem nostram à proximo redi-
 mi. 154. D
 Possessio nostra est bona conuersatio.
 154. B
 Possessiones nostrae terra est. 83. B
 Possessiones quaedam ne quidem anno
 iubilæo reuertuntur ad priores domi-
 nos. 156. C
 Possibilitas in Christo, impossibilitati
 fuit coniuncta. 79. C
 Potentes in iudicio non sunt respicien-
 di. 113. B
 Prae participibus, quid sit. 127. A
 Praecepta uitae prius à legislatore sunt
 scripta. 75. C
 Praeceptorum uarietas, & pugnantia, ar-
 gumento est, nō debere legem secun-
 dum literam intelligi. 2. C
 Praecepta. 170. D
 Praeceptorum compendium est in dile-
 ctione proximi constitutum. 106. C
 Praecepta qui uiribus maiora imponunt
 hominibus, dicuntur contristari fra-
 tres. 152. C
 Praecepta omnia non omnibus sunt, sed
 senio indulgetur nonnunquam. 82. B
 Praecepta Christi factu facilia sunt.
 120. C

I N D E X.

- Præcepta multa sunt Iudæis data, non ut iustificationi inferuieret, sed uerius ut essent oneri. 76. C
- Præceptum sempiternum. 139. A
- Prædicationis Christi initium fuit à poenitentia. 141. C
- Prædicationis apostolorum usq; ad Pentecosten suspensa fuit à domino. 50. D. & 51. A
- Presbyterij dignitas magis est sapientiæ quam aetatis. 118. A
- Primitiæ dabantur sacerdotibus, ut pauperes inde alerentur. 133. C
- Primitiæ fructuum. 15. D
- Primitiuus. Ibidem
- Primogenita. 177. D
- Primogenitum in pecoribus. 178. A
- Primus mensis tēpus dominicæ passionis dicitur. 137. B
- Primus dies cū octauo conuenit. 143. C
- Primi diei requies qualis. 143. D
- Primus & octauus dies commune inter se habent aliquid. 142. C
- Principum uitia offendiculo sunt inferioribus. 55. A
- Principum & plebeiorum alia sunt atq; alia sacrificia. 23. A
- Principes, & antistites cæteris præstare debent uirtute & sapientiâ. 129. B
- Princeps hircum masculum immolabit. 23. B
- Principes non tam simplicitate, quam prudentia serpentina præditos esse oportet. 24. C
- Probare seipsum, qd sit in Paulo ad Corinth. 130. B. & 163. A
- Prodigi filij parabola declaratur. 20. B
- Profani. 125. A
- Profluuius seminis laborant pseudopropheta. 87. C
- Profluuium seminis accersunt sponte, qui prohibent nubere. 88. A
- Profluuium sanguinis, inobediencia. 67. C
- Profluuium doctrinæ. 86. C
- Prohibere nubere. 88. A
- Pronunciare de hominū probitate difficile est nobis. 179. D
- Propheticorum & Euangelicorum scriptorum differentia. 38. C
- Propiciatio nostra per crucem facta. 151. B
- Proponere quid sit in scripturis. 17. A
- Proponere aliquid nostrum est. 41. D
- Propterea relinquet homo, &c. locus ad Ephes. declaratur. 120. D
- Profelytus. 108. D. 111. A. 150. B. 158. A
- Proximū nō esse alicui, quid sit. 154. D
- Proximi nostri qui intelligantur. 107. C
- Prudentia etiam legi diuinæ coniuncta est. 171. A
- Prudentia artibus bonis adhibenda est. 123. D
- Prudentia recte coniungitur simplicitati. 76. D
- Pruinæ tempus. 61. C
- Psalms primus declaratur. 82. C
- Pseudoprophetarum multi sunt ordines. 87. D
- Puerorum immunditiæ Legislator non meminit in circuncisione, sed matrū. 66. C
- Pugillus. 27. D
- Pugillus pro fide capitur in Leuit. 13. A
- Puluerē ē pedibus excutere quid. 85. A
- Puluīs qui accipiatur. 84. D
- Purgationes frequentes quare indictæ Iudæis. 90. C
- Pythonicus spiritus. 124. A
- Q
- Quadragesima, nonus annus. 150. D
- Quadragesima dies præscripti ei quæ masculum pepererit. 66. D
- Quadragesima didrachmæ. 172. C
- Quadragesima diebus formatur masculus in utero. 66. C
- Quadrupedia. 108. A
- Quadrupedia pro uoluptatibus. 121. D
- Quæstiones superuacua omittendæ. 32. C
- Quali mercenarium esse. 159. C
- Quarta pars hin. 138. D
- Quatuor icedere pedibus. 62. B. 64. D
- Quicunq; uerbum est generale. 149. B
- Quinquagenarius numerus. 28. D. & 171. D
- Quinquagesimus annus qualis. 150. D
- Quinque

Quinquaginta didrachmæ. 171. C. &
172. A

Quinque didrachmæ. 173. A

Quinq; anni quinq; sunt sensus. 172. C

Quintam ei dare cui sit nocitum. 30. D

Quinta linguam significat. Ibid.

Quintam dare. 175. C

Quintam addere. 132. C

Quintam tradere sacerdoti. 29. A

Quinta quinq; sensuū symbolū est. 29. A

Quintam addere pro corollario. 178. B

Quintam adijcere. 176. B

Quintadecima agere festiuitatē. 137. A

Quintusdecimus dies. 142. B, 143. B

Quotidianæ libationes sunt orationes.
143. A

R

RAcemū uitium. 111. C

Radere aliquem. 76. A

Radere domum intrinsecus. 84. C

Radere supercilia. 80. A

Radere caput super mortuum. 125. B

Rationale quatuor uersuum. 45. B

Rationale sit hominū sacrificium. 39. A

Redimere. 178. B

Redimere intra annum quid. 155. D

Redimi ab alio pecuniam quid sit. 161. C

Redire quid sit. 151. D

Regale sacerdotium in Paulo quale in-
telligatur. 131. A

Regale sacerdotium quid dixerit Petrus
31. C

Relinquere uindemiæ partem pauperi.
111. A

Reliquiarum nihil relinqui in alterum
diem. 136. A

Remora. 17. B

Remouere aliquē è tabernaculo. 71. D

Renes. 9. D

Renes & cor habent inter se cognatio-
nem. 17. A

Renes feminis suppeditant copiā. 16. D

Repentia omnia immunda. 62. D

Repere super terram. 64. D. & 65. A

Repetūtur quadam, alijs tamen uerbis
à legislatore. 73. A

Reptilia. 61. A

Repudiatam ducere. 127. D

Requiescimus quia à peccatis sumus
immunes. 143. C

Res diuersæ iisdem nominibus nonnun-
quam appellantur. 94. C

Respicere quādo deus nos dicat. 164. C

Resurrectionē Christi qui uolūt excute-
re, misericordiam eius rationem ad-
dent. 14. D

Retributiones Christi incorruptibiles.
39. D

Reuelare fœditatem. 107. C

Reuocari Moysen quid sit in principio
Leuitici. 6. C

Rhaab meretrix. 74. B

Rhetorica fluxus dici potest. 92. B

Romani nō ut meliores uicere Iudæos,
sed ut essent flagellū dei. 168. D

Ruminare est meditationi legis intentū
esse. 58. A, 59. B

Ruminantia, & ungulam non diuiden-
ta. 58. C

S

SAbbata obseruare. 162. D

Sabbatum requies. 72. D

Sabbatum. 117. C

Sabbatum post sex dies negociosos est
constitutum. 136. C

Sabbati uocationes ad occasionem sunt
contemplationum. 141. D

Sabbata, cur nō sabbatū dixerit. 110. B

Sabbati mandatum. 168. A

Sabbatum recte obseruatur uacatione
malī. 162. D

Sabbatorum die ponere panes. 146. D

Sabbata custodire. 110. A

Sabbati interpretatio. 136. D

Sabech interpretatio. 95. A, 157. A

Sacerdos in iudicanda lepra partes ha-
bet medici. 72. A

Sacerdos ad leprosum uadit. 79. B

Sacerdos à mystica unctiōe cognosci-
tur. 8. D

Sacerdos pro eo qui sapientia cæteris
præstat, accipitur nonnunquam. 31. C

Sacerdotium perfectionis exemplū est.
31. C

Sacerdotis perfecta sit sapientia. 31. B

Sacerdos de lepra iudicat. 72. A

- Sacerdotes sanctificant. 126. B
 Sacerdotibus solis licuit incensum in sancta inferre. 70. B
 Sacerdotes ueri, qui Pauli fuerunt similes. 84. A
 Sacerdos uitulum pro peccato immolat. 47. A
 Sacerdotē & hostiam mundos esse oportet. 133. A
 Sacerdos uerus quomodo q̄s fiat. 42. C
 Sacerdotes quādo arcendi à ministerio. 129. C
 Sacerdotes in ecclesijs sunt loco Christi. 87. B
 Sacerdotes reges sunt appellati. 23. A
 Sacerdotes soli edunt panes. 146. C
 Sacerdotum munus in ecclesia. 129. D
 Sacerdotes ministri uerbi. 55. B
 Sacerdotes appropinquantes sanctificationi. 54. A
 Sacerdotibus omnibus dictum est: Quorum remiseritis peccata. 24. B
 Sacerdotis peccatū, populi dicitur. 19. C
 Sacerdos magnus q̄s in Dauide. 126. D
 Sacerdotem nō contaminant subita peccata populi. 124. D
 Sacerdos uiduam & meretricem ne ducat. 128. A
 Sacerdotes bellis præfuerunt. 128. B
 Sacerdotis filia deprehensa in stupro. 126. C
 Sacerdotum filij innocentijs uiuant relictis. 126. C
 Sacerdos formam Christi gerit. 45. B
 Sacerdotem nauis arcet à ministerio. 128. B
 Sacrificia uera Christianorum. 7. A
 Sacrificiorum completio est expositio eorum. 52. D
 Sacrificans Moloch lapidatur. 119. D
 Sacrificia aequalia uoluit deus esse peccatis. 23. A
 Sacrificare Moloch de semine suo. 119. C
 Sacrificium Christi nostrorum holocaustorum fundamentum. 81. C
 Sacrificiū Christi post aduentum spiritus sancti in die Pentecostes innotuit. 51. B
 Sacrificium laudis quale sit. 39. A
 Sacrificia domus mundanda. 85. C
 Sacrificijs maioribus addita sunt & uiliora propter pauperes. 82. C
 Sacrificium Christi non tantum Israel liberauit, sed & gentes. 97. D
 Sacrificium coctum, Christi est incarnatio. 13. C
 Sacrificium perpetuum offerat sacerdos. 31. B
 Sacrificium nouum. 139. C
 Sacrificiorum diuersa genera cur mandauerit deus. 21. C
 Sacrificium ex latere quid sit. 10. D
 Sacrificium laudis expectat à nobis dominus. 38. B
 Sacrificia deus quā odisset, præcepit tamen Iudæis. 5. A
 Sacrificium dominicū nō fiet, nisi rogatus dñs fuerit sacerdotis ore. 49. D
 Sacrificia quædam utilitatis causa. 38. A
 Sacrificia quædam gloriæ Christi. 38. A
 Sacrificium salutare. 16. B
 Sacrificium à synagoga accipi. 95. D
 Sacrificium explicationis. 47. C
 Sacris in literis multa prætermissa sunt, quæ cōiectada nobis reliquerūt. 51. D
 Sagittæ igneæ. 94. C
 Sagma. 88. B
 Sal apostolicam doctrinam significat. 15. C. 146. D
 Sal in sacrificijs. 15. D
 Saluam projicere. 88. B
 Salix iuxta aquas. 144. C
 Salix continentiae habet significationē. 144. B
 Salix poenitentiae nonnunquam & orationis gerit figuram. 144. B
 Salutare Christus est. 46. C
 Salutis caput baptismus. 95. C
 Salutis nostræ summa est doctrina uerbi. 93. B
 Samson Nazareus intonso erat capite. 159. A
 Sana quædam Iudæorum in specie damnantur. 90. C
 Sanæ doctrinæ aures sunt præbendæ. 176. B
 Sanctum esse. 175. B

- Sancta sanctorum quæ. 10. D
 Sancta sanctorum raro ingredi. 94. D
 Sancta contaminare. 130. A
 Sanctuarium reuerenter adire. 162. D
 Sanctuariū sublimior scientia est. 94. D
 Sanctificatio qualis intelligi debeat. 102. A
 annis capite uigesimo. 49. B
 Sanctificatio. uirtutū fundamētū. 109. D
 Sanctificationis nomen quale. 110. A
 Sanctificari deo. 175. A
 Sancta sanctorum. 15. A
 Sancta quæ sint. 147. A
 Sanctum deo. 177. D
 Sanctificare nomen dei. 119. C
 Sanctificari aliqua deo. 177. A
 Sanctificatio nostra. 126. A
 Sanctificare deo domum. 175. B
 Sanctificationis dei sumus participes. 65. A
 Sanctum sanctorum effici. 179. A
 Sanctum nō tanget quæ concepit. 66. C
 Sanguis intelligibilis Christi sumptus à discipulis in cœna mystica. 48. A
 Sanguinē quo pacto effundam. 104. A
 Sanguis pro homicidio accipitur. 103. B
 Sanguinē comedūt qui oderūt. Ibidem
 Sanguinem aspergere ad cornua altaris. 21. A
 Sanguinem nō comedere. est ab iniurijs proximi abstinere. 18. D
 Sanguinis aspersio. quæ intelligatur. 20. D
 Sanguinem effundere. 102. C
 Sanguis uehiculum animæ est. 103. C
 Sanguinem comedūt qui diffamāt nos. 104. B
 Sanguis. animæ figuram gerit. 18. D
 Sanguis color. 73. D
 Sapientia gentilium qualis. 122. B.
 Sapientia huius mundi uera stultitia est. 122. C
 Sapientiam huius mundi quam uoluerit damnare diuus Paulus ad Corinthios. 147. B
 Sarra Abrahæ soror ex patre. 121. D
 Sartago crux Christi. 14. A. & 34. A
 Sartaginis & craticulæ differētia. 14. C
 Sartago crucis passionē significat. 37. D
 Sauli cōdēnatio. quia minus opportuno tempore Agag pepercit. 144. A
 Seculi huius incommoda ad bonum cedunt. 83. A
 Secunda azymorum. 138. A
 Secunda inspectio præceptis est. 76. A
 Secundum numerum annorum emere. 152. C
 Secundus aries. 47. D
 Secundum corpus. 87. B
 Secundo lauare. quid. 80. B
 Segetem nō metere usq; ad solū. 140. C
 Seipsum liberare quid sit. 161. C
 Semel auditis præceptis semper aliquid noui admiscet legislator. 119. A
 Semen uerbum dei est. 176. A
 Semē omnem actionē significat. 107. C
 Semē apostolorū nobis relictum. 157. C
 Semen perfusum aqua. 64. B
 Semen seminandum quale. Ibidem.
 Semen coitus egredi. 90. C
 Semē sacerdotale quale intelligat. 130. A
 Seminare anno octauo. 153. D
 Senes reuereri propter prudentiam. & caniciem. 118. A
 Seniores ponant manum super caput uiruli. 22. C
 Sensus quinq;. 174. D
 Sentire morbum magni doli. 83. B
 Septem hebdomadarum interuallum à resurrectione domini usq; ad pentecosten. 139. B
 Septē agnos immaculatos offerre. 139. D
 Septem dies includere inspectionis causa. non scriptum est ad pœnam. 75. D
 Septem gentes. 83. C
 Septem gentes imaginē gerunt septem immundorum spirituum. 83. D
 Septem dies enumerare ad emendationem. 89. A
 Septem dies. septē operationes sunt spiritus. 89. B
 Septē dies esse sub ubere matris. 135. A
 Septem numerare hebdomadas. 152. A
 Septem plagæ Iudæorum. 168. D
 Septies aspergere contra dominū. 81. C
 Septem diebus manere in tabernaculis Israelitam. 145. A

- Septem septimanæ ab azymis ad pentecosten, 29. A
 Septem ætates, 151. B
 Septies aspergere altare, 46. B
 Septem diebus immunda mulier, 66. A
 Septem dona spiritus, 20. D
 Septies aspergere, 100. C
 Septima hebdomada non serere, 153. D
 Septimo anno requies agrorum, 149. D
 Septima hebdomada, 153. D.
 Septimus dies imaginem gerit huius uitæ, 66. B
 Septimus mensis figuram gerit temporis nouissimi, 144. D
 Septenarius numerus totius uitæ habet significationem, 137. C
 Septenarius huius uitæ habet plenitudinam, 72. D
 Septenarius numerus, 20. D. & 72. C. 140. D. 141. B. & 166. C
 Septenarius numerus remissionem peccatorum continet, 81. C. 84. C
 Sequi Christum, est renunciare mundo, 47. B
 Sequi Christum, est omnia ex præcepto eius agere, 140. A
 Seraphin, 21. A
 Sermo pro quo accipiatur, 51. D
 Sermorum diuinorum processio à passione Christi incipit, 95. A
 Serui qui docentur dicuntur, 160. A
 Serui & ancilla qui, 150. B
 Seruus non manet in domo in æternum, quomodo intelligatur in Ioan, 160. B
 Sex annis serere agros, 149. D
 Sex panes immolare, 146. C
 Sextarium olei fumere, 81. A
 Sextarii mensura, 81. A
 Sextus annus reformationis est, 153. C
 Siclus, 171. C
 Siclus uiginti obolorum, 29. A
 Significatio lepræ quæ dicitur, 69. D & 72. A
 Significatio quid sit in LXX, 152. C
 Silas, 180. A
 Similam qui offerant, 12. D
 Similam offerunt mysteriorum periti, 16. A
 Simila oleo conspersa, 38. C
 Simon in actis Apostolicis contritis fuit testiculis, 134. C
 Simples expositi sunt contumeliosus, 104. A
 Simples ut columbæ, in Matthæo quæ sint, 18. B
 Sinistra manus figura malorum actio, 48. A
 Sina mons in Arabia, 115. B
 Sinai rubus uel tentatio interpretatur, 42. D
 Solomō pacificus interpretatur, 172. A
 Soluite templum hoc, quomodo intelligatur in Matthæo, 112. A
 Sophir bonum interpretatur, 172. C
 Sordes nostræ ex Adam, 89. D
 Soror inuupta quare ad sacerdotem pertineat, 124. D
 Sorori filia patris misceri, 121. D
 Sororis turpitudine qui uideant, 122. A
 Sors emillarij figurate ad diuinitatem Christi pertinet, 97. C
 Sors mittitur quando iudicio nullus est discernendi locus, 96. D
 Sors cecidit super Mathiam, 96. D
 Spatulas palmarum fumere, 144. B
 Spicilegium propter pauperes institutum, 111. A
 Spicas non colligere, 140. D
 Spina peccata significant, 101. B
 Spinea corona Christi, ibidem
 Spiritus Moysi tanquam superiori creditus est, 69. C
 Spiritum Paulus prohibet extinguere, 146. A
 Spiritus sancti aduentus die dominico, 139. B
 Spiritus legis uberes fert fructus, 158. D
 Sponte nasci quæ dicantur, 150. A
 Squamas habere, 59. C
 Squamæ ignorantiam temporariam significant, 59. C
 Squamas ab oculis cadere, ibidem
 Squamæ pinnis adiunctæ, 59. D
 Scabies, 134. A. 165. D
 Scabiæ iugum detractores laborant, 129. A
 Scientia legis uere mundat, 67. C
 Scriptura diuina non est auersanda, quod plurimi

plurimi inde sumant hæresium occasiones. 64. A
 Scripturas scrutari. 86. B
 Scripturæ diuinæ interpretandæ optima ratio, si ex prioribus & consequentibus eliciamus ueritatem. 73. B
 Scriptura solet rem eandem sæpe multis nominibus appellare. 21. B
 Scriptura diuina Iudæis infructuosa est. 167. A
 Staminis nomen quale in Leuit. 78. A
 Stateras quando transiliamus. 118. D
 Statuas erigere prorogandæ memoriæ causa. 162. D
 Stellæ inter se differunt claritate. 133. C
 Stellio. 62. D
 Sterilis in Esaia quæ dicatur. 156. C
 Stola nuptialis fordida in Euangelio. 131. B
 Stolas filiorum Aaron cū patre Aaron sanctificari quid sit. 49. A
 Stigmata corporis in luctu. 117. A
 Stigmata quæ intelligantur. 117. B
 Stratum agros significat in doctrina subtilimes. 87. D
 Stratum in quo dormierit menstruata. 91. D
 Stratum quid. 87. D
 Strues lignorum. 9. B
 Struthio 60. B
 Studia qualia in scripturis intelligantur. 105. A
 Subtegmen quod trama. 77. C
 Subtegmen quale intelligatur. 78. A
 Subtilitates quæ intelligantur. 165. C
 Suffusio arrogantiam significat. 129. A
 Superbia angelorum. 78. B
 Supercilia quæ intelligantur. 80. A
 Supputatio annorum. 177. B
 Surdum prouehere quid sit. 125. C
 Surdo male dicere. 112. C
 Sus inter immunda. 58. C. & 95. A
 Suem immundum comedere. 58. C
 Sus in uolutabro. 58. D
 Synagoga ancilla appellatur. 115. A
 Synagogæ confugiendum est ad ecclesiam. 43. B
 Synagoga repudiata. 126. C

Synagoga Iudæorum uxor & filia dei appellata reperit in scripturis. 126. C
 Synagogæ zelus erga ecclesiam. 107. A

TAbernaculū testimoniū nostrā conscientiam nonnunquam significat. 7. B

Tabernaculo excludi septem diebus. 80. A

Tabernaculum mysteriorum est adeptio 80. A

Tabernaculum ponere in medio nostri. 164. D

Tabernaculū nō semper ingredi. 94. A

Tabernaculum dei nos sumus. 92. C

Tabernaculum uerum in apostolica doctrina. 89. C

Tabernaculum testimoniū. 6. D

Tabernaculum. 144. D

Tabescere in iniquitatibus suis. 169. D

Talentum euangelicum dare nummulariis. 158. B

Talpa. 62. D

Tangere. 33. C

Tangere morticinum, est peccatis consentire. 25. A

Tangere captum à bestia. 25. A

Tangere immunda. 25. B

Tangere menstruatam. 91. B

Tangere lectum profluuio laborantis. 88. B

Tangere carnem fluxum seminis patientis. Ibidem.

Tectum domus sunt fideles. 84. B

Tegmen dei est nutus & gratia. 78. A
 τὴν λαύνην. 69. D. & 71. A

Temerare in masculum quale facinus. 121. B

Temporibus inseruendum, quibus & deus in ferendis legibus se accommodauit. 135. D

Templum Hierosolymitanum. 156. C

Temporis longi prerogatiua. 160. D

Temporibus inseruiunt nostræ actiones. 144. A

Tempus menstruale. 91. C

Tentationes rubo sunt similes. 42. D

Tetrationes semper adsunt iustis. 42. D

Tentationum finis à Iacobo expressus. 42. D
 Terra quam deus dedit. 116. A
 Terræ fructus congregare. 143. C
 Terra hostilis. 170. A
 Terra nobis promissa. 138. B
 Terram non dare germen. 167. A
 Terra hospitium est, non domus. 141. B
 Terra nostra bona cōversatio est. 135. A
 Terræ bonæ tres fructus. 173. C
 Terrenus homo in nobis de limo. 44. A
 Tertius dies pro quo sumatur. 39. C
 Tertio die comedere de carnibus. 39. D
 Testamentum Christi. 147. A
 Testiculi contriti. 134. B
 Testiculis sectis esse aliquem. 134. C
 Testimonij arca, caro Christi. 94. A
 Theologiæ quædam omnibus sunt necessaria, quædam uero tūto ignorantur. 32. C
 Theologia imperfecta est dum hic uiuimus. 56. A
 Theologiæ non oēs sumus idonei. 56. A
 Theologia plerisque causa ad hæresim. 93. C
 Thesaurus absconditus in agro. 156. D
 Thus orationem & eleemosynam significat. 12. D
 Thus momenta in curandis morbis. Ibi.
 Thus lucidissimū ponere super panes. 146. C
 Thus efficaciam in medendo. Ibidem.
 Thus & oleū sacrificio nō apponi. 27. B
 Thymiatna compositionis. 21. A
 Thymiatna thuribus imponere. 53. D
 Timotheum iussit Paulus modico uino uti. 55. C
 Torrens, præsentis uitæ gerit speciem. 144. C
 Transgressio legis. 74. C
 Tres anni consummationem nostrum significat. 155. B
 Tres decimæ similia. 80. D
 Tria testamenta. 170. B
 Triennio abstinere à fructibus. 116. B
 Trigintatribus diebus manere parientem in sanguine purificato. 66. C
 Triumphales quædam feria. 137. A

Triumphus Christi. 137. A
 Trophæa deo figere. 178. D
 Tuba qua mortui resurgent. 141. A
 Tunica de lino. 44. A
 Tunica pro iustitia accipitur. 31. D
 Tunica linea. Ibidem
 Turpitudine matris & filia quæ. 106. C
 Turpitudinem reuelare. 106. A. B
 Turturem offerre. 11. B. 82. B
 Turtur quid sit. 3. A
 Turturi data cognitio aliqua. 82. C

V

Vacare debent criminibus, qui in ea parati sunt dicere. 77. B
 Vide ad formicam d piger, quomodo intelligatur. 134. A
 Valliculæ. 84. C
 Varietas sapientiæ ex lege. 159. D
 Varietatem deus ubique amauit. 57. B
 Varij lectores legis. 179. B
 Varijs modis itur ad deum. 42. C
 Vasa fictilia sumus. 79. C
 Vasa Christi quidam recte dicuntur. 46. B
 Vasa lutea. 89. A
 Vasa lignea quæ dicuntur. 89. A
 Vasa aurea in domo quæ. 35. C
 Vasa fictilia infirmos significant. 35. C
 Vas fictile confringi. 35. C
 Vas electionis Paulus quare. 87. D
 Vas in Leuitico pro quo accipitur. 87. D
 Vas fictile. 35. B. 63. B
 Vas fictile frangitur, in quod morticinū incidit. 63. B
 Vbera matrum relinquere. 135. B
 Vas ligneum. 63. B
 Velamē sanctuarij corpus Christi. 20. C
 93. C. & 129. C
 Venatio insidias sanguinolentas significat. 103. D
 Vendere possessionem propter paupertatem. 154. C
 Vendere quæ habemus, & dare pauperibus, perfectissimæ uitæ proponitur exemplum. 140. A
 Veditio & emptio spiritalis quæ. 152. B
 Venefici qui sunt habendi uere. 117. D
 Vene

- Veneficis adhaerere. 117. D
 Venia digni, qui ignorantes peccant. 64. C
 Venter animae cor. 10. A
 Venter abditarum cogitationum receptaculum. Ibid.
 Ventrem meum doleo, apud Hieremiam quid. 17. A
 Ventris duplex usus secundum Medicos. 16. D
 Verbo dei omnia sanctificata sunt. 132. C
 Verborum immutatio in legibus adfert aliquid, antea non dictum. 140. C
 Verbum dei, argentum. 175. D
 Verba quaedam LXX. geminant. 86. D
 Vernaculi. 131. D
 Vesicam auium abijcere quid sit. 11. D
 Vespertilion es. 60. D
 Vesperi appellatione David pro gaudio usus est. 130. C
 Vesperum. 63. A
 Vesperum poenitentiam significat. 130. C
 Vestem aspergi quid sit. 35. B
 Vestimenta corporis. 77. D
 Vestimenta conscindere. 127. B
 Vestimentum aliquando in malam partem accipitur. 90. B
 Vestimenta multicoloria prohibita. 114. B
 Vestimentum ex duobus contextu quaerit. 114. D
 Vestium nomine significantur mulieres quae ob usum libidinis tantum nubunt. 90. A
 Vestimentum lineum. 95. B
 Vestis sacerdotum alia atque nostra. 49. A
 Vetera veterum comedere. 154. A
 Vetus testamētū, modius hordei. 176. A
 Viae desertae. 167. C
 Videre deum. 54. A
 Viduam non ducere uxorem. 127. D
 Vigessimus annus militiae conuenit. 172. C
 Vigilare sacerdotem. 125. B
 Vigilare quid significat in scripturis. 112. D
 Viginti legis praecepta. 171. C
 Vindemiam apprehendere messem quid. 163. D
 Vindemia arborum fructus colligit. 163. D
 Vineae Sabaoth. 94. B
 Vineae populus est Iudaeorum. 111. C
 Vineae praedicationis est euangelica. 150. A
 Vir in scriptura diuina pro perfecto accipitur. 121. B
 Vir a legislatore propter fortitudinem dicitur. 87. A
 Viri nomen in scripturis, doctori competit. 87. A
 Vir perfectus in Paulo quis intelligatur. 95. C
 Viri nomen unde. 16. C
 Virentia offerre quid sit. 16. A
 Viridans superbia. 78. B
 Virginum decem exemplum declaratur. 38. D
 Virtus non indiget magno tempore. 133. C
 Virtutes male operari non distat ab eo quod omnino uacamus. 40. A
 Virtutibus non semper licet uacare. 144. A
 Virtutes speciem scalarum obtinent. 16. B
 Virtutum inopia est uera paupertas. 159. A
 Vis ad potentes pertinet. 113. A
 Visitatio in scripturis pro libertate accipitur. 115. B
 Visitat deus terram. 108. C
 Vita nostra peregrinatio est. 136. D
 Vitae cuiusdam imperfectioris sunt etiam in euangelis rationes. 133. C
 Vitia quomodo corrigenda. 155. A
 Vitulus de bubus quid sit. 20. A
 Vitulus Christum significat. 19. D. & 95. A
 Vitulum extra castra eijci in loco mundissimo. 21. D
 Vitulus de armento septem agnis coniunctus. 139. D
 Viua dicuntur & Iudaeorum legalia mandata. 73. D
 Viuentes qui intelligi debeant in Paulo ad Corin. quum dicit: Nos qui uiuimus, non &c. 151

- Ulcera animi sunt peccata. 74. A
 Uleris nomen in scriptura sacra. 75. A
 Ulcus album ex legali transgressione. 74. B
 Ulcus rubeum ex euangelica transgressione. 74. B
 Umbram legis inuexit deus propter Iudæorum infirmitatem. 81. B
 Una dictio diuersa aliquando significat. 60. D
 Unctio pro incarnatione sumitur. 33. D. & 46. C
 Unctio confortat. 48. A
 Unctio carnis Christi. 127. A
 Unctio nostra qualis. 43. A. & 46. A
 Unctio nobis cum Christo & communis, & non communis est. 43. A
 Unctio spiritus, & sanguis unigeniti, non differunt inter se. 49. A
 Unctionis & sacrificiorum leges simul sunt à deo latae. 42. C
 Ungues cum dentibus habent affinitatem. 58. A
 Unguium usus in animalibus. 58. A
 Ungulam quæ animalia diuidant. Ibid.
 Ungulam non findere. 174. C
 Ungulam findere quid sit. 58. A. C. & 59. B
 Vocatio. 141. A
- Volatile reptile, abutentes euangelica doctrina. 61. D
 Voluntarie enim peccatibus, &c. declaratur ex episto. ad Hebr. cap. sexto. 28. B
 Votum in Dauide. 133. B
 Vouere se deo. 171. B
 Vouere aliquantum temporis. 176. B
 Vpupa lugubris auis. 60. C
 Urbanae possessiones quales. 157. C
 Vria factum. 106. D
 Usuras non accipiendas. 158. A
 Vter in pruina apud Dauidem quid. 37. C
 Utilitas legum est ex medullis eruenda. 155. D
 Vuæ primitiarum non vindemiandæ. 150. A
 Vulnere animæ curat poenitentia. 74. A
 Vulneris locus est desiderium. 74. A
 Vultures. 60. B
 Vxorē uirginē ducat sacerdos. 127. D
 Vxorem proximi fugere. 107. C
- Z
- Z**achariae locus qui est cap. 3. declaratur. 21. B
 Zachæus in Luca. 161. C
 Zelus in Esaia pro inuidia. 75. B
 Zizaniorū parabola declaratur. 155. B
 Zona fortitudinem significat. 95. B

IOANNES TRITEMIVS, ABBAS SPANHEIMENSIS,
DE ECCLESIASTICIS SCRIPTORIBVS.

† Efytius presbyter & monachus, beati Gregorij Nazianzeni episcopi quondã auditor & discipulus, uir in diuinis scripturis eruditissimus, exemplo suo præceptoris admonitus, fertur in diuinos libros multa explanationum scripsisse opuscula, & tam in Nouum, quàm in Vetus testamentum uaria lucubrassè uolumina, quæ necdum ad manus nostras peruenerunt. Legi tantum opus illud insigne, & magnæ quantitatis, quod scripsit ad Eutythianum uenerabilem diaconum: *† Isychius, in antiquissimis exemplaribus.*

In Leuiticum libri VII. Venerabili diacono Eutythiano.

De cæteris nihil uidi.

Claruit sub Arcadio, & Honorio principibus, Anno CCCC.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

Illegible text block in the middle of the page, appearing to be a list or a series of entries.

Clarissimo A. de ...
1777

Illegible text block at the bottom of the page, possibly a signature or a concluding note.

ISYCHII PRESBY.

TERI HIEROSOLYMORVM, IN LE-
VITICVM PRAEFATIO.



VENERABILI diacono EVTYCHIANO, pecca-
tor Christi seruus ISYCHIVS, presbyter, in Christo
salutem. Calamū pro tuba conduxisti spiritui, & pin-
guem atq; altam terram, multa q; aratra ad culturam
habentem necessaria, bidentem qui uix harenā ualeat
effodere praecipisti. Cur autem hoc? si quis eorū qui
consueuerunt talia interrogare te interroget: tacebis forsitan ipse, quū ni-
mis difficilis sit, & obdura inquisitio. Doctorem autem tuum Paulū exhi-
bebis, pro te quod interrogatus es interpretantem: Vt sublimitas sit uirtu-
tis dei, & non ex nobis. Sed quid hoc sit, ipse rursus interpretatus est pla-
nius: Et sermo meus, & praedicatio mea, non in persuasibilibus humanae
sapientiae uerbis, sed in doctrina spiritus & uirtutis, ut fides uestra nō sit in
sapientia hominū, sed in uirtute dei. Quomodo, aut ubi sit, & apud quos
habitet, ipsius demonstrat dei bonitas, quando Paulo auferrī stimulum
carnis suae, & colaphizantem satanae angelum discedere à se roganti, di-
cebat: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Hoc
ergo credens debere me facere, quae alij non fecerunt: praecipisti ut Le-
uitici libri spiritalem intentionē per ordinē interpretarer, defenderemq;
literam multis aduersariorū accusationibus subiacentem, ad altiorē eam
intellectum deducendo. Facerem autem hoc, non quemadmodum olim
quidam trara quaedam capitula excerptes, sed omnia per ordinem usq;
ad finem discutiens. Quod quā sit difficile, ex hoc uno per paruo, quan-
tum ad cunctum praedicti libri contextum tanta uarietate plenū, cogno-
sce capitulo. Eum qui sacrificium pacificorū, seu salutare offeret: siquidē
pro gratiarum actione offeret, in die qua obtulerit, ait, comedetur, nō re-
manebit ex eis usq; mane. Quod si uoto uel sponte quisquā obtulerit ho-
stiam, eadem die qua obtulerit, similiter edetur, nec non sequenti die. Quū
ergo eiusdem generis, sicut apparet, sacrificia sint, utrunq; enim pacifico-
rum, seu salutare, ait: ex eo quidem quod est gratiarū actionis seu lauda-
tionis, in mane relinqui non praecipit: illud autem quod est spontaneum,
uesci praecipit & in crastinum. Equidem si malum erat seruari de sacrifi-
cio in crastinum, nec de aliquo eorum hoc debuerat praecipī: si uero bo-
num, debebat in utroq; sanciri. Similia autem his, & per omnē quodam-
b



*Præceptorum
dei diuersitas
facit, ut allego-
rijs quoquo pa-
cto opus sit.*

Ephe. 6.

*D
Leuiticus qua
de causa sit di-
ctus.*

Anagoge.

C modo contextum legis huius inuenies egisse per spiritū legislatorem, id est præcipientem quæ uetuerat, rursusque prohibentem quæ pridem præceperat. Quod & nimis obseruantiam reprehendit literæ, ostenditque considerationem necessariam esse spiritualis intelligentiæ; necnon euangelicam defendit prædicationem, prohibentem quædam de his quæ uidentur legi, secundum literam intelligi siue agi, & unum eundemque esse legislatorem demonstrat noui simul ac ueteris testamenti, dum ex autoritate siue potestate quæ uult nunc præcipit, nunc autem prohibet. Nihil autem sibi contrarium iubet, licet præcipiat ea quæ pridem prohibuit, & prohibeat quæ olim præcepta sunt. Sed & nimis sancit conuenientia, si sit à quo eius intelligi possit intentio, & ad quem finem respiciant eius statuta sentiri. Sed quia mihi de his uerbum dari in apertionem oris, in omni patientia, & obsecratione fecisti: quemadmodum Ephesiorum ecclesiam Paulus oras deprecare, ut fiat oblatio uerbi mei acceptabilis, non solum in Hierusalem, sed & in omni terra, in qua deo annuente defertur, ut glorificetur Christus, qui stulta mundi, & infirma, & ignobilia, & ea quæ non sunt, elegit: sicuti & me ab omni iustitia destitutum, & à sapientia alienum, non idoneum ne seruum inutilem nominari, sed propterea modicam quandam gratiam consecutum: ut ea quæ apud homines impossibilia sunt, possibilia apud deum appareant, quum eius sapientiæ homines deseruiunt imperiti. Quod autem argumentum huius libri, de quo loquimur sit, ipsum inquirere scriptorem oportet: ea enim de quibus sancire disposuit, breuiter instruere legentes uolens, Leuiticum hunc, sicut cernimus, appellauit, appellationem adinueniens, quæ uno eodemque tempore, omne huius libri manifestaret argumentum: quia Leui tribus sacri tabernaculi ministerium sortita est, in quo oportebat sacrificia, fructuumque primitias, & primogenitorum oblationes secundum legem offerri, celebrari, etiam quascunque lex in immundis ex qualibet causa emundationes præcipit, exhiberi: hæc præsens liber continet, aliaque quæ huiuscemodi sunt eruditioni coniuncta. Siue enim festiuitates dixeris, siue ciborum differentias, quæ quidem eorum munda, quæ autem oporteat dici immunda, siue nuptiarum illicitarum, siue sacrificiorum maculam habentium prohibitio, tam altaris sanctificatio, ad Leuitas pertinent, & hæc & quæcunque alia præsentis lege conscripta sunt. Sed ut non superfluum dinumeremus singula, faciemus exordium: illud præ omnibus sermo eos qui hæc lecturi sunt contestatur, quod necesse sit interpretationem ad anagogen trahi, & auditum ab humilibus ad sublimiora transferri, spiritalemque intelligentiam in litera perscrutari. Neque enim hoc contradicit legi, sed imò magis defendit & confirmat legem: quia nec contra eam, sed potius resistentibus pro ea pugnare suscepimus. Manifestum est autem hoc, ex eo quod inimici legis maxime eam in multis nihil iuuantem, & inutilem accusant: sed nos huius maximam utilitatem, per intelligibilem anagogen ostendimus. Nec enim reprehendere quis anagogæ interpretationes,

nec

A nec intellectuum cōsiderationem, nec literæ præsumat explanationem, necq̄
 noster quispiam, necq̄ alienus. Nam noster quidē testimonia aperta istius-
 modi expositionis multa habet, atq̄ differentia: ueluti Christi parabolas, in
 quibus agrum mundum, agricolam se, semen bonum iustos, zizania mali-
 gnos, messores angelos, inimicum superseminantem tritico zizania, diabo-
 lum exponens, unumquodq̄ prædictorum appellauit. Quid ergo incon-
 gruum, si quis etiam nunc præsens legis negotium exponens, bouem dicat
 esse hominem qui operatur iustitiam, ouem simplicem & innocentem
 columbam, aut turturam: uiuentes sublimius, contemplationicq̄ uacantes?
 Sed ne Iudæus quidem contradicere huiusmodi legis interpretationi pote-
 rit, nunquid non Hierusalem lænam Ezechiel propheta appellauit: catulū
 autem eius Heliachim, qui ductus est in Aegyptum? Alium rursus catulum
 Ioachim, quem in uinculis, siue ut LXX. ædiderunt, in cauea Nabuchodo-
 nosor Babylona perduxit. Quid autē intelligitur aquila magnis alis? quid
 inaures, & discriminalia, Hyacinthus & byssus, & alia quibus Hierusalē de-
 us, secundum quod ait hic ipse propheta, uestiuit? Quid autem & later, in
 quo ciuitatem depinxit? quid ferrea sartago? quid panis quem de tritico, &
 ordeo, & faba, lente, milio, & uicia, deo iubente comedebat? Quia non solū
 ea quæ in parabolis dicta sunt, sed & ea quæ secūdam historiam sunt, ad sub-
 limiorem intellectum per allegoriam duci oportet, aperte Paulus, & sine
B aliqua dilatione Galatis scribens, ait: Dicite mihi qui sub lege uultis esse, le-
 gem non legistis? scriptum est enim, quia Abraham duos filios habuit, unū
 ex ancilla, alterum ex libera. Sed qui ex ancilla, secundum carnem natus est:
 qui autem ex libera, per repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta.
 Quicq̄ hoc dicens, illico allegoriam exhibuit, ait enim: Hæc sunt duo testa-
 menta, unum quidem de monte Sina, in seruitutē generans, quæ est Agar,
 & reliqua quæ sequuntur. Sed nunc & hæc eo modo ad allegoriam, quo re-
 liquas scripturas, trahi oportet: nec quemadmodum illæ, quæ cum magnam
 ex semetipsis habeant uim, maiorem tamen per contentionis interpretatio-
 nem suscipiunt utilitatem, ita & præsens sanctio, parua mihi & minima, &
 ut credendum est nec reticēdum: inutilis uel fortassis etiam noxia est hic lite-
 ra, si spoliatur spiritali intelligentia, multis emergentibus ipsius literæ, & ua-
 rijs reprehensionibus, sicut in subsequētib; reperiemus, nisi quis ad sub-
 limiorem interpretationem confugiens, ex ea quemadmodum pro litera sa-
 tisfacere possit, exquirat. Propter quod & bonam legem, seu mandata, &
 non bonā per prophetā Ezechiel deus appellauit, dicens: Eieci eos de ter-
 ra Aegypti, & eduxi in deserto, & dedi eis præcepta mea, & iudicia mea
 ostendi eis, quæ faciat homo & uiuat in eis. Ecce bona & ualde bona, intan-
 tum ut uitam præstent custodientibus ea. Sed quædam de Iudæorum infi-
 delitate commemorans, uide qualia rursus de his mandatis subdidit: Et ego
 eis dedi, inquit, mandata non bona, & iudicia in quibus non uiuēt. At quo-

*Allegorie nec
 cessariae, addit
 Hieron. ubi nō
 agitur de præ-
 ceptis uitæ.*

*Bos.
 Ouis.
 Columba.
 Turtur.*

Ezech. 19.

Galat. 4.

*Literæ cortex
 excutiendus est.*

Ezech. 20.

modo possunt bona hæc esse, & non bona? Aut quomodo nunc præbent, nunc autem non præbent uitam? Aut certe quis ita secundum eum custodit, secundum quem à legislatore descripta sunt, uidelicet spiritum? Spiritus enim est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare: ipse in eis uiuit. Qui uero carnaliter accipit, recte non bona sentit diuina iudicia, quippe nec intelligit, nec eis utitur bene. Vnde ea quæ bona sunt, recte ei non bona fiunt, nec uiuit in eis: nam primum quidem ignorant uitam, quæ in eis abdita est, deinde non semper, sed certo tempore legislator uoluit susperficietenus custodiri, ut astringeret Iudæorum duram ceruicem, grauioribus egentem iugo. Propterea populum eum duræ ceruicis Prophetæ dicunt. Esaias autem non tantum duræ ceruicis, sed uitulam consternantem Iudæorum populum appellauit. Quæ autem consternans est, si ita susceperit iugum, nullo modo domatur. Et rursus: Effraim uitula docta diligere trituram, transibit super pulchritudinem colli eius. Per cololum obedientiam significans, in quo iugum legis superimposuit, ut humiliatus populus libenter euangelicum iugum, utpote leue, suauiter susciperet. Sed iam tempus est ut ipsam legis proponamus literam.

Ioan. 4.

Sacrificia quare deus Iudæis præceperit.

Esaiæ 15.
Osee 10.



ISYCHII PRESBY

TERI HIEROSOLYMORVM IN LEVITICVM LIBER PRIMVS.



AOCAVIT autem MOYSEN, & loquutus est ei dominus de tabernaculo testimonij, dicens: Loquere filijs Israël, & dices ad eos: Homo qui obtulerit ex uobis hostiam domino de pecoribus, id est de bubus, & ouibus offerēs uictimas. Quod nō diligēs deus sacrificia, ea quæ sunt de sacrificijs Iudæis præceperit, demonstrat Esaias dicēs:

Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarū? dicit dominus, plenus sum holocausto arietum, & adipe pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorum & hircorum nolui. Cum ueneritis ante conspectū meū, quis quæsiuit hæc de manibus uestris? Ergo quodāmodo hoc quod de sacrificijs præceperat, abnuuit. His similia & Amos dicit: Nūquid uictimas & sacrificia obtulistis mihi in deserto XL. annis domus Israël? Atqui frequenter obtulerāt: sed ob hoc quod nimis displicebant ei, ea quasi non oblata reputabat. Eadē & Hieremias propheta ait: Hæc dicit dominus exercituum, deus Israël: Holocaustomata uestra addite uictimis uestris, & comedite carnes: quia non sum loquutus patribus uestris, & nō præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustomatum & uictimarum. Sed inquit: Hæc de quibus loquimur ipse mandauit qui & negat, & cur negat quæ mandauerat? Cur? quia intentionem datoris hi qui acceperūt, transgressi sunt. Cū enim subtilis esset, & ualde sublimis lex, & cum propterea absconsa esset in superficie literæ, quatenus perscrutantes eam discerent, cum prius suos emendassent sensus: erant enim crassioris atque duri cordis, & necdum legem dei intelligere ualētes, in ignorantia remanserunt. Quū autem maxima distinctione uerborū legislator utatur, nūc etiam ab ipsa est orsus. Exordium in æditione LXX. incipit ab ea parte orationis quæ est coniunctio, quam consueuimus in medio ordinis ponere uerborum, ut præcedentibus coniungat sequentia. Ipsum quippe libri huius initium termino præcedentis cōiunxit, qui appellatur Exodus, in quo MOYSES tabernaculū erexit, cui recte præsentia cōiunguntur, cum unius eiusdemq; † diei, in utroq; contineatur opus. Sed & liber Numeri, quia nihil medium inter eum & Leuiticum appellatur, simile habet & ipse procemiū, ait enim: Loquutusq; est dominus ad Moysen in deserto Sinai, in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero. Nihil ergo post historiam Leuitici libri, ante histo-

Esai. 1.

Amos 6.

Hiere. 7.

aliast del.

*Leuiticus &
Numerorū li-
ber coherent.*

*Numerorū li-
ber quamobrē
sit à Leuitico
reuulsus.*

Exod. 31.

*Tabernaculū
testimonij est
scriptura diui-
na.*

*Offerre de bo-
bus & ouibus.*

Psal. 37.

Psal. 48.

Criam uero Numeri, populus Iudæorum egit, neq; enim locum mutauerat: quia necdum tabernaculum dedicarant, nec tempus multū præterierat. In primo quippe mēse secūdi anni, eiusdem mensis initio agi cœperūt. In Exodo autem & Genesi, quia tempus multum mediū, Ioseph mortis, & egressiōnis filiorum Israēl transcurrerat, non similiter in eisdem libris cœpit. Non enim Et coniunctionis, sed opportunum dispensationi eorum quæ ibi scripta sunt, ponit exordium. Ait enim sic: Hæc sunt enim nomina filiorū Israēl, qui ingressi sunt in Aegypto cum Iacob, singuli cum domibus suis. Sed si ne dubio obijciat quispiam: quamobrem libri legis diuisi sunt, quū non diuiderentur, sicut prædictum est, tempore? Sed hoc ideo, ut nō fastidium legentibus libri faceret amplitudo: libēter enim negociatores pelagus uiasq; diuidunt, ipsum quodammodo arbitantes diuidere se laborem. Præterea secundum LXX. non uocari, sed reuocari Moysen scriptum est, sicut quando idem secundum LXX. Beseleel tabernaculum secundum figuram, quæ ostensa est in mōte, facere præcepit. Ait enim: Dixitq; Moyses filijs Israēl: Ecce reuocauit deus ex nomine Beseleel filium Hor de tribu Iuda, & impleuit eum spiritu sapientiæ. Ergo & nunc aliorum intelligibilium quorundam, & rationabilium sacrificiorum imaginem, describere dominus Moysen præcepit, & apertissime hæc quæ dicitur reuocatio, dispensationē quamdam uerborum, uel rerum, ad superiora respicientiū innuit. Sed unde ad eum dominus loquitur? De tabernaculo scilicet testimonij. Primum quidē de cœlo, quia in ipso habitare deus affirmatur. Deinde tabernaculum testimonij præsentem scripturam intelligimus: quoniam quasi tabernaculum quoddam erat, quū ea quæ dicebantur, imagines siue figuræ sequentium mysteriorum essent, propter quod tabernaculum testimonij dicebatur. Horum autem sermonum tabernaculum, testimonium futurarū rerum est, indubitabilem eis fidem præstans. Quid autem dici, aut ad quos iussit? Ad filios uidelicet Israēl, de quibus eum qui uoluntaria dona offerebat, de bubus, uel de ouibus offerre præcepit: ex utroq; animali uel iumento, similem designans hominem, qui nihil acuminis, neq; ad uirtutem, neq; ad maliciam habet, sed trahitur ab alio: tales sunt boues & oues, nimis enim ad manū sunt consueta animalia, & eos qui ita trahunt facile sequentia. Et propterea non omnium hæc munera, sed Iudæorum solummodo esse possunt: illi enim etiamsi uirtutis aliquid non operantur, sufficit eis minime inique operari. De quibus Dauid dicebat: Homines & iumenta saluos facies domine: primum ordinem hominibus custodiens, deinde concedens etiam reliquis salutem. Quod autem hominem istum de quo nunc sermo est, legislator appellauit: ait enim, Homo ex uobis: non hoc admireris, possibile est enim eundem & hominem appellari, & quæ iumentorum sunt agere. Demonstrat autem hoc idem Dauid propheta dicens: Et homo cum in honore esset, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Verum

Arum quia intelligibilem quendam Israēl didicimus, eumque intelligibilem circuncisionem uenerantem, quemadmodū Paulus ait: Non enim qui in manifesto Iudæus, nec ea quæ propalā in carne est circuncisio, sed quæ in occulto, & quæ circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus nō ex hominibus, sed ex deo est, ei spiritaliter prædictā legis sanctionē coaptemus.

Rom. 2.

Si eius holocaustum fuerit oblatio ac de armento, masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandū sibi dominū.)

Quia sacrificia deus à nobis pro nostra salute uult, non ipse ea opus habens, satis nos Paulus commonefacit, ait enim: Obsecro itaq; uos fratres per misericordiā dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiā uiuā, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Ergo placens sacrificium deo, corporum nostrorū mortificatio est: simul enim in eo lucratur, & quod à peccato abstinemus, & quod uirtutes acquirimus. Sed quia ipsa corpora quidā plenissime, aliqui autem ex parte mortificant, secundum conditionem conuersationis, & modum uitæ in qua degunt, quū hi quidem ut perfecti sapient, alij ut paruuli, ea quæ omnimoda est renunciatio seculi, & uoluptatum plenissima abnegatio, holocaustū dicitur: totum se enim quis deo per intelligibile ignē spiritus offert, non iā terrenus, sed spiritalis, & quodammodo celestis effectus. Si ergo hic operator fuerit iustitiæ legis, quæ secundū literam est: bos uero similiter nominatur, quia ipsum animal iugū portat terrenorū operum, iugum autem est & lex. Sic enim Petrus, qui in Hierusalem concionaretur appellauit, dicens: Quid tentatis dominū, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus? Testis est autem & Paulus de hoc animali loquens, commemorans namq; mandatū legis ait: Non alligabis os boui triturāti. Quod uide quēadmodū interpretetur, Nūquid de bubus cura est deo: an propter nos hæc dicit: quia debet in spe qui arat arare, & qui seminat in spe fructus colligendi.

Rom. 12.
Sacrificia Christianorum.

Holocaustum enim tanquam soli deo sacrum semel in ignem conijciebatur. quod secus fiebat in alijs hostijs, quarū partes ad sacerdotes perueniebant. Declarat hoc Eucherius in Paralip. Act. 15.

B Masculum uero esse munus, siue oblationem, & immaculatum uult. Masculum quidem, ut nullatenus mandatorum effoeminetur, siue emollescat operator. Immaculatum uero, siue purum, ut nequaquam iustitiæ iniquitatem permisceat, nec simulatione uirtutē cōmaculet. Sed ad ostiū tabernaculi testimonij, siue secūdū LXX. ad tabernaculū testimonij iussit munus offerri. Tabernaculum autem testimonij hoc loco, non solum cœli, illic quippe nostram oportet esse conuersationem, sed & conscientia nostra intelligitur, in ea enim cogitationes habitant, quæ testimonium pro nobis aut contra nos reddituræ sunt. Ad placandum sibi dominum. Secundū LXX autem, esse hoc & acceptū dicit. Cui autē? Offerenti uidelicet, et oranti in cōspectu domini. Si enim acceptum nobis uere fit, & cor nostrum recte iudicās, nulliq; adhærens passioni, probauerit munus esse ad suscipiendū dignum, tunc orare in conspectu domini, id est remissionem nobis in conspectu domini possumus obtinere, ad cor enim inclinatur deus. Secundum quod

1. Corinth. 9.

Masculum munus quid sit.

Tabernaculū testimonij.

1. Ioan. 3. scribēs Ioannes theologus nos docuit: Et coram ipso suadebimus cor da no
 C stra: quia si reprehendit nos cor nostrum, & scimus quia maior est deus cor
 de nostro, & cognoscit omnia. Dilectissimi, si cor nostrum non reprehen-
 dat nos, confidentiā habemus ad deum. Ponetq; manus super caput ho-
 stiaē, & acceptabilis erit atq; in expiatione eius proficiens. Quod nos hostiā
 dicimus, græce dicitur *νάρωμα*, quo specialiter intelligibile holocaustum si-
 gnificatur: quia omne mandatū fructificat, quod per spiritalem conuersatio-
 nem efficitur holocaustum. Propter quod & manum in caput hostiæ pone-
 re eum qui offeret iubet, ut caput quidem hostiæ hoc loco initiū prædictæ
 cōuersationis intelligatur. Qui autem offeret eam, ipse sibi causa huiusmodi
 promissionis approbetur, utpote sponte ad hanc ueniens, donum quippe
 offeret: omne autem donum uoluntarium est. Ergo si promissionem suam
 transgressus fuerit, semetipsum quū pœnas luit accuset. Sic autem ei acce-
 ptabilis erit, & ad expiationē proficiens, quando prædicauerit & confitebi-
 tur, & positionē manus manifestauerit: quæ quia spontaneo motu, & non
 necessitate compulsus, nec exactus hoc obtulit sacrificiū. Immolabitq; ui-
 tulum corā domino, & offerent filij Aaron sacerdotis sanguinem eius, fun-
 dentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi. Detractaq;
 pelle hostiæ artus in frustra concident, & subijcient in altari ignē, strue ligno-
 rum ante cōposita, & mēbra quæ cæsa sunt desuper ordinantes, caput uide-
 licet, & cuncta quæ adhærent iecori, intestinis & pedibus lotis aqua: adole-
 bitq; ea sacerdos super altare in holocaustum, & suauē odorem domino.)
 D Multum laboriosa est lex, & spiritālē considerationem propter hoc habens
 necessariam, ut non superflue legislator subtilitate hac irrationalis hostiæ
 usus esse uideatur. Illud ergo in primis intende, quia uitulū coram domino
 præcepit occidi, ut non solū propriā conscientiam, conuersationēq; nostrā
 offeramus deo, sed quēadmodum placet ei, etiam corpus mortificemus, nō
 ad inferiorē gloriā, sed ad superna intendentes, hoc est enim coram domi-
 no. Sed qui sunt qui hunc sanguinē offerunt? Filij uidelicet Aaron sacerdo-
 tis, ipsi enim & occidunt. Equidē is qui oblationē offeret, sine nomine & nō
 designate expressus est. Filij autem dicuntur Aaron, immolantes quod
 oblatum est, & sanguinē offerētes: quia oblationē quidem adducere, id est
 promittere, quorūlibet est: implere autē promissa, quod occisio bouis ipsius
 docet, & sanguinis effusio, non quorumlibet, sed illorum qui filij Aaron re-
 uera sunt, utpote habentes in semetipsis sacerdotij dignitatē. Aaron enim ar-
 ca uel mōtanus interpretatur. Ergo quisquis semetipsum templū dei, & tem-
 plum excelsum ædificauit uirtutibus, hic filius Aaron uere dicitur, sed & sa-
 cerdos. Si enim ab unctione sacerdos agnoscitur, utiq; uncti & nos propter
 mysticū chrisma quod in nobis est, dicimur. Ergo & nos sacerdotes sumus,
 si custodierimus dignitatē unctiōis, de qua & Ioānes dicebat: Et uos unctio-
 nem habetis à sancto, & scitis omnes. Sed & Petrus nos sacerdotes appella-
 uir,

Manum super
caput ostiæ po-
nere.

Coram domi-
no quid.

Filij Aaron.

Sacerdos à my-
stica unctione.

1. Ioan. 2.

A uit, ait enim: Vos autē genus electū, regale sacerdotium, gens sancta, popu- 1. Petri 2.
 lus acquisitionis. Hi sanguinem fundunt per altaris circuitū, quod est ante
 ostium tabernaculi. Per sanguinem animā hic intelligi dubitandum nō est,
 quum ipse legislator paulō post dicat: Sanguinem non comedetis in ha-
 bitationibus uestris, quia anima carnis in sanguine est. Oportet ergo nos nō
 parcere animā, unde dominus ait: Qui perdidit animā suā propter me, Matth. 10.
 inueniet eam. Hoc est sanguinem fundere. Fundit autem in altaris circuitu,
 uidelicet in unigeniti corpus: hoc enim reuera altare dicitur, quo modo si-
 cut omne sacrificium super altare à sacerdotibus ministrantibus ponitur, sic
 omnem animā uirtutem in corpore domini, id est ad eius imitationem sa-
 cerdotes operantur. Hoc altare Moyses significans, dicebat: Altare de ter- Exod. 20.
 ra facietis mihi. De nostra enim terra, id est conspersione siue massa, corpus
 dominicum factum est. Et rursus ipse: Quod si altare lapideum feceris mihi,
 non aedificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrū tuum super
 eo, polluetur. Neq; em̄ secta, neq; dolata ab hominis manu est CHRISTI
 caro, de qua Daniel dicebat: Abscisus est lapis de monte sine manibus, quia Daniel 2.
 sine complexu uiri & mulieris conceptus eius processit & partus. Bene autē
 addidit: Et quod est ante ostiū tabernaculi testimonij in circuitu) ut in o-
 mnibus quidē eum imitemur: ante ostiū autē tabernaculi, ut ostiū, doctrinā Ostium doctri-
nam Apostolo-
rū significat.
 B apostolorum intelligamus. Per ipsam enim nobis fit introitus in coeleste ta-
 bernaculum, in quo habitare deum scriptura testatur: quod manifestat Esa-
 ias dicens: Respice de caelo, & uide de domo sancta gloriae tuae. Quod autē
 ostium apostolorū doctrina est, apertissime Paulus ostendit, dicens: Ostiū 1. Corinth. 16.
 enim apertum est magnū & euident, & aduersarij multi: ostium doctrinam
 quae ducit ad scientiam dei, dicens, cui omnimodo qui diuersa docent, ob-
 uiant. Nihil autem mirū est, si cū dominus ostium sit appellatus, similiter ap-
 pelleretur quam ipse impertitur apostolorum doctrina. Sic sacerdotes mini-
 strare oportet. Detractaq; pelle hostiae, artus in frustra cōcidere, & pellē qui
 dem detrahere) ut diuitijs, alijsq; omnibus secularibus quibus circumtegi-
 mur, expoliamur. Propter quod de Iob diabolus dicebat: Pellē pro pelle, Iob. 1.
 & omnia quaecūq; habet homo, dabit pro anima sua. Cōcidere autē, ut per
 partes partesq; nostra conuersatio approbetur, quia & CHRISTVS, sicut
 ait Paulus, secundum operationē in mēsuram uniuscuiusq; mēbri augmen- Ephē. 4.
 tum corporis facit in aedificationē sui in charitate. Tunc ergo filij Aaron sa-
 cerdotis.) Qui autē hi sint supra diximus. Subijciēt altari ignē.) utpote mi-
 nistrationē spiritus plenissime ualentes accēdere. Et quomodo habebimus
 ignē qui minime extinguitur: Struem lignorū componentes, scilicet sancta-
 rum scripturarum meditationes atq; doctrinas: per has enim nutritur spiri-
 tus dei, & continue accenditur, ut turbīnibus aduersarum potestātū extin-
 gui non possit: propter quod & Paulus dicebat: Spiritū nolite extinguere, 1. Thess. 5.
 prophetias nolite spernere. Nec mirandū est, si ligna sanctarum scriptura-

Cum doctrinas docuimus, quū legerimus in epistola ad Corinth. ligna, fœ-
 num, stipulas, malas actiones uel doctrinas significatas. Sed lignorū alia qui
 dem sunt fructuosa, nam Hieremias de eo qui confidit in deo dixit: Et erit
 quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit ra-
 dices suas. Quod autem per ligna fructifera, recte meditatio sacrarum scri-
 pturarum intelligatur, aperte nobis Dauid demōstrat: de eo enim qui in le-
 ge domini meditatur die ac nocte, Erit, ait, sicut lignum quod plantatum est
 secus decursus aquarum, quod fructū suum dabit in tēpore suo. Sed & exul-
 tabuntur, inquit, omnia ligna syluarum à facie domini, quoniam uenit. Gau-
 dent enim hī qui diuinas scripturas meditantur, quando eum uenisse, qui in
 eis & per eos prophetatus est, cognouerunt. His iussit imponi concisiones
 membrorū, caput & cuncta quæ adhærent iecori; Vel, sicut LXX. caput &
 adipēs. Nos uero per cōcisiones animam & corpus intelligimus, quū enim
 unius sint animalis, secundum operationes passionum inuicem sibi aduer-
 santur, dicit enim Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus
 aduersus carnem: Hæc enim inuicem sibi aduersantur. Propterea Abraam
 quum offerret sacrificium deo, diuidens uaccam & capram, & arietem, diui-
 siones contra se altrinsecus posuit. Caput autem omnis rationalis animalis
 mens dicitur, propter quod Esaias dixit: Omne caput languidum, & omne
 cor moerens, à planta pedis usq; ad uerticem non est in eo sanitas. Compa-
 ti enim sibi nimis hæc inuicem dicuntur, & rationale nostrum, utpote in
 utroq; habitās, utriusq; fouetur salute. In utroq; autem habitat, in corde sci-
 licet & in cerebro, quia mentem non diuidit, quia non oportet mentem so-
 briam diuidi, sed ipsam à pace dei custoditā (sicut ait Apostolus: Et pax dei
 quæ exuperat omnē sensum, custodiat corda uestra & intelligētias uestras)
 colligere oportet in unum corporis & animæ motū. Adeps autē à diuisio-
 nibus non sine causa separatur, quum æstimari oportet, quia utpote qui in
 ipsis est, cum ipsis deberet offerri, sed quia pinguißima pars, & nimis cras-
 sior omnis animalis adeps esse dicitur, ex ipso autem nobis desideriorū exur-
 gunt atq; commouētur appetitus: quod manifestum est ex eo quod super-
 iacet renibus & inguinibus, quæ organa seu instrumenta esse seminū cōmi-
 xtionūq; putantur: offerri hunc à diuisiōibus iussit, nec enim aliter poterat
 solum offerri. Auferrī autem, ut discamus desiderijs non corporaliter neq;
 animaliter uti, sed spiritaliter, ut sola spiritalia desideremus, & omnē appeti-
 tū in eis, & usq; ad eam extendamus: quia & animalis homo non percipit ea
 quæ sunt spiritus, stultitia est enim illi. Ergo animalē dicere Paulus uidetur
 eum qui non multū de carnalibus cogitat: & ideo carnalis non est appella-
 tus, sed animū erga uana desideria, & quæstiones occupat. Verbi gratia in
 mensuris cœli, & astrorū numeros, & similia philosophantes, qui forinse-
 cus magnū uidentur erga animā studiū impendere. Propter quod & eorū
 sapientiā animalē, diabolicā, terrenā, non autē de superioribus descendētē,
 ex quia

Animalis ho-
 mo quis in Pau-
 lo intelligatur.

A ex quibus descendit spiritus, Iacobus appellauit, quibus stultitia est ea quæ sunt spiritus, non enim ea possunt intelligere, quia spiritaliter nō examināt. Ergo intelligibilē adipem, id est omne nostrū desiderīū, seu appetitū uacare circa spiritū iubet, & propterea nō cū diuisionibus, sed per se offerri. Verūtamen & diuisiones, & caput, & adipem, super ligna quibus ignis subiectus est, quæcūq; sunt super altare, imponere iubet: ut omnē nostrū hominē scripturis spiritalibus, quæ de intelligibili altari corporis domini dictæ sunt, coaptemus, secundū eius uiuentes seu conuersantes imitationē. Intestinis autē & pedibus lotis aqua.) quod LXX. ædūt. Ea quæ sunt in uētre, & pedes aqua lauēt. Per ea quæ in uentre sunt, abditas & latentes cogitationes significantes in uentre animæ, quia uenter animæ cor est. Vnde Hieremias dicebat: Ventrem meū, uentrem meū doleo. quem uentrem ipse subinfert: Et sensus cordis mei cōturbati sunt. Pedes autem actiones: quia propheta præfens seculū uiam appellare consueuerunt, ita ut Dauid diceret: Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini, id est qui in lege domini operantur. Vult ergo nos simul cū actionibus, & cogitationes diluere aqua, siue baptismi, siue fletus: quia & de cogitationibus rei in iudicio tenemur. Si enim qui irascitur fratri suo sine causa, reus est gehennæ, ita autem animæ est mortuus, non debet hic ex actione iudicium. Sed quum tanta dixisset, legislationē suam ad unum breuēcūq; conclusit. Ait enim:

*Adeps bellui
nam hominum
partem signifi
cat.*

Hier. 4.

Psal. 118.

Matth. 5.

Adolebitcūq; ea sacerdos super altare in holocaustū, & suauem odorē domino.) Ergo quando sacrificium nostrum holocaustum fit, tunc domino odor suauitatis incenditur: & quando omnia super intelligibile altare obtulerimus, imitatores Christi secundum possibilitatem effecti, & ad ipsius imitationem nostram uitam, seu conuersationem coaptantes. Hoc enim esse altare superius ostendimus.

Quod si de pecoribus oblatio est, de ouibus, siue de capris holocaustū, agnum anniculū & absq; macula offeret, immolabitcūq; ad latus altaris, quod respicit ad Aquilonem coram domino. Sanguinem uero illius fundēt super altare filij Aaron per circuitum, diuidentcūq; mēbra, caput, & omnia quæ ad hærent iecori, & imponent super lignis quibus subijciendus est ignis: intestina uero & pedes lauabūtur aqua, & oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & odorem suauissimū domino.) Eadem etiam nunc paucis immutatis dicit. Illud autem intelligere oportet eum qui subtiliter uerba legis inuestigat, quia nō solū de bubus, sed & de ouibus præcepit Israelitam offerre holocausta. Ergo non solū qui legis mandata operatur, hunc enim esse bouem, utpote operatorem diximus, sed & quilibet simplex, & sine malicia, cui comparatur ouis, dicente Hieremia: Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam, & nō cognoui. Ergo & ipse semetipsum holocaustum deo offerre poterit. Veruntamen quum ouium memoriam fecisset, ait enim:

Hiere. 11.

C Si autem de ouibus est oblatio: subintulit aliud animal, id est caprarum, dicit enim sic: De ouibus & de capris. Quanta autem inter capras & oues differentia sit, apertissime nos dominus Iesus docuit, dum de consummatione seculi narraret: qui dum oues à dextris statuisset, benedictionē eius iustorum subdidit, hœdos autem à sinistris, contra quos sententiā illam terribilem peccatorum protulit. Sicut ergo licet non solum de ouibus, sed & de capris offerri, & oblatio de pecoribus dicitur: sic & eum qui ex peccatoribus est, possibile est simplicitati operam dare, & quasi ouem factum, conuersationem suam in holocaustū offerre deo: quia enim nihil impedit ad adipiscendā iustificationē peccatorem quempiā fuisse, quamuis hoc Iudæi non putarēt. Audi qualia per Ezechielis prophetiam dixit: Quū enim in multis inuectus fuisset cōtra iniustū, & dixisset, morte moriatur, sanguis eius super ipsum erit: hęc etiam subdidit: Quod si genuerit filium, qui uidens omnia peccata patris sui quæ fecit, non fecerit simile eis, super montes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel, & uxorem proximi sui non uiolauerit, & alia his similia, in quibus finem hunc addidit, hic nō morietur in iniquitate patris sui, sed uita uiuet. Et dicitis: Quare non portabit filius iniquitatem patris? Sic Iudæi necesse esse filium quasi hæreditario iure, in patris succedere peccato arbitrabātur. Sed quamobrem oues, & capras ad latus altaris, quod respicit ad Aquilonem, corā domino præcepit occidi, quū non ita de bubus præcepisset, sed corā domino sanxisset immolari? Videntur enim uerba ipsa contrarietatem quandam habere atq; differentiam: quia quū sit sacrificium holocaustomatis utrunq; differentia his distribuit loca. Non est ergo ignorandum, quia quantum ad superficiem literæ, eundem in utrisq; locum legislator significauit. Holocaustomatū enim altare, ante tabernaculū constitutū ex latere erat ianuæ, ut non sanctorū ministrantibus obstrueretur introitus, sicut in Exodo de eodem dicitur: Et imposuit uelum ianuæ tabernaculi testimonij, & arā holocaustomatū posuit circa ostium tabernaculi testimonij. Quæcunq; ergo ad sacrificium offerebantur, ex latere altaris ab Aquilone stabant, & sic coram domino sacrificium celebrabatur, id est in conspectu sanctorū: faciem enim domini appellat sancta sanctorum, quia in ipsis dei habitabat gloria. Vnde nec frequenter in ipsa intrare sacerdotem, nisi semel in anno iubebat. His ergo ita se habentibus, differentiam dici uerborum, sicut necessaria contemplationi erat, oportuit. Quia enim altare diximus esse Christū, ouium autem sacrificium simplicitatem studentium, non absolute autem etiam iustitiā operantium, non in directū intelligibilis altaris, sed ex latere offertur. In directum est enim, quia mandata perficit. Ex latere autem, quia à malis abstinet. Quare? quia sicut in aulam, uerbi gratia, regiam melius est quidem per ostium rectū ingredi: quum autē hoc non est facile, bonum sit etiam per illud quod ex latere est introire: sic melius est deo quidem per mandatorum offerri perfectionē

Matth. 25.

Ezech. 18.

Filij non succedunt peccatis parentum.

D

Exod. 38.

Sancta sanctorum.

Heb. 9.

Ex latere sacrificare.

A ctionem, bonum est tamen & si per malorū se quis offerat abstinentiam, deo quippe modo quolibet offerri bonum est. Ad latus autem altaris ad Aquilonem necessarie addidit, nebulosa enim penē semper hæc pars est: obtinentur siquidem nebula, id est ignorantia, hi qui ex toto se innocentiae tradunt, propterea & holocaustū dicitur, etiam sine operatione iustitiæ.

Ad Aquilonē.

Si autē de auibus holocausti oblatio fuerit domino, de turturibus, & pulis columbæ, offeret eam sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, ac rupto uulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris. Vesiculam uero gutturis & plumas proijciat propter altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent, confringetq; ascillas eius, & non secabit, nec ferro diuidet eam, & adolebit super altare lignis igne superpositis, holocaustum est & oblatio suauissimi odoris domino.)

Admirabilis est legalium uerborum subtilitas, non solum quia differentias conuersationum describit, sed etiam quemadmodum quasdā cōuersationes secundum legē, quasdā uero super legē significet. Secundū legē enim sunt bouū & ouium, licet spontaneæ dicuntur. Secundū legem quare? Quia etsi offerre munus in potestatem offerentis dedit, nimis recte liberi quippe arbitrii deus hominem constituit, tamen quale offeratur, non iam uoluntatis est, ne forte mala offerantur: necesse est ergo aut bouem offerri aut ouem, id est aut operari iustitiā, aut à malis abstinere, Dixit enim in initio libri: Homo qui obtulerit ex uobis ostiam domino, de pecoribus, id est de bubus & ouibus offeret uictimas. In hac autem oblatione non ita, prædictæ siquidem oblationi differentia uolatilium non est connumerata, ut uidelicet perfectior, & maior, multorumq; transgrediens possibilitatem. Volatilia enim, homines sunt contemplationi uacantes, terrenis omnino se non miscentes ne-

Liberum arbitrium.

B gocijs: quod & si forte necessitas exegerit, mox reuolant ad sublimia, & illo euangelico iuuantur testimonio, quod dominus ait: Cōsiderate uolatilia cœli, quia non seminant neq; metunt, & pater uester cœlestis pascet illa. De eisdem dominus dicebat: Simile est regnum cœlorū grano sinapis, quod quū seminatur, minus est omnibus holeribus: quum autem creuerit, fiet arbor maior, ita ut uolucres cœli uenientes habitent in ramis eius. Contemplationi ergo uacans, & in superiorū considerationē perfectus homo: hoc enim quæ prædicta sunt docuerunt, si conuersationem, siue uitā suam oblationē offeret, de turturibus, aut de columbis offerat munus suum, id est in scientia & mansuetudine spiritali: hac enim opus habet, ut non excedat legis consideratio in uanis occupata. Non frustra autem turturem & columbam, sed ad significationem prædictorum legislator assumpsit: turtur siquidem, quia cognitionem habet, ita ut eius exemplo Iudæorū exprobraretur populus, Hieremias probat, ait enim: Turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus nō cognouit iudicium domini. Columba autem munda & simplex, adnunciatrixq; præsentiae sancti spiritus

Aues offerre deo quid significet.

Matth. 6.

Matth. 13.

Hiere. 8.

C est, quales oportet esse eos qui circa contemplandas scripturas habent studium. Propter quod & apostolos simplices uult esse dominus ut columbam, ait enim; Beati mundo corde, quia ipsi dominum uidebunt. Sed & ad meditando uacare debent, unde Ezechias ait: Meditabor ut columba. Hanc oblationem unus sacerdos offeret, non multi; non est quippe contemplatiua uita plurimorum, id est ut ex tota se mente offerant deo, nihilque humanum ulterius cogitent, sed continue cōtemplentur cœlestia, & ea quæ sursum sunt sapiant, ubi **C H R I S T V S** est, sicut ait Apostolus, in dextra dei sedens, uidelicet patris, quia autem hoc nimis rarū est, ipse dominus de talibus prophetæ Ezechielī loquens edocuit: Scrutare Hierusalē, & uide si inueneris uirū in ea omnino stantem ante faciē meam, propiciās propiciabor eis. Atqui erant filij Ionadab nec uinum bibentes, nec domus habentes, nec agros plantantes. Sed absolute aliquid sublimius quærit, unde alij ad tabernaculum testimonij oblationem offerunt, hæc autem ad altare offertur, cuius uim in præcedētibus didicisti, id est quia dominicum significet corpus. Sed uideamus quæ his subiiciantur. Et retorto ad collum capite, ac rupto uulneris loco. Abrumpens uidelicet à pelle, quæ superiacet collo, non ualde illam separās à corpore, ut nec disseparet illud, nec eo rursus astringatur, quod significatur abrupto uulneris loco: uel sicut **L X X.** ædūt, refractione capitis. Eodem quippe sermone & Samuel ad Saulem usus est, quando ei armum dans, idem secundum **L X X.** dixit, comede, quia in testimonium à populo positum est tibi. Refringe) id est per partes cōminue & cōsume. Et ideo etiam nunc non ut occidatur auis, sed ut abrumpatur uel refringatur legislator iussit, ostendens quomodo per partes, & leniter uerum caput, id est mētem diuidat à pelle, id est à carne, unde nec effundit sanguinem, sed decurrere faciet: uel secundum **L X X.** esculat, ut per partes & perfecte despiciat præsentium meditationem uel uitam, utpote qui totam suam animā obtulit deo. Hoc em̄ significat: Et sanguis esculatus circa basim altaris, quod est **C H R I S T V S**; Christi autem basis est euangelium, in quo maxime oportere nos præsentem uitam despiciere, utpote totam animā nostram deo offerentes, didicimus. Vesiculam autem gutturis, & plumas proijci iussit, id est, utroque & inflatione, atque superfluum inquisitione eum carere mundarique uolens: maxime enim his passionibus, hi qui uberiori pollent scientia, succumbunt, attestante Paulo: Scientia inflat. Et rursus: Si quis uidetur scire aliquid, necdum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. Rursus ipse ait: Corpus autem **C H R I S T I**, nemo uos decipiat, uolens in humilitate & religione angelorum quæ non uidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ. Nā Theodotion similiter uesicam ædidit: Aquila *σπίον*, id est cibarium, quia in aibus inflationi aptum uas suscipiensque superflua, uesica est. Non ergo permittit inflari, & ideo auferri præcepit uesicam. Sed nec maiora nobis quærerere uel altiora: Altiora enim te, ait, ne quæsieris, & sublimiora

Euangelium
 Christi basis
 est.

Vesica & plu-
 ma arrogantis
 am significant.
 1. Corinth. 8.
 Coloss. 2.

A miora te, ne scrutatus fueris. Vnde & plumas ab hostia separauit, & proiecit propter altare ad plagam orientalem, in loco in quo cineres effundi solent. Ad orientem quidem, quia inquisitio sublimium rerum uidetur esse. Extra altare autem, quia non necessariam, sed superfluum atque noxiam scrutiny non possidet. In locum autem iubet cinerum, propter naturam, de qua Abraham dicit: Ego autem sum puluis & cinis. Ergo per locum cinerum praedictam inflationem redarguit legislator, utpote quae digna sit cinere; quod autem cinere dignum est, deorsum in terra manet, & in coelum ascendere non potest.

Deinde ait: Confringetque ascillas eius, & non secabit, nec ferro diuidet.) Necessarie praecipiens utrumque: confringens siquidem, quia oportet membra contere, atque affligere eum qui deo sacrificium fieri cupit. Non secabit autem, nec ferro diuidet, nec faciet autem sicut bouem, aut ouem per diuisiones. Hoc quippe & Abraham in suo sacrificio custodiuit, quando deo iubente uaccam trimam, & capram, & arietem triennem, & turturam, & columbam obtulit, ait enim: Accepit sibi haec omnia, & diuisit ea per medium alitrinsecus, & contra se exposuit, aues autem non diuisit. Prudenter autem hoc custodiuit, atque secundum intellectum praeccepti nunc in legem dat. Contemplationi enim inherens homo, nihilque habens terrenum, sed qui totus iam dudum coelestis est, aduersans animae non habet corpus: integrum quippe eius corpus & anima est, sed & spiritus, secundum quod dixit Paulus, Sine que **B**rela in aduentum domini custoditur: & propterea superflua in eis membrorum diuisio est, integrum enim super intelligibile altare, & super ligna quibus subijcitur ignis, offertur: neque enim aliter sacrificium acceptabile efficitur, nisi meditatione spiritualis legis, & tunc holocaustum & oblatio suauissimi odoris domino reperitur, qui semper odoratur sacrificium nostrum, & uniuscuiusque nostrum uitam siue conuersationem, an secundum legem, quae ab eo data est, offeratur.

CAPVT II.



Anima quum obtulerit oblationem sacrificij domino, similia erit eius oblatio, fundetque super eam oleum, & ponet thus, ac deferret ad filios Aaron sacerdotis. Quorum unus tollet pugillum plenum similiae & olei ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odorem suauissimum domino. Quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini.) Quia animam totum hominem appellat, manifestum est ex hoc quod ait, Similia erit eius oblatio: in totum animal iterare uolens hoc quod fiendum erat, deinde & similia offerri praecipit. Anima autem ipsa per se quomodo deferret oblationem, quam necesse habebat deprecans, & ad hoc utique necessarium haberet ministerium corporis: sed auribus quae diuinis sunt assuefactae scripturis, nihil nouitatis hic asserit sermo. Nam & alibi, animam

C per se, mores uero totū hominem appellauit: Veluti quū eorum qui in Aegypto descenderunt numerum digere, ait: Cunctæ animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressi de femoribus eius absq; uxoribus filiorū, LXX. Sed & Lucas, quum Pauli nauigium Romam euntis describeret, ait: Eramus autem omnes animæ in nauī ducēti septuaginta & sex.

Exod. 1. Intuendum est autem, ne forsitan animā in hoc loco gentilem dixisset hominem: quia enim superius filijs Israēl ea quæ sunt in sanguine sacrificia dicēs, Loquere, ait, filijs Israēl: Homo qui obtulerit ex uobis hostiam domino, de pecoribus, id est de bubus & ouibus offeret uictimas. Hic illud quod extra sanguinem est, sacrificium similæ præcipiens necessarie, non dixit, homo ex uobis, sed anima quum obtulerit oblationem, animā gentilem nominans, quia animales erant prius, & qui non potuissent intelligere ea quæ sunt spiritus, ueruntamen uocatur ad oblationem miserante cum iusto deo, atq; per condescensionem saluante. De quo & Solomon dicit in Prouerbijs: Iustus miseretur animas iumentorum suorum. Huius ergo qui eget diuitijs, quæ sunt uirtutum, erit oblatio simila. Paulo post enim quum pro peccatis sacrificia disponit, eum qui nec ouem habet, nec capram, turtures & pullos columbarum offerre præcepit: qui autem nec hoc habet, simillam eum sancit offerre. Nō enim iam ex operibus, utpote pauper uirtutibus, sed sola dei cognitione saluatur: quæ in lege simila, in euangelio autem farina nominatur.

Matth. 13. ait enim dominus: Simile est regnum cœlorum fermento quod accipit mulier, & abscondit in farinæ fata tria, usq; dum fermētaretur totum: Ecclesiam significans, quæ in trinitatis uerbo fermentat Theologiæ mysterium. Hæc simila secundum legem dicitur, unde & tres decimas similæ offerre ad expiationem lepræ, id est ad remissionem peccati, deus Moyse præcepit.

Leuit. 13. Ut ergo adhuc crassior, & quæ necdū plena in lege diuina cognitio necessarie simila appellatur, in euangelijs autē farina, ut subtiliores uidelicet & subtiliores à lege intellectus habens, hoc Moyses innuens, quia tam farina, quàm simila propter prædictas causas diuina scientia poterat dici, quū appropinquante deo Abrahæ ad ilicem Mambrae, trinitatis mysterium significaret,

Gene. 18. describit eum Saræ dicentem: Festina, & commisce tria fata similæ. Licet autem dei cognitio salutis gentium principium sit, superfundere tamen similæ oleum, & thus superponere opus habemus, ut gratiam dei elemosynis orationiq; commisceamus: hæc enim nobis possunt de cœlo dei scientiā profligare. His autem testis est Cornelius, ad quem descendens de cœlo angelus dixit: Corneli, orationes tuæ & elemosynæ ascenderunt ad dominum, & tunc mitte uiros in Ioppe, & accersi ad te Simonē, qui cognominat Petrus. Ipse enim uerā scientiam Cornelio traditurus erat. Quomodo autem in thure accipiatur oratio, quærens eius uim, perscrutansq; cognoscis. Vti quippe eo contra interiores passionēs Medici solēt, oculorumq; ægritudinis curare uulnera: & si quis incendens fumum eius suscipiat, restringit accedens

*Per animam,
alienum à fide
intelligit.*

Prouer. 12.

D

Matth. 13.

Leuit. 13.

Gene. 18.

Act. 10.

*Thuris quæta
sunt momenta
in morbis.*

Ates ex infirmate lachrymas. Hoc eodem modo oratio quoque plurima operatur. hæc quippe maxime animæ passionēs sanat, hæc etiam intelligibilium oculorum curat uulnera, absoluens ab ignorantia, atque ex ea quæ uere est ægritudo, id est ex peccato lachrymas accedentes saluat. Infirmatur enim quis in uobis, ait Iacobus, conuocet presbyteros, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluat infirmum, & alleuabit eum dominus, & si in peccatis sit, remittetur ei. Post hæc, pugillo tollere iubet simillam, id est fide scientiã dei comprehendere: per pugillũ enim hic fidẽ significat, aperteque ostendit illã esse scientiã, siue cognitionẽ dei dño acceptã, quã fides comprehendere potest: & quẽadmodũ qui pugillo plus uult comprehendere, nihil proficit, totũ quippe decurrit, & cadit, atque inutiliter laborat, sic mensura dei scientiæ fides est. Credere enim oportet, sicut Paulus ait, qui accedit ad deum, quia est. Et rursus: Sine fide impossibile est placere deo. Et ut dicamus breuiter, omne quod non est ex fide, peccatũ est, sicut idẽ ad Ro. scripsit. Ergo non potest esse glorificatio in infidelitate. Intende autem quia cum oleo iubet simillam accipi, apertissime eleemosynam nos facere uolens. Date enim inquit eleemosynam dominus, & ecce omnia munda erunt uobis. Iubet autem omne thus in pugillo sumi: omne quare? quia semper oportet orare, sine intermissione gratias agere, sicut Paulus ait. Sed quis est qui in pugillo tollit? secundum LXX. non dicitur, ut absolute offerentem significaret. Si enim de sacerdote dixisset, planẽ hoc utique sicut in sacrificio, de peccato sancitum esset, quod & ipsum de similla fiebat, adderet. Ibi enim memoriale esse uult hoc quod in pugillo sacerdotis offertur deo: aliud quippiam sanciens extra hoc quod nunc dicitur, sicut paulo posterior ostendemus. Hic uero non ita, sed sumente, secundum quod dictum est, eo quod offeret sacerdos: esse autem hunc IESVM didicisti, sacrificij memoriale in cœlesti offeret altari. Memoriale autem, cognitionis dei perfecta scientia est, cuius semper memores erimus, quando eius capaces fuerimus, quæ nunquam destruitur. Quæ eam quæ nunc est, non ut contrariam destruit, sed partem eam minimam esse per suam plenitudinẽ monstrat, secundum quod dictum est: Ex parte cognoscimus, ex parte prophetauimus. Quum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et quo modo euacuabitur, clare manifestat subdẽs: Videmus nũc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Hoc sacrificium odorem suauissimum necessarie domino legislator appellauit. Odorem in domino est cognitio, siue scientia eius: & ne hoc dubites, habes ad hoc quoque Paulum ueracissimum testem: Deo enim gratias, inquit, qui semper triumphat per nos in CHRISTO IESU, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Ecce interim cognouisti odorem notitiæ. Sed & bonum odorem in subsequẽtib; audi: Quia Christi bonus odor sumus, in his qui

Iacob. 5.

Pugillo tollere
simillam.

Hebr. 11.

Rom. 14.

Luc. 11.

1. Thess. 5.

Memoriale.

1. Corinth. 13.

2. Cor. 2.

C salui fiunt, & in his qui pereunt. Deinde dicit legislator: Quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron, & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini.) Reliquum ait de illa perfecta, & in coelis abscondita atque reposita in CHRISTO scientia siue notitia. In ipso enim sunt thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Sanctum sanctorum est de oblationibus domini, partilis enim est scientia quae reliqua est, omnes tamen alias superas, & perducens ad perfectionem. Aarō ergo & filiorū eius erit: Aaron autē arca uel mōtanus interpretat, id est alta de deo intelligens: quia & arca utpote habēs in se legē dei & eloquia, offerre praedictū sacrificiū potest.

Quū autē obtuleris sacrificiū coctū in clibano de simila, panes scilicet absque fermento, cōspersos oleo, & lagana azyma oleo lita.) Admirabilis est legislatoris intētio, per oīa subtiliter incedens: quia em̄ sciētiae dei, siue notitiae superioris mentionē facit, ne forte putaris extra eā esse dispensationis dominicae mysteriū, uide quomodo per aenigmata exponit, natiuitatis eius, crucis, & resurrectionis uolēs introducere narrationē. Sacrificiū ergo coctū, Christi appellat incarnationē, ad agnū dei, hoc em̄ incarnatus est ut immolaret. Propter quod eū qui tollit peccata mundi, Ioannes Baptista appellauit. Recte ergo sacrificiū in hoc loco, ut denūciaret natiuitatē eius; dicitur coctū in clibano, dei genitricis uidelicet utero: Illa enim clibanus necessarie nominatur, quia & panes ignemque desuper clibanus suscipit, sicut & dei genitrix, desuper uitae panem, dei uidelicet uerbum, in suo utero, ignemque suscipit praesentiae spiritus. Spiritus enim, inquit, sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Hunc Moyses, quādo deus ad Abraham disposuit seminis testamentū, clibanū cōmendauit, ait enim: Quia ueniente sole ad occasum, significauit finē mundi, flamma facta est, & ecce apparuit clibanus ardens. Et quid est hoc? addidit & fumigans, & trāsiuit per mediū diuisionū. In die illa pepigit dominus foedus cū Abrahā. Quando enim caelestis ignis, spiritus uidelicet in clibano uteri genitricis dei uenit, ut totas accenderet mundi partes, tunc testamentū deus Abraham, id est gentibus disposuit: Abrahā enim pater gentiū nominatur. Si ergo munus offeres incarnationis unigeniti, quae in uentre uirginis facta est, nō aliter acceptū est deo, nisi coctū de simila, id est ex dei sciētia, uel notitia fiat. Vnde em̄ aliūde de hac re loquutionē nisi ab apostolis & pphetis sumpsimus. Verba ergo apostolorū panes accipe, pphetarū uero lagana: quantū em̄ panes à laganis ad nutriēdū sunt aptiores, tāntū uerba apostolorū uerbis pphetarū: utriusque autē azymi, quia ex alia doctrina fermentū nō habēt, uerbi gratia sapientiae secularis, quod haereticis cōuenit accedere. Hi quippe quū exteriora interioribus cōiungere nitunt, et haec magis illis subiicere, & fermentare quae fermentari nullatenus possunt, ab azymis sermonibus exciderūt: sed ecce apostolorū panes in oleo, & prophetarū lagana in oleo fiūt, cōcorditer em̄ & ab illis, & ab istis scriptū est, quia nos miserās Christus aduenit: sed apostoli planius, ait em̄ Paulus: Quae admodum

Aaron arca interpretatur.

Sacrificium coctum.

Ioan. 1.

Clibanus uerum Mariae significat.

Luc. 1.

Gene. 15.

Panes ab apostolis.
Lagana à prophetis.

2. Cor. 4.

A admodū enim uos prius non credidistis deo, nunc autem misericordiā consequuti estis per istorum inobedientiam: sic & isti non crediderūt in uestra misericordiā, ut & ipsi misericordiam consequantur: concludit enim deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. Misericordiam ubiq; appellat aduentus Christi mysterium, propter quod panes quidem in oleo conspersi dicuntur. Prophetæ autem non sic, sed uelut in ænigmate, dicit enim Dauid: Misericordiā & ueritas obuiauerunt sibi. Et rursus: Ostende nobis domine misericordiam, & salutare tuum da nobis. Propterea non conspersa, sed lita oleo lagana appellantur. Sed & illam custodi uerborum subtilitatē, quomodo quando uult ut nos misereamur, dicit de eo qui offert: Effundit super eā oleum.) Hic autē quia incarnati pietatem significat, non ait, effundis oleum, sed panes in oleo conspersos exponit. His enim uerbis significauit domini natiuitatem. Subsequētibus autem & passionem significat. Si oblatio tua fuerit de sartagine similæ conspersæ oleo, & absq; fermento, diuides eā minutatim, effundesq; supra oleum.) Sacrificiū de sartagine, dispersionem passionis appellat unigeniti: crucem assimilari sartagini propterea iudicans, quia sartago intantum est fortis, ut superposita igni, ipsa quidem non cōsumatur, nec aliquam corruptionem sustineat, aut imminutionem: superpositos autem cibos mox ut ignem tetigerint, uel si duriores fuerint, non longo interuallo aptos esui reddit. Sic & Christi crux, fortis quidē tantum fuit, ut omnē creaturam subiceret crucifixo: carnem autē eius quæ ad comedendū inepta erat ante passionem, quis enim comedere cupiebat carnem dei: aptā cibo post passionem fecit: si enim non fuisset crucifixus, sacrificium corporis eius minime comederemus. Comedimus autem nunc cibū, sumentes eius memoriā passionis. Hanc sartaginē apud Ezechielem dominus significās ait: Et tu sume tibi sartaginē ferreā, & pones eam murū ferreum inter te & ciuitatē, Ferreā quidem eam, propter prædictā appellauit fortitudinem. Inter te autem & ciuitatem, ait, id est Hierusalem: quia maxime ipsi in cruce domini offendentes, & inlatis passionibus ab eius sunt scientia separati. Mysteriū ergo passionum in oleo conspergitur, quia miserās nos pro nobis sustinuit mortem. Quod & sine fermento esse, id est mundū ab exteriori uult esse doctrina. Ait autē: Diuides ea minutatim.) Ut in passionibus eius quæ per partes processerunt, sermonē diuidamus, ueluti alapis, colaphis, sputis, confixioneq; lateris. Effundes supra oleum.) Sed quæ ad modū ille misericordiā in nobis habens, pro nobis semetipsum tradidit passioni, sic oportet & nos proximis misereri, passionē dominicam ad huius accipientes pietatis exemplū, unde ait: Effundes supra oleū, ut & nos uiscera misericordiæ domini æmulemur, ait quippe: Estote misericordes sicut & pater uester misericors est. Quia enim hoc de dominica proposuerit passione capitulum, designatio demonstrat ipsa sermonū. Quod enim secundum LXX, addidit: Sacrificium est domino, hoc hic addens præcipuum, quod

Rom. 11.

Psalm. 84.

Sartago crucē
Christi signi-
ficat.Caro Christi
post passionem
esui apta facta
est.
Ezech. 4.Passio domina
ca exemplo est
nobis ad pietate
tem.
Luc. 6.

nusquam in holocaustomatis inscripsit, aut in alijs quæ præcepit superius: hic autem addidit: quia unigeniti passio sacrificium deo patri oblata est, se-
Hebr. 9. metipsum Christo, quemadmodum ait Paulus, offerente: ait enim: Si enim sanguis taurorum, & hircorum, & cinis uitulæ aspersus coinquinos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo.

Sin autem de craticula fuerit sacrificium, æque similia oleo conspergetur, quæ offerens domino, tradet manibus sacerdotis: qui quum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis domino. Quicquid autem reliquum est, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini.) Similia disputare & de resurrectione disceptantem uult, cuius mysterium craticulam non frustra appellauit, sed per craticulam mortem significauit. Sicut autem in sartagine dominicam crucem supra accepimus, ita in craticula mortem, sed & sepulturam accipiamus. Quæ enim inter craticulam & sartagine differentia sit, nulli penitus est ignotum: quia sartago super ignem, nunc exardescens & succensum; craticula autem in carbonibus ardentibus, & olim accensis ponitur. Sicut & mors domini non fuit initium aliquod passionis, sed passionum quæ pridem in eo operatae sunt, fuit subsistentia. Et huius ergo munus ex similia, id est ex dei cognitione, siue scientia, quæ de morte dominica est, perficitur: oportet enim Christum & in morte deum dici: & nihilominus immortalē prædicare eum, qui propter mortalem carnem mortuus est. In oleo tamē munus fiet.) Oportet quippe de dominica morte & resurrectione disputantem, misericordiam quoque dei addere rationem, quæ est oleum. Miseras siquidem genus humanum, & mortem sustinuit, & resurrectionem à mortuis dispensauit. Si autem ignem qui super clibanum est, sanctum esse spiritum, & ideo uterum genitricis dei clibanum significasse diximus, in sartagine autem, & craticula in igne rursus passionem & mortem interpretati sumus, nullatenus hæc discredas: ipsa enim tibi satisfacere, quæ de utrisque dicuntur, possunt: Quia in clibano quidem ignis desuper mittitur, de coelo namque ministratio spiritus est: de quo dominus dicebat: Ignem uenire mittere in terram. Et Ioannes de domino: Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. In sartagine autem & craticula ignis ab inferioribus sumitur, quia ab hominibus qui mente in infimis iacent, prouenit preparatio passionis. Quod autem ignis pro passione accipitur, audi Hieremiam dicentem: Et factum est quasi ignis ardens, & æstuans in ossibus meis. Et rursus Dauid: Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis: Mortem dicens, quam peccatoribus illaturus erat. Non est autem admirabile, carbonem quippe spiritali traditione eos panes qui causa sunt luminis, & perditionis accipimus. Esaias etenim unum de Cherubin missum, accepisse carbonem de altari, & mundasse suum os dixit. Ezechiel etiā de eisdem carbonibus qui erant in medio Cherubin, tulisse dixit Cherub, & dedisse uiro qui uestitus erat lineis, ipsum

Craticula mysterium mortis & resurrectionis significat.

Sartago.

Oleum misericordiam significat.

Luce 12.

Matth. 3.

Hiere. 20.

Psal. 20.

Ezech. 10.

A ipsum uero dispersisse incendium. Docere autem nos legislator uolens in aliquo prædicta mysteria, eorundem rationem sacrificiorū his recapitulat uerbis: Quā offeres domino, quā utiq; de clibano, & de sartagine, & de craticula, id est natiuitatis domini, & passionis, & mortis: in his enim totius dispensationis eius sermo expletus est: in his resurrectionis quoq; eius ratio continetur, quia qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia. Tradet in manibus sacerdotis.) Ipsi uidelicet Christo, qui postquā appropinquauit altari, quod in cœlis est, appropinquauit autem carne per ascensionem: nunquā enim separatur à diuinitate. Tollet memoriale de sacrificio.) Abundantiā scientiæ, siue cognitionis, sicut iam supra docuimus, quod super altare adolebit apud se, custodiens illud in seculum futurum. Quicquid autem reliquū est.) Id est quantum scire nos & perscrutari præcepit. Hoc Aaron erit & filiorū eius) Id est, & his qui sublimia de deo cogitare & sentire possunt, tradidit, quos filios Aaron esse prædiximus. Sanctum sanctorum de oblationibus domini.) Magis id ipsum confirmans hoc legislator scripsit: sancta quippe est omnis bona scientia, sed sancta sanctorū quæ de dei sciētia, sicut oportet, disputare potest.

Ioan. 3.

Omnis oblatio quæ offertur domino, absq; fermento fiet: nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificiū domino. Primitias tantū eorū offeretis ac munera, super altare uero non ponentur in odorem suauitatis.) Nilhil cōmunionis uult habere doctrinā dei cum exteriori scientia. Quod enim fermentū alienā doctrinam appellat, aperte ipse dominus docuit, dicens discipulis suis: Attendite à fermento pharisæorum & Sadducæorū. Iphis autē ignorantibus quæ dicebantur, addidit: Necdum intelligitis neq; cognoscitis, quia non de panibus dixi uobis. Et tunc cognouerunt, quia de doctrina scribarum & pharisæorum dixisset. Mel uero paganorum doctrina intelligi, propter suauitatem uerborū, & dulcedinem eloquiū, Solomon in Pro uerbijs docet, dicens: Non respicies ad mulierem meretricem: fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autē illius amara, quasi absynthium. Nouissima autem quæ: quando uidelicet inter ueram sapientiā & fictam, falsoq; utentem nomine, discernere cœperis. Nam licet ecclesiæ in Canticis canticorū dicat, Mel & lac sub lingua tua: nō cōtra dicit præsentibus, sed & ualde cōsentit. Neq; enim dixit in lingua tua, sed sub lingua: ut ostēderet quia paganorum sapientia, & Iudæorum litera, linguæ ecclesiæ, id est doctrinæ subiecta est. Ergo horum non uult integram deo doctrinam offerri. Inde dicit: Non adolebitur in sacrificium quod est in holocaustum, primitias tantum eorum offeretis.) Præcepit enim ex parte illius sapientiæ primitias offerri, non autem plene ea uti, sed quemadmodū quum Paulus apud Athenienses concionaretur, dicens: Sicut quidā uester poëta dixit: Huius & genus sumus, qui inueniēs uerbum exterius ad occasionem dei scientiæ aptum: non quidem respuit, nec tamen addidit, ne-

Fermentum,
Matth. 16.

Mel.

Prouer. 9.

Cant. 4.
Mel sub lingua
quid sit.

Ad Titum 1.

C que enim inde ultra testimonia multiplicauit. Quare? quia placuit deo per
 1. Cor. I. stultitiā prædicationis, sicut ipse Paulus ait, saluos facere credētes, ut fides ue
 tra non sit in sapientia hominū, sed in uirtute dei. Propter quod ait legisla
 tor: Super altare uero non imponentur in odorem suauitatis. Et quum li
 ceret dici non ponuntur, non ponentur dixit: ostēdens, quia etsi nos tentaue
 rimus de exterioribus diuinitatis adipisci notitiā, ad altare dei tale hoc sacrifi
 cium nō ascendit, nec odor fit suauitatis domino, sed inferioribus deputatur
 tale sacrificium, & utpote quod de terra habet subsistentiam, ad terram de
 primitur. Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal foede
 ris dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatiōe offeres sal. Cernis quia de deo
 loquētes nō uult nimis exteriori uti sapiētia, sed apostolica, de qua Paulus di
 cit: Sapiētiā loquimur inter perfectos, sapiētiā autē nō mūdi huius, neq; prin
 cipū mūdi huius, qui destruūtur, sed loquimur dei sapiētiā, in mysterio ab
 sconditam, quā prædestinauit deus ante secula ad gloriā nostrā. Et unde
 est certum, dicis, quia sal pro apostolica sapientia dixit: Planē hoc nobis do
 minus ostendit, dicens apostolis: Vos estis sal terræ: si autem sal euauerit,
 ad nihilum ualebit ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab omnibus.
 Propterea autem sal apostolicam sapiētiā appellauit, quia sicut omnis ci
 bus ad nutriendū aptus, omnimodo sale conditur, ita & omnis sermo utilis
 ad iuuādū, apostolicæ omnimodo necessariū habet sapiētiæ cōdimentum.
 D Propterea non abesse sal à sacrificijs, sed in omni munere præcepit sal offer
 ri: ut quodcuncq; docueris, quodcuncq; correxeris, in quacuncq; uirtute con
 uersatus fueris, ad apostolicā æmulationem atq; imitationem opereris: me
 morq; sis Pauli dicentis: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et rur
 sus: Ergo iam non estis aduenæ & hospites, sed estis ciues sanctorum, & do
 mestici dei, superædificati super fundamentū apostolorum & prophetarū,
 ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Quia autem non simpliciter sal di
 xit, sed illud intelligibile legislator innuit. Non auferes sal, inquit, foederis
 dei tui. Quod si foedus siue testamentum rationale est, utique & sal ratio
 nale est. Ergo testamenti euangelici, & salis apostolici præmonere nos le
 gislator uult.
 Sin autē obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino, de spi
 cis adhuc uirētibus, torrebis eas igni, & confringes eas in morē farris, & sic
 offeres primitias tuas domino, fundens super ea oleum, & thus imponens,
 quia oblatio domini est: de qua adolebit sacerdos in memoriā muneris, par
 tem farris fracti, & olei, ac totum thus. Non solum præcipit dei notitiā si
 ue scientiam eos offerre, qui in eadem scientia multum tempus permanse
 runt, sed et inchoantes illā, qualis fuit Paulus: mox enim ut uocatus est, præ
 dicauit. Propter quod sic, quæ nunc dicuntur, intelligamus. Primitiuus deo
 est is, qui nouiter cœpit credere, & qui ei nullam pridem diuinæ scientiæ
 obtulit fructum. Si ergo ei sacrificium uerbi dei offerimus, scientiam eius
 nouiter

Sal euangelica
 doctrina est.
 1. Corinth. 2.

Matth. 5.

1. Corinth. 4.
 Ephc. 2.

Primitiæ fru
 ctuum.

nouiter

A nouiter inchoantes, & uirentia quidem, ut nouiter quid discentes, & nouiter percipientes obtulerimus; quoniam necdum subtiliter eius proferre mysteria cœpimus, ut farinam offeramus, aut similam, necessarium est ut uirentia & torrida atq; confracta, uel sicut LXX. dicunt, ut recentia, fricta, matura, fracta offeramus. Quemadmodum enim humectos fructus, & qui necdum possunt moli, ut fiant farina aut simila, quando uoluerimus aptos esui reddere, igne eos confringentes, paleas eorum, in eo quod eos fringimus, separamus: sic quicumque necdum scientiam solidam habemus, nec subtilem excelsamque Theologiam, necdum enim illam discernere idonei sumus, spiritualium scripturarum perfectam scientiam non habentes, opus habemus eam in igne spiritus fringere, id est illius operationē & subministrationem nobis cōmodare, ut ab ea literæ paleas separemus. Ex illo enim sufficientem atq; celerrimam dei scientiam possidebimus, propter quod & eam intelligibilis sacerdos suscipit. Oportet autem nos superfundere oleum, & superimponere thus: per eleemosynam quippe & orationem scientia in nobis diuina perficitur. De quibus hominibus, necnon & de memoriali quod super altare sacerdote accipiente ponitur, in superioribus subtilius exposuimus, non ergo necesse est nunc expositionem confundere. Quia enim fricta matura secundum LXX. fracta sunt, ea quæ igne frixa sunt: reliqui interpretes Hebræorum explanant pro eo, frixa matura facta: frixa, in igne mollia ædiderunt.

Similam offerre, & uirentia quid sit.

Thuris nomine orationes nobis commendantur, Olei uero eleemosynæ.

C A P V T I I I.



Quod si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bubus uoluerit offerre, marem siue sceminā immaculatā offeret coram domino: ponetq; manum super caput uictimæ suæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi; fundentq; filij Aaron sacerdotis sanguinem per circuitum altaris, & offerent de hostia pacificorum in oblationē domino: Adipem qui operit uitalia, & quicquid pinguedinis intrinsecus est; duos renes, cum adipe quo teguntur ilia, & reticulū iecoris cū renunculis: adolebuntq; ea super altare in holocaustum, lignis igne supposito, in oblationem suauissimi odoris domino. Recte Dauid propheta psalabat: Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Quoniā conuersationes deus hominibus differentes per legem sanxit, & in modum scalarum uirtutes ordinauit, ut alij quidem liceret omnes assequi, alij autem quasdam, ut sursum tamen quisq; subleuaretur à terra: hoc quippe & differentia sacrificiorum significabat. Nam hic quidem de nobis holocaustum offeret, totum semetipsum deo offerre uolens, & sicut Paulus dicebat: Christo confixus sum cruci. Alter sacrificium pacificorum siue salutare, qui desiderat salutē, etsi non potest nimis sublimiter conuersari: nā & si nō ualet uirginitatem quispiam consequi, in casto autem coniugio conuersetur, ueniam

Psalm. 24.

Virtutes scalarum ferme speciem obtinent. Gala. 2. Sacrificium pacificorum quale.

C percipit à domino, qui dixit: Non omnes capiūt uerbum: quando de uirginitate apostolis exponebat. Sed tamen inter eos qui saluantur necessarie ordinantur. Hoc ipsum autem & de contemptu rerum, & de iustitia, & de cibo cum gratiarum actione, quia magnus est qui magna, & paruus, non tamen minimus, qui saltem mediocria consequi potest. Ut probaretur ergo quia duæ conuersationum species sunt ad iustificationem hominum, duas sacrificiorum spontaneorum definitiones posuit, ait enim in libro

Matth. 19. nitate apostolis exponebat. Sed tamen inter eos qui saluantur necessarie ordinantur. Hoc ipsum autem & de contemptu rerum, & de iustitia, & de cibo cum gratiarum actione, quia magnus est qui magna, & paruus, non tamen minimus, qui saltem mediocria consequi potest. Ut probaretur ergo quia duæ conuersationum species sunt ad iustificationem hominum, duas sacrificiorum spontaneorum definitiones posuit, ait enim in libro

Exod. 20. Exodi: Altare de terra facietis mihi, & immolabitis super eo holocaustomata, & pacifica uestra, oues uestras & boues. In omni loco in quo nominatū fuerit nomē meum, ueniam ad te, & benedicā tibi. Et præcepit quidem pacificorum holocaustū, subinfert autē. Et pacifica.) uelut secundi ordinis & uirtutis. Quicunq; ergo solum sibi hoc putat sufficere si saluetur, is quidem de bubus offeret. Esse autem bouem diximus eos, qui circa agenda ea quæ legis sunt uacant, siue masculum, siue foeminam, immaculatum tamē munus offerat. Equidem eum qui holocaustum offeret, non præcepit offerre foeminam: nequaquam foeminā priuans ab huiusmodi conuersatione, sed ostendens, quia perfecta sapere, proprie uirorū est. Quod etsi mulier hæc sapiat, uir hæc, utpote fortis, adpellabitur, de qua Solomon dixit: Mulierem fortē quis inueniet? Demonstrans quia fortitudo, id est perfectio, difficile in mulieribus inuenitur. Pacificorum autem sacrificiū, similiter uirorū & mulierū est, oportet enim & mulieres ita uiuere, sicut aptum est ad salutē. Sed quā

Hæc enim est etymologia uiri. Prouerb. 31.

D obrem manus imponere super caput uictimæ præcipiuntur, & immolare in introitu tabernaculi, sanguinemq; fundere in circuitu altaris, in sacrificijs holocaustomatū sufficiēter discussimus. Quid autē deo offerre de suo sacrificio necesse habeāt qui saluari uolūt, hoc quæri & cōsiderari necessariū est. Offerūt enim de hostia pacificorū in oblationē domini, adipē qui operit uitalia, & quicquid pinguedinis intrinsecus est. Vel sicut LXX. adipem qui operit uentrem, & omnem adipem qui in uentre est: per uentrem cor significans: ideo autem secundo eius in supradicta æditione memoriam fecit, quia duas habet operationes, sicut dicunt medici. Etenim per unam partem trahit alimenta, quod uentrem superiorem, per aliā purgationes discernit, quod uentrem inferiorem uocant. Renes uero coitalium seminum sunt ministeria: habent autem communionem cum uentre & femoribus: atque huius rei gratia adipem primum, qui supra uentrem est, & duos renes, et rursus adipem qui super eos est, id est super femora, utpote quæ uicina sunt renibus, iubet offerri, quia inter medium femoris & uentris renes siti sunt. In iecore autem, id est in epate delectationem, siue concupiscentiam constitutam esse dixit. Vnde secundum LXX. epatis pinnam cum renibus auferri dictum est, utpote epate in renibus uim operationis suæ ministrāte. Sed quid per hæc significat, uel quid sancit is, qui saluari uolentibus etiam nunc in parabolis os aperuit. Quia oportet hostiam, id est primitias & holocaustomata, deo

Ventris usus duplex.

Iecur concupiscentiarū sedes.

A ta deo ab his qui saluari uolunt, intelligibilē adipē, uidelicet desiderū, quod græce ἐπιθυμία dicunt, offerri, qui prius quidē operit superiorē uentrē, dein de inferiorē, ut & in cogitando, & in implendo, desiderium deo offeramus; oportet enim proponi prius, & postea compleri. Propter quod & Paulus dicebat: Qui episcopatū desiderat, bonū opus desiderat. De illo quippe nūc 1. Timoth. 3. uētre legislator loquitur, de quo Hieremias inquit: Ventrē meū doleo, uentrē meū doleo; non frustra & ipse dupliciter nominans, sed ut duplicē operationis eius uim significaret. Ne forte autē corporalē necessitatē accusandā putaremus, subintulit: Et sensus cordis mei cōturbati sunt. Ergo uenter animæ cor est, in quo prius proponimus quasdam actiones, postea autē conamur implere. Proponere ergo appetere quodāmodo est; festinare autē perficere, digestio forsan quædam proprie dicatur. Quorū utrorūq; desiderū, qd' adipē clamauit, necesse habemus deo offerre, ut nihil prauū proponamus, neq; expleamus. Bene autē super uentrē superiorē, qui est appetitus, adipē qui operit uentrē ait, quia maxima pars desiderij circa appetitū, & circa propositū est. Inferiori autē uentri duos renes cōiunxit, diximus enim, quia cōmunionē renes ad cor habent: unde Dauid ait: Vre renes meos & cor meū. Audi Psal. 25. etenim dñm per Hieremiā prophetā dicentē: Ego dñs, scrutās corda et probās renes. Nullo modo autē mēbra hæc prophetia cōiunxisset, nisi omni modo quippiā eis cōmune fuisset: motus enim irascēdi in corde, in renibus autē Hierc. 17. memoriā eius iacere Medici dicūt. Vnde innocentia sibi testimoniū perhibēs Dauid, ludica me domine, quoniā ego in innocētia mea ingressus sum, ait, & renes uri, atq; cor postulauit, utpote cui utraq; poterāt testimoniū perhibere. In renibus istis etiam seminis causa est, unde & communionē cum femoribus habere, quia ipsi coitalibus actionibus uim præbere putātur. Vnde Memoria iræ in renibus reseruet. de Iacob patriarcha dicebat: Non deerit sceptrum de Iuda, nec dux de femoribus eius: per femora seminis deriuationem seu descensionem significans. Vult ergo & nuptiarum desiderū offerri deo, ut prolis causa, non fornicationis proueniat, & honorabile sit coniugium, & torus immaculatus. Sed & hoc quod in nobis est irascibile, deo debet offerri, sic enim nō ad operationem peccati, sed ad destructionem peccati irasci poterimus, & Dauid in nobis implebitur scriptura: Irascimini & nolite peccare. Quia enim est ira Psal. 4. placens deo, quando non ad nocendum, sed ad corrigendum proficit, probat aperte, quod primum de Moyse in Exodo scribitur, ait enim: Quūq; appropinquasset ad castra, uidit uitulū, & choros, iratusq; ualde, proiecit de manu tabulas, & cōfregit eas ad radices mōtis: arripiensq; uitulū quē fecerāt, cōbussit, & cōtriuit usq; ad puluerem, quē sparsit in aquā, & dedit ex eo potū filijs Israël. Nō tamen in his reprehensus est, sed imò multū admirabilis extitit, ex zelo enim tanta ira usus est legislator: quia & deus irasci in multis sacrae scripturæ dicitur locis, nequaquam autē de eo hoc, si malū fuisset, diceretur. Et hæc quidem ita se habent. Quia autem in epate concupiscentiæ Exod. 32. Ira dei.

C requiescere putantur, propterea pinnam, id est summitatem auferri cum renibus præcepit, & offerri ad altare, ut ab omni mala delectatione munde-
 Rom. 11. re, sanctificâtes per delibationē & massam: Si em̄ delibatio sancta, inquit, & massa, sic em̄ in nobis delectatio mala nō fiet. Sed si diuitijs quis delectat, diuitias iustitiæ quærat, siue salute eā quæ est i subiectionē et refrenationē corporis, siue cōiugio, illo qd' in filiorū p̄creatione est & in pudicitia. Oportet aut nos reminisci, quia nūc nō eū qui se crucifixit, & mortificauit mundo, sed eū qui mediocriter conuersatur legislator descripsit: unde eius & renes offerri iubet, ostēdens quia de eo qui in cōiugio cōuersatur, loquitur: esse aut in renibus diximus coitalis operationis semina. Verūtamen̄ ita se quis debet disponere, ut omne desiderium & propositum cuiuslibet actionis, & cōsummationē deo offerat, sed & à mala ira, & à tali delectatione mūdari debet. Propterea em̄ motū iræ, & delectationū primitias, ipsumq; totū coniugiū per pinnam epatis & renū offert, recteq; potest suā cōuersationē ad supernū altare offerre, & super holocausta, & super ligna quæ sunt super igne. Secundū em̄ mā data spiritus cōuersatur, & hostia dño suauissimi odoris efficit. Placet quippe ei perficere fructū nō solū centesimū, sed & sexagesimum, & tricesimū.

Matth. 13. » Si uero de ouibus fuerit eius oblatio, & pacificorū hostia, siue masculū, siue
 » fceminā obtulerit, imaculata erūt. Si agnū obtulerit corā dño, ponet manū
 » super caput uictimæ suæ, quæ immolabit in uestibulo tabernaculi testimo-
 D » ni; fundētq; filij Aaron sanguinē eius per altaris circuitū, & offerēt de pacifi-
 » corū hostia sacrificiū dño, adipē & caudā totā cum renibus, & pinguedinē
 » quæ operit uentrē, atq; uniuersa uitalia, & utrūq; renūculū cū adipe, qui est
 » iuxta ilia, reticulūq; iecoris cū renunculis. Et adolebit ea sacerdos super alta-
 » re in pabulū ignis, & oblationis dñi. Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit
 » eā domino, ponet manū suā super caput eius, immolabitq; eā in introitu ta-
 » bernaculi testimonij; & fundēt filij Aaron sanguinē eius per altaris circuitū,
 » tollētq; ex ea in partū ignis dominici adipē, qui operit uentrē, & qui teget uni-
 » uersa uitalia, duos renūculos cū reticulo qd' est super eos circa uitalia, & arui-
 » nā iecoris cū renunculis. Adolebitq; ea sacerdos super altare in alimoniam
 » ignis, & suauissimi odoris. Ois adeps dñi erit iure perpetuo in generationi-
 » bus, & cūctis habitaculis uestris: nec adipēs, nec sanguinē omnino comede-
 » tis.) Quē bouē offerre, & quē rursus ouē, quē ue caprā legislator præcepit,
 olim i his quæ de holocaustis dicta sunt exposuimus. Diximus em̄ sacrificia
 cōuersationū esse figuratas; ergo bouē, legaliū mādatorū operatorē ostēdimus,
 oues aut simplices esse diximus, capras etiā simplices quidē uersatos in pecca-
 tis, sed tamē postea cōuersos. Sed ibi ouibus etiā caprarū sacrificiū miscuit,
 » ait em̄: Quod si de pecoribus oblatio est, de ouibus, siue de capris holocau-
 » stum anniculū absq; macula offeret.) LXX. aut sic ædūt: si ab ouibus munus
 eius,

A eius, ab agnis et hœdis in holocaustū, masculū immaculatū offeret illū, quia
 oues genus quodāmodo esse agnorū & hœdorū cōplexim uetus testamētū
 aestimauit. Inuenies tamē sed et apud pphetā Amos capras appellatas oues,
 ait em̄: Nō sum propheta, nec filius pphetæ, sed ἀπόλος ego sum, uellicans si
 camina. Et sustulit me dñs ex gregibus ouīū. Quū pprie ἀπόλοι, qui capras
 pascūt appellētur, manifestū est quia & capras inter oues posuit. Quia ergo
 quædam ex ipsis agnos, quædā capras lex dicit, quorū quidē agni simplices
 tantum, & qui nihil peccauerunt significantur; capræ autē simplices quidem,
 sed qui peccauerunt, & conuersi sunt. Horum sacrificium unum quodam
 modo esse in holocaustomatibus, recte traditum est. Quū autem qui per
 fecta uult sapere, etsi peccator fuit, ex quo uitam perfectam elegerit, sic oportet
 cōuersari, sicut illum qui ante non peccauit. In sacrificio autem pacifico
 rum, quū eadem custodisset tam in sacrificio ouium, quàm caprarū & boū,
 unum hoc plus in ouibus custodiuit, quod non solum adipem, reticulumq̄
 iecoris, uel secundum LXX. pinnam epatis, sed renes & caudam. Vel idem
 secundum LXX. lumbum immaculatum cum renibus iussit offerri. Quia
 enim ut simplex, multa quæ operari debuit, omisit, debet suam uirtutem of
 ferre deo, ut non uirtute sua in malum ut simplex, sed magis utatur in bonū,
 & manifestū faciat, quia nihil ex his quæ scire potest, & exequi omisit. Nam
B quod pro uirtute, qua maxime lumbus apud sanctam scripturam accipitur,
 cognoscis ex his in quibus Roboam circumstantes pueri contra populū im
 miserunt, ut fortem semetipsum & terribilem demonstraret: Hæc dices ad
 eos: Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Sed & Israëlitas
 cupiēs deus armare ad uirtutē, Moysi ita præcepit: Sic comedetis illū. Lum
 bos uestros præcingetis, calciamenta habentes in pedibus, tenentes in ma
 nibus baculos, & comedetis festinanter. Paulus etiam, quum contra princi
 pes & potestates indiceret bellum, dixit: State succincti lumbos uestros in
 ueritate, induiti lorica iustitiæ. Sed & dominus apostolis dicebat: Sint lumbi
 uestri præcincti. Sed etsi cooperatorem dicamus lumbum coitalium cōmi
 xtionum, in ipsis enim & renes reiacent; unde & Paulus de Leui ad Hebræ
 os scribens ait: Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuius est ei Mel
 chisedec. Recte cauti reddūtur simplices, utpote qui ex simplicitate facile po
 terant ad uoluptatē trahi, ut non solum renes, & adipem qui super ipsos est,
 sed & lumbum, qui est in renibus, offerant deo. Quod autem adiicit in eadē
 translatione: Sine macula integrum) sic intellige, quod explanans Sym
 machus, pro immaculato integrum proposuit, Aquila autem perfectū; nam
 & propterea cum renibus addidit, integrum illud perfectumq̄, secundum
 quod diximus, offerri uolens, ne aliud eius deo, aliud autem aduersario sim
 plex offeratur. Sufficit enim huic ad ueniam, ea quæ uirtutis sunt nō agere,
 nam quū mala operatur, ueniam non habebit. Vnde simplices ut columbas
 iubet esse dominus, quia columbæ nimiam quodammodo simplicitatē ha

Amos 7.

Christus iustia
exemplo est uit.Lumbus pro
uirtute accipi
tur.

3. Reg. 12.

Exod. 12.

Eph. 6.

Luc. 12.

Heb. 7-

Matth. 10;

C bent, ueruntamen ab omni malitia mundæ sunt. Qui autem ex bubus sacrificium offert, utpote operator legalium mandatorum, non habet necessitatem lumbum offerre: quia hoc in correctione bonarum sortitus est actionum. Is autem qui de capris immolat, etsi simplicis est generis, ueruntamen quia ex peccatoribus conuersis intellectus est, non potest lumbum immaculatum offerre, olim quippe eum peccato maculauit. Manifestum est ergo, quod hic quidem, utpote qui non fuerat in peccatis, immaculatum lumbum offerre potest. Qui uero fuit, hic iam non offert lumbum in sacrificijs: siquidem quæ sunt, de capris adscribitur, de quibus lumbum offerri non sanciuit: & hoc erat, propter quod in sacrificio pacificorum ab agnis capras distinxit. Communia autem sunt alia, de quibus loqui necessarium non habemus, in oblatione enim bouum sufficiens tractatum est. Illud autem oportet cognosci, quomodo ubi ait: Adolebit ea sacerdos super altare in alimoniâ ignis, & suauissimi odoris. Quia LXX ædidissent, offerret illud sacerdos ad altare, exta odorem suauitatis: cæteri interpretes in sacrificio quidem holocaustum, pro extis holocaustum: alij autem oblationem ædiderunt. In hoc autem pacificorum sacrificio, hic quidem panem, alij autem frumentum: demonstrantes sine dubio, quia etsi non perfectæ philosophiæ sit oblatio, hoc enim est holocaustum sacrificium, ueruntamen sufficiens est etiam hæc pascere in his quæ sunt ad salutem & fortitudinem dare offerenti. Hoc enim nutrimentum, panem præbere Dauid propheta dicit, quum ait: Panis enim confirmat cor hominis. **D** Omnis adeps domini erit iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis uestris, nec adipem nec sanguinem omnino comedetis. Adipem, eius qui in nobis est desiderij seu concupiscentiæ, sanguinem uero animæ figuram gerere diximus. Quia ergo adipem in æternum præcepit domino offerri, manifestum est, quia consecrari deo nostrum desiderium siue concupiscentiam uult. In æternum autem hoc, ne ad deum illud, & ad mundum diuidamus. Propter quod & addidit: In generationibus. Id est per singulas ætates, in generationes autem, permutationes ætatum intelliguntur, quod ostendit Hieremias, quum populo Iudaico in Babylonia scriberet, in septem generationibus, septuaginta annorum dicens numerum: qui non hoc diceret, si non ex eo ætatum uices succedentium significaret, ait enim: Ingressi in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & longo tempore, usque ad generationes septem. In cunctis autem habitaculis. Id est in omni conuersatione, siue socialem hanc agamus, siue solitariam assequamur uitam, unde Dauid dicebat: Qui habitare facit unanimes in domo. Adipem atque sanguinem præcepit omnino non comedi. Adipem ad hoc, quia desiderium siue concupiscentiam nos habere propriam, id est carnalem, non uult. Propter quod Iacobus dicebat: Unusquisque autem tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Sanguinem autem, ut nec ad suam mortem, nec ad proximi currat: bestiarum quippe hoc est crudelium proprium. Ideo dixit:

Psalm. 103.

"

D "

"

In generationibus.

Psalm. 132.

Iaco. 1.

Sanguinem non comedere.

dixit:

A dixit: Non edetis omnem sanguinē.) Non solum nos proximis parcere, sed & nobismetipsis præcipiens: nam & ad Noë aperte talia rursus præcepit: Carnē cū sanguine nō comedetis, sanguinē em̄ animarū uestrarū requirā: significās quia per abstinentiā sanguinis, ab homicidijs uult abstinere hominē. Pro deo aut̄ nec immolari uetuit, nec despiciere animā, sed & omnino præcepit, unde & sanguinē circa basim fundi altaris iussit.

Gene. 9.

CAPVT IIII.

Loquutusq̄ est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel: Anima quū peccauerit per ignorantia, & de uniuersis mādatis domini quæ præcepit ut non fierent, quippiam fecerit: si sacerdos, qui est unctus peccauerit, delinquere faciens populū, offeret pro peccato suo uitulū immaculatū domino, & ducet illum ad ostium tabernaculi testimonij corā domino, ponetq̄ manū suam super capite eius, & immolabit eū domino. Hauriet quoq̄ de sanguine uituli, inferens illud in tabernaculum testimonij: quūq̄ intinxerit digitū in sanguine, asperget ex eo septies coram domino contra uelum sanctuarij, ponetq̄ de eodē sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi domino, quod est in tabernaculo testimonij. Omnē aut̄ reliquū sanguinē fundet in basin altaris holocaustorum in introitu tabernaculi. Et adipem uituli offeret pro peccato, tam eū qui operit uitalia, quā omnia quæ intrinsecus sunt, duos renunculos, & reticulum quod est super eos iuxta ilia, & adipem iecoris cū renunculis, sicut auferetur de uitulo hostiæ pacificorū, & adolebit ea super altare holocausti. Pellem uero, & omnes carnes cū capite & pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore, efferet extra castra in locum mundū, ubi cineres effundi solent, incendetq̄ ea super lignorū struē, quæ in loco effusorū cinerū cremabuntur.) Nihil eorū quæ necessaria fuerunt legislator omisit, designans quippe conuersationū differentias, & ostendēs nobis uias in oblatione sacrificiorū, quibus nos oporteat conuersari. Post hoc necessarie exponit Christi sacrificium, per quod nobis peccatorū remissio, & redemptio cōcessa est. Quod cognosces, si legislatoris uerba discussieris, & imaginis huius colori res ipsas sacrificij unigeniti cōparaueris. Ante alia ergo hoc nūc primū intende, quia peccata dixit esse animæ: quidam enim corpus quasi causale peccati accusant, sed nō ita est: nam si sana sit anima, nihil illi nocebit carnis luxuries: quam si, secundū quem oportet modum, regat anima, recedit & cessat. Si aut̄ dicis: atqui nolentem eam peccare dixit: Veruntamen nō coactā à carne, sed ignorantia boni, quā ex negligentia, & imitatione deteriorū patitur, per quā etiam suauia, ea quæ noxia sunt, æstimat. Sed & hoc uide, quo modo in multis sacerdotē permiscet, ait em̄: Anima quū peccauerit, & de uniuersis mandatis domini, quæ præcepit ut nō fierent, quippiam fecerit, si sacerdos qui est unctus peccauerit.) Siquidē sacerdos qui est unctus peccauit. Similem dicit alijs sacerdotem pro peccatis offerentem, quia &

Peccatorum causa.

C Christus nobis se similit̄ præbuit. de ipso quippe ait Paulus: Propter qđ de
Hebr. 2. buit per omnia fratribus similis esse, ut misericors fieret, & fidelis sacerdos
 in his quæ ad deum sunt, ad reconcilianda peccata populi. Plurima nimis
Sacerdotis pec- huius legis in domino exponens. Sed iam sunt exquirenda sequentia. Nam
catum quare ecce legislator peccatum ipsius sacerdotis, peccatū populi appellauit: quia
populi dicatur negligens sensibilis sacerdos, aut peccās ipse, aut non uindicans in peccato-
 ribus, illicit eos qui rudes sunt ad similia. Intelligibilis autem nec ipse pecca-
 tum fecit, nec nos uel parū neglexit, qui cū lege nobis naturali etiam scripta
Lex diuina na- dedit, & nō sine testimonio, sicut ait Paulus, semetipsum reliquit. Verunta-
turali attem- men quia figura hæc coaptanda est in Christo, secundū quod possibile est,
perata est. ut per omnia imaginis consummet̄ color. Hoc quod dictū est, secundū qđ
 dignum est **CHRISTO** intelligibili sacerdote debemus accipere. Si enim
 dei longanimitate non uolentis peccatorem perdere, usus fuisset, uideretur
Esa. 63. licentiam dare peccantibus, propter quod Esaias dicit: Quare errare nos fe-
 cisti domine de uīs tuis? Indurasti cor nostrum, ne timeremus te. Abacuc
Abacuc 1. etiā similia quodammodo queritur: Quare nō respicis super inique agētes?
 & taces deuorante impio iustiorē se, & facies hominis quasi pisces maris, &
Rom. 3. quasi reptile non habens principem. Hoc & Paulus ad Romanos scribit, ait
 enim: **CHRISTVM** factū nobis fuisse propitiationem per fidem in suo san-
 guine, ad ostensionē iustitiæ suæ. Cuius autē iustitiæ subdidit: Per redem-
 ptionem præcedentiū peccatorū in sustentatione dei. Aperte ergo uidetur
Psaln. 109. legislator illum sacerdotem significare, cui dictum est: Tu es sacerdos in
 æternum, secundum ordinem Melchisedec, eum qui à patre unctus est, ad
Psaln. 44. quem David dicebat: Sedes tua deus in seculum seculi, uirga recta est, uir-
 ga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te de-
 us deus tuus. Quia autem ipsum sacerdotem hic nunc legislator significauit,
 ex eo manifestum est, in omni quidem turba filiorum Israël, & principe, &
 in unoquoq; de populo cognoscente peccatum suum, offerre præcepit, hic
 autem non ita, sed ait: Si sacerdos qui est unctus peccauerit, delinquere fa-
 ciēs populum.) Et primū peccato eum populi subiicit, quia Christus popu-
 li peccata portabit. Deinde nō ait sicut de alijs: Et postea intellexerit pec-
 catū suum.) Quum enim deus esset, & omnia sciens, quomodo poterat igno-
 rare quæ à nobis peccata suscepit? Hic ergo pro peccatis nostris conue-
 nienter sacrificium obtulit, de quo Paulus Hebræis scribit: Sic & **CHRIS-**
Heb. 9. **TVS** semel oblatuſ ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine
 peccato apparebit expectantibus se in salutem: offeret tamen se pro peccato
Peccata nostra suo. **LXX.** autem addunt, quod peccauit. Peccatum autem eius, sicut qui se
Christi. mel illud in se suscepit, nostrū peccatū dicitur: unde & Paulus dicebat: Ob-
 secramus pro Christo reconciliari deo, & qui nesciebat peccatum, peccatū
 pro nobis fecit. Vitulum autē immaculatū.) Domino uidelicet patri offert
 carnem suam: immaculatam uero, quia peccatum non fecit, nec dolus inuen-
1. Petri 2.

A tus est in ore eius. Vitulus autem est, quia in cruce intelligibiles nostros ini-
 micos uentilauit. Quia autem LXX. uitulum de bubus ædunt, idem intelli-
 gimus dictum de bubus, quia secundum carnem de patribus fuit qui de le-
 gis extiterunt iustitia gloriosi. Vbi autem offert uitulum, id est carnem suā?
 Ad ostium tabernaculi testimonij coram domino.) Ad ostium quidem,
 ut sacrificiū Christi secundū doctrinas, & traditiones apostolorū factum fu-
 isse intelligamus. Has enim esse ostia tabernaculi testimonij superius osten-
 dimus, utpote ad cœlum introitum præbentia, quod tabernaculum esse te-
 stimonij docetur, atq; probatur: habet enim Esaias apertissimā testimonij
 probationem, dicens: Qui extendit uelut nihilum cœlos, & expandet eos si-
 cut tabernaculum ad inhabitandum. Coram domino autem.) Quia in-
 spiciente patre consummabatur crucis mysterium, in tantum, ut etiam aspi-
 cienti utiq; patri diceret dominus: Pater, in manus tuas cōmendo spiritum
 meum. Ponere autem eum manum super caput uituli, & iugulare uitulum
 præcepit: nemo enim illum obtulit, sed nec immolare poterat, nisi semet-
 ipsum ipse ad patiēdum tradidisset. Propter quod non solum dicebat, pote-
 testatem habeo ponendi animam meā, & potestatem habeo iterum sumen-
 di eam: sed & præueniens semetipsum in cœna apostolorum immolauit,
 quod sciunt qui mysteriorū percipiunt uirtutem. Hūc sacerdotem LXX.
 non solum unctum siue linitum, sed & consummatum manibus appellaue-
 runt: consummatus est enim manibus prius in mystica cœna, accipiens pa-
 nem & frangens: deinde per crucem, quando ligno adfixus est. Tunc sacer-
 dotij suscipiēs dignitatem, uel potius quum semper habuerit, tunc opere ex-
 plens etiam, hoc, quod pro nobis erat, sacrificium cōsummauit. Hic ipse de
 sanguine uituli hauriens, infert illud in tabernaculo testimonij. Sed quia ui-
 tulum oportet carnem domini accipere, ipse prodigi filij exponens parabo-
 lam docuit, quum patrem occidisse ei uitulum saginatum, & primā dedisse
 stolam, & anulum diceret: per uitulum sacrificium unigeniti, per stolam ba-
 ptisma, per anulū signās pignus spiritus. Quia enim de sanguine in taberna-
 culo testimonij intulit, docet & Paulus ad Hebræos, dicens: Christus adsi-
 stens pontifex futurorum honorū, per amplius & perfectius tabernaculum
 non manufactum, id est non huius creationis, nec per sanguinem taurorum
 & uitulorū, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta, æter-
 na redemptione inuenta. Et rursus: Neq; em̄ in manufacta sancta ingressus
 est Christus forma uerorum, sed in ipsum cœlum, ad ostendendum se uul-
 tui dei pro nobis. Hic ergo tabernaculum testimonij, cœlum quippe, quia
 in ipso habitare deum prophetae testificati sunt, intelligamus: Qui habitat in
 cœlis, inquit, irridebit eos. Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de
 cœlo unigenitus: de semetipso dixit hominibus. Ibi sanguinem introduxit,
 quia cicatrices portans passionum, à mortuis resurrexit, unde & suum cor-
 pus palpandum Thomæ præbuit, atq; ita in cœlos ascendit. Probāt autem

Matth. 1.

Esa. 40.

Luc. 23.

Ioan. 10.

Vitulus carnē
domini signis
ficat.

Luc. 15.

Heb. 9.

Psalm. 2.

Ioan. 3.

Ioan. 20.

C sequentia: Quumq̄ intinxerit digitum in sanguine, asperget de eo septies coram domino, contra uelum sanctuarij.) Multis nominibus carnem domini appellat, quia & multas operationes impleuit. Vnde & ipse dominus modo quidem semetipsum sacrificium, modo pastorem, deinde rursus uitem, & panem uitæ, & granum tritici, opportune dispensatorijs uerbis uarians, suas appellationes nominauit. Et nunc ergo uelum eius carnem appellauit: dubitare enim hoc non possumus, Paulo ad explanationem huius mysterij dicente: Habentes fratres confidentiam in introitu sanctorum in sanguine CHRISTI: quam inuiauit nobis uiam nouã & uiuentem per uelamen, id est carnẽ suam, & sacerdotem magnum, in domũ dei introeamus, cũ puro corde, in satisfactione fidei. Propterea & sanctuarij uelũ appellatum est, figuram quippe carnis sancti sanctorum gerebat. Quia ergo digitus dei uirtus eius dicitur, unde magi Pharaonis cedentes miraculis Moyli, dicebãt: Digitus dei est. Et Dauid ei psallebat: Quoniã uidebo coelos, opera digitorum tuorum. Ipseq̄ rursus dominus Iudæis dicebat: Quod si in digito dei ego eicio dæmonia, igitur peruenit in uos regnum dei. Conuenienter digitum in sanguinem intingit, ut ostendatur quia passiones carnis dominicæ, uirtute diuinitatis actæ sunt: nam quomodo poterant talia fieri tunc, id est solis recessus, terræ motus, scissio petrarum, & similia? Hic ergo uirtute diuinitatis passionẽ suscipiens, aspersit quidem suam carnem, aspersit autem septies, quia pro remissione hoc peccatorum, & pro subministrando nobis sancto spiritu fecit. Vtrunq̄ enim prædictus designare consueuit numerus, ita ut Petrus diceret domino: Si peccauerit in me frater meus, quoties dimittito ei? usque septies? Responderet autem dominus: Non dico tibi septies, sed usq̄ septuagies septies: multiplicatq̄ numerum propter operationes spiritus: septem enim Esaias numerauit dicens: Et requiescet super eum spiritus domini. Deinde eius dona diuidens ait: Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Quod autem sanguinem oportet nos in passione eius accipere, probant Pilati & Iudæorum uerba, dum enim traderetur cruci, ipse quidem clamat: Mundus sum à sanguine iusti huius. Illi autem: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Huius aspersionis & Petrus in Catholica epistola meminit, apostolum se nominans secundum præscientiam dei patris, in sanctificatione spiritus, in obedientia & aspersione sanguinis IESU CHRISTI. Si autem dicis, quia passio quidem eius, antequam ascenderet in coelos, prouenit, legislator autem dicit post ingressionem sacerdotis in tabernaculo testimoniũ, quod nos coelum significare diximus, si intingis digitum in sanguinem, & aspergis uelum: cognosce quia qui inferius crucifixus est carne, in coelo est diuinitate: & propterea principibus sacerdotum iudicantibus eum, & crucifixuris dicebat: Dico uobis, a modo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis dei. Quod autem

Christi multa sunt nomina ex functionum diuersitate idita.

Heb. 10.

Exod. 8.

Psal. 8.

Luc. 11.

D

Septenarius numerus.

Matth. 18.

Dona spiritus septem.

Esa. 11.

Matth. 27.

1. Pet. 1.

Matth. 26

A aut̄ dixit, amodo, ostēdētis fuit: quia quo tēpore uitulus immolabatur in inferioribus, eo tēpore ut pontifex ipse sibi sacrificiū offerret in coelo. Quibus conueniūt & subsequētia. Ponetq; de eodē sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi domino, quod est in tabernaculo testimonij. Hic sedem Cherubin signat: quia enim sunt altare, Esaias per uisionem Seraphin manifestauit, ait enim: Et uolauit ad me unus de Seraphin, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. Thymiamata autem, sicut LXX. dicūt compositionis, cōpositionem omniū sicut in thymiamate uirtutū dicit, quæ sunt intelligibile thymiamata. Vbi quippe decet uirtutes, nisi in sede dei esse compositas? in quibus & si in terra conuersatio est, de coelo tamen descendunt. Vnde & Paulus de his qui in uirtutibus conuersabatur dixit: Nostra autē conuersatio in coelis est. Iacobus uero ait: Quæ aut̄ desursum est sapientia, primum quidem benigna est. Sapientiam dicēs, unam de generalibus esse uirtutibus: post hanc enim fortitudo, & iustitia, & castitas, multo magis & cæteræ cum hac ordinantur: quæ dum sint quatuor, ut arbitror, & excellentes, cornua prædicti altaris, quia genera sunt aliarum uirtutū, conuenienter nominantur, ait autem & Esaias: Misericordiæ domini memorabor, reminiscens uirtutū eius. Has dominus ungit proprio sanguine, uirtutem eis præstans maiorē perfectiorēq; , ut contra aduersariorū uires præualere possint. Omnē reliquum sanguinem uituli, fundi circa basim altaris holocausti, quod est in tabernaculo testimonij, præcepit. Altare holocaustomatis, rursus Christi corpus intelligamus: sicut enim ipse sacerdos, & sacrificium est, sic & altare est. Si autē in multis nominibus unū est quod significatur, diximus quippe eum oportere intelligi etiam uelū, nihil est quod ex hoc possit obistere, dum enim multæ sint in ipso operationes, cōuenienter etiā multa sunt nomina. Nec ex his interpretationē respui quasi mendacem fas est, diuinæ quippe scripturæ mos est, unā rem multis insinuare nominibus, quod demōstrat Zacharias, ait enim: Et respondi, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri, & ad sinistram eius? Et respōdi secundo & dixi ad eū: Quid sunt duæ species oliuarū, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me dicens: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi, Nō scio domine. Et dixit: Isti sunt duo filij olei splendoris, qui adsistunt dominatori uniuersæ terræ. Equidē Zacharias de duobus quibusdam inquit, de oleis, & de effluentibus in candelabro oleum. Cui autem respondit angelus, duabus interrogationibus unam interpretationem retulit. Quia autem intelligibile altare corpus domini, & beatus Paulus intelligit, ipso dicente cognosce, ait enim: Habemus altare, de quo edere non habent potestatem hi qui tabernaculo deseruiunt, corpus uidelicet CHRISTI dicens, de illo enim comedere Iudæis fas non est. Hoc altare necessarie in introitu tabernaculi testimonij, id est in in-

Amodo.

Esa. 6.
Thymiamata cō
positionis.Philip. 3.
Iaco. 3.Quatuor cor
nua altaris.

Esa. 63.

Zach. 3.

Heb. 13.

C troitu coelorum est, quia per ipsum ingressum habemus in coelis. Sed iam reliqua huius sacrificij discutiamus. Quaecunque enim in sacrificio pacificorum, seu salutari praecipit, eadem fieri etiam in hoc praecipit, duos renunculos offerri, & reticulum quod est super eos, & adipem iecoris, quod LXX. ædunt, & pinnam epatis: & adoleri ea super altare holocaustorum. In duobus sacrificium diuidens, quatenus omnibus liceat CHRISTI sacrificium imitari, id est tam his qui inferioris sunt conuersationis, eis quippe conuenire pacificorum diximus sacrificium, quàm altiora sapientibus, quibus imitari sufficit quæ sequuntur.

• Pellem uero & omnes carnes cum capite, & pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore efferet extra castra. Quod praecipit ut non CHRISTVM

*Heresis circa
passionem
Christi.*

diuidas, sicut quidam diuidunt dicentes: Is qui de Maria est, passus est: qui autem de deo patre est, passus non est. Nobis enim unus dominus IESVS Christus, per quem omnia: quia secundum quod Paulus dixit: Quum ut homo pateretur, miracula tamen in passionibus operabatur, ut deus, sed nusquam diuisus. Propter quod carnem eius, id est humanitatem, uidelicet, tam eum qui apparebat, quàm qui in occulto erat hominem,

2. Corinth. 4.

de quo ait Paulus: Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur. Caro enim in domino, omnis eius humanitas, quia uerbum caro factum est, dicitur. Propter quod & carnem eius cum capite & pedibus;

D uel cum capite & extremis uidelicet pedibus: sic enim cæteri interpretum ædiderunt, iussit incendi: ut per prædicta uerba eum qui pro nobis passus est, esse à principio, & in nouissimis intelligeremus, de quo ait

Colos. 1.

Paulus: Quia in ipso creata sunt omnia, quæ in coelis, & quæ in terra, uisibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium, primogenitus à mortuis, ut sit ipse in omnibus primatum tenens. Insuper cum intestinis & fimo: uel sic LXX. cum uentre & stercore ædunt, ut quia mentis intelligibilis uenter figuram gerit. Sicut in sacrificijs aliorum holocaustorum ostendimus, ex eo mentem habuisse nostram eum qui pro nobis passus est, minime ignoremus, quod quidam hæreticorum negant. Fimus autem, peccata generis humani significat, quæ crucifixus in se suscepit: hæc enim fimus domini uerisimiliter dicuntur. Fimus quippe quum sit immundus, gerentem non polluit, neque naturæ nostræ est, quamuis sit in nobis: sicut & peccata nostra, quæ portauit dominus, & aliena fuerunt ab eo, & eum nullatenus polluerunt: permansit enim sine peccato. Totum ergo uitulum, id est totum CHRISTVM, extra castra in loco mundissimo, ubi effundi cineres solent, eijci legislator iubet: apertissime sacrificij CHRISTI locum significare studens: extra enim castra passus est.

*Fimus peccata
humana significat.*

A est, quod testatur Paulus dicēs : Ideo & IESVS ut sanctificaret plebem, extra portam passus est. Quis autem mundus est cineris locus? Golgotha uide licet, & intantum mundus, ut mundū totum ipse mundaret. Cineris autē recte locus est dictus, quia in ipso extincta sunt peccata humani generis, unde & mundus locus appellatur.

Incendentq; ea super lignorū struem.) Ligna autem in igne scripturas sacras diximus. Quæcūq; autem in domino tempore passionis gesta sunt, ad implenda ea quæ prophetae dixerunt, sunt gesta : quod manifestat dominus, quando à Iudæis comprehensus est, dicens : Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me, quotidie in templo sedebam docens, & non me tenuistis. Hoc autē factum est, ut complerentur scripturæ prophetarum. Et rursus : Iesus autē uidens quod omnia consummata essent, ut impleretur scriptura, dixit : Sitio. Sed quum per singula figura dominicæ passionis appareat, tamen planius legislator uidetur hoc in sequentibus figurare mysterium.

Matth. 26.

Mar. 13.

Ioan. 19.

Quod si omnis turba Israël ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum domini est, & postea intellexerit peccatum suū, offeret uitulum pro peccato, adducetq; eum ad ostium tabernaculi, & ponent seniores populi manus super caput eius coram domino. Immolatoq; uitulo in conspectu domini, inferet sacerdos qui unctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonij, tincto digito aspergens septies contra uelum: ponetq; de eo sanguine in cornibus altaris, quod est coram domino in tabernaculo testimonij : reliquum autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonij: omnemq; eius adipem tollet, & adolebit super altare: sic faciet & de hoc uitulo quomodo fecit et prius, & rogante pro eis sacerdote, propitius erit dominus. Ipsum autem uitulum efferet extra castra, atq; comburet, sicut & priorem uitulum, quia pro peccato est multitudinis.) Nihil in his legislator commutauit, quod esse possit extra prædictum sacrificium, quod est principis sacerdotū : idem enim à turba Israel, & à sacerdote offerri præcepit, uitulum enim & hic, & illic dixit. Similiter etiam sanguinem in tabernaculo testimonij offerri iubet: uitulū autem extra castra incendi, atq; apertissime in his quæ dicta sunt ostendit, quia eadem erant plebis sacerdotisq; peccata. Nam quam ob causam idem sacrificium pro eis offerret? Quod autem de sacrificio immutatum est, hoc magis ad firmitatem pertinet, quod unum sit sacrificium: nam in sacerdote non dixit, si cognouerit peccatum suū, nec enim ignoraturus erat dominus peccatum, quod ut susciperet incarnatus est. De turba autē, id est de synagoga, siue de plebe, attende quid ait: Quod si omnis turba Israël ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra mandatum domini est, & postea intellexerit peccatum suū.) Ergo ab initio quidem suum peccatum ignorauerunt, sed postea cognouerunt. Et hoc ostendunt ipsa uerba domini, ait enim: Nisi

C ueniffem, & loquutus eis fuiſſem, peccatum non haberent, ut ignorantēs uti
 que, nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo, utpote per eius
 doctrinam diſcentes, quod neſciebāt prius: quando ergo ſuum peccatum
 cognouerunt, tunc ad ſacrificium unigeniti ſe uerterunt. Deinde in ſacrificio
 ſacerdotis, ipſum diximus impoſuiſſe manum ſuper caput uituli, hic autem
 ſeniores hoc facere dicit. Vtrunq; enim reuera in Chriſti ſacrificio ageba-
 tur, id eſt quia & imminebant ad conſummandum illud ſeniores populi, &
 ſcribæ, & Caiphas princeps ſacerdotum, dicebantq;: Expedi nobis ut unus
 homo moriatur pro populo, & nō tota gens pereat. Et quia nullo modo ex-
 pleri potuiſſet, ſi non ſemetipſum ad paſſionem dominus tradidiſſet, intantū
 ut ipſe diceret Petro: Mitte gladium tuum in uaginam, calicem quem dedit
 mihi pater, non bibam illum: Feſtinabat enim diſpensare noſtrorum pecca-
 torum remiſſionem, quod neceſſarie in hiſ quæ ſunt de uituli ſynagogæ ſa-
 crificio eſt conſideratum, ait enim: Sic faciet de hoc uitulo quo modo fe-
 cit & prius, & rogante pro eis ſacerdote, propitiuſ erit dominus.) Chriſtus
 enim factuſ eſt nobis propitiatio in ſanguine ſuo, ſicut à beato Paulo Ro-
 manis ſcriptum eſt: Per quem in tantum peccata remiſſa ſunt, quatenus ipſi
 quoq; remiſſionem mererentur, qui in eo peccauerūt: de ipſis quippe dix-
 rat: Pater ignoſce illis, neſciūt enim quid faciūt. Sed quid ad finē ſacrificij le-
 giſlator dixit: Sufficit enim nobis legis ipſiuſ cōcluſio, ad manifeſtanda præ-
 ſentia. Ipſum autē uitulum efferet extra caſtra, atq; comburet, ſicut & pri-
 orem uitulum, quia pro peccato eſt multitudinis.) Vides quomodo nihil
 mutatur in ſecundo ſacrificio, extra hoc quod primo eſt quod præcipitur:
 & quamobrem? Quia pro peccato eſt, inquit, multitudinis. Ergo hoc ma-
 niſteſtum eſt & indubitabile, quia idem peccatum plebiſ & ſacerdotiſ intel-
 lexit, & propterea idem in utroq; ſacrificium ordinauit, ne ipſiſ quidē uer-
 biſ diuidens, quod non faceret, niſi figuræ fuiſſent ea quæ tunc agebantur.
 Si peccauerit princeps, & fecerit unum è pluribuſ per ignorantia quod
 domini lege prohibetur, & poſtea intellexerit peccatū ſuum, offeret hoſtia
 domino, hircum de capriſ immaculatum, ponetq; manū ſuam ſuper caput
 eiſ. Quūq; immolauerit eum in loco ubi ſolet maſtari holocauſtum corā
 domino, quia pro peccato eſt, tinget ſacerdoſ digitum in ſanguine hoſtiæ
 pro peccato, tangens cornua altariſ holocauſti, & reliquum fundens ad
 baſim eiſ. Adipem uero adolebit ſupra, ſicut in uictimiſ pacificorum
 fieri ſolet, rogabitq; pro eo, & pro peccato eiſ, ac dimittetur ei. Quod ſi
 peccauerit anima per ignorantia de populo terræ, ut faciat quicquam ex hiſ
 quæ domini lege prohibentur, atq; delinquat, & cognouerit peccatum ſuū,
 offeret capram immaculatā, ponetq; manum ſuper caput hoſtiæ quæ pro
 peccato eſt, & immolabit eam in loco holocauſti. Tolletq; ſacerdoſ de ſan-
 guine in digito ſuo, & tingens cornua altariſ, reliquū fundet ad baſim eiſ.
 Omnem autem auferens adipem, ſicuti auferri ſolet de uictimiſ pacificorū,
 adolebit

A adolebit super altare in odorē suauitatis domino, rogabitq; pro eo, & dimittetur ei. Quemadmodum in spontaneis sacrificijs, differentias in conuersationibus & conditionibus uitæ offerentium ordinauit, ita rursus pro peccatis sacrificia æqualia esse peccatis iubet: quorum magnitudo non solum ex actione peccati, sed ex persona peccantium ponitur: & nimis recte, quia & dominus apostolis dixit: Seruus cognoscens uoluntatem domini sui, & nō se præparās, nec faciens secundum uoluntatem eius, uapulabit multis. Qui autem non cognouit, & non fecit digna, plagis uapulabit paucis. Sed quid subiunxit: Cui datum est multum, multum quæritur ab eo: & cui creditum est multum, multū exigitur ab eo. Hunc intellige esse, qui à legislatore dictus est princeps, quem sic & in libro Exodi innuens, dixit: Dis non detrahes, & principi populi tui ne maledixeris. Sed & Dauid, sacerdotes, & scribas, & pharisæos, & seniores populi designans, ait: Astiterunt reges terræ, & principes conuenerūt in unū aduersus dñm, & aduersus Christū eius. At qui solus Herodes rex, & Pilatus præses aderant, sed & reges & principes, sicut diximus, sacerdotes & scribas, & pharisæos, propter scientiam & subtilitatem quam habere uidebātur, ad interpretationem legis appellauit. Hic ergo si peccauerit, hircum offeret. Si quis autem de populo: dicit autem idiotam, siue popularem, non eum qui sorte distinctus est ad meditandam legem; nam & hic utiq; princeps nominaretur, qui pro minori peccato caprā offerre præcipitur, quemadmodum ille hircum, hic foeminam, ille marem. Pœnitentiæ quippe utriq; indigent, & ille quidem maiorē, qui masculum offeret, minorē autem qui foeminā: quum enim unius sit generis, tamē quod minus est, in foemina positū est, quoniā masculus caput uniuscuiusq; generis putatur. Quemadmodū ergo oblatio capræ sacrificium pro peccato signat, sic hircus, & capra, quum sit foeminini generis, hircus masculini, sacrificij interpretantur uim: non enim frustra hoc legislator intendit, sed quia hircus & capra. Hoc autem LXX. in græco sic ædunt, ut χίμαρον & χίμαρον dicant offerri debere, quod Latini ex eadem æditione interpretati sunt, hoc dum ex capris masculū, & capram de hœdis foemellam. χίμαρον autem & χίμαρα foetus caprarum sunt χαμῆσινοι, id est qui circa tempus hyemis nascuntur: nam bis per annum capris parientibus, quidam foetus tempore hyemis, quidam autem æstatis generantur. Quū ergo ita se habeant, per hyemem tristitiam pœnitentiæ docet, in tristitiam quippe hic & fletu filios generat, sed tamen filij eius non sunt à sacrificio reprobati. Vnde existimo hoc dos, id est χίμαρον offerre pœnitentes, utpote fluctuantes præcepit, & ut qui diuersitatibus undarum à peccatis se erigentibus repugnantes, misericorditer omnimodo saluabuntur. Si enim permaneant in pœnitentia, & non desperent, uelut in tempestate relinquentes nauis animæ gubernacula, liberabuntur: si autem desperauerint, quemadmodū quidam gubernatores, uel nauæ pauidi, statim pereunt, nam & dominus dixit: Orate ne fiat fuga ue-

Luc. 12.

Matth. 25.

Exod. 22.

Psal. 2.
Sacerdotes reges appellati sunt.

Caprā offerre

Hyems quid significet in sacris literis.

Math. 14.

Citra hyeme uel sabbato: hyemē tempus poenitentiae dicens, sabbatum uero
Fuga in sabbato.
 ocium animae, atq; uirtutum cessationem intelligens; ad ocium siquidem at-
 que à malis uacationem datum est sabbatum, sed Iudæorum gens è diuerso
 hoc uisa est. Graue autem est in tempore quo necessaria est poenitentia, &
 multo grauius, quo uacat ab omnibus operibus, quenquam tentari uel per-
 sequutionem pati: unde etiã sicut maiorē eum qui sabbato persequutionem
 patitur, nouissimū numerauit. Quia ergo & hirci, uel caprae, siue hœdi uirtu-
 tem, & differentiae sacrificiorum modum didicimus, iam uideamus quae in
 utroq; aguntur sacrificio, cōmunia enim sunt, quoniã poenitentiae finis, &
 generalis effectus, peccatorum remissio est: quam aperte legislator posuit
 dicens: Quod si peccauerit anima per ignorantiam de populo terrae, ut
 faciat quicquã ex his quae domini lege prohibentur. Non dicit: quod quia
 in quolibet praeuaricatus quis fuerit, in totam legem delinquit, sicut beatus
Iacobi 2. Iacob ait: Quicumq; totam legem seruauerit, offenderit aut in uno, omniū
 reus constituetur. Sed & hoc quod dictum est, per ignorantiam, uel sicut
 LXX. non uolens, ingruens iugum peccatoribus seruitutis diabolicae de-
 monstrat, quod sibi ipsi ad malum uergentes superinduxerunt, sicut Esaias
Esa. 5. ait: Vae qui trahunt peccata ut restem longam, & sicut funem iugum uaccæ ini-
D quitatem, quo quidam captiui & inuiti trahuntur. Sed si ad sanam reuertan-
 tur mentē, à resti hac siue iugo statim relaxatur. Quod quomodo aut quan-
 do fit, legislator ostendit: id est, quando ipse qui peccauit, peccatum suū co-
 gnouerit: neq; enim aliter poenitentiam agere potest, nisi cognoscat pecca-
 tum suum. Tunc enim princeps hircum siue *χιμαρος*, is autem qui de turba
 est, offerat capram siue *χιμαρα*: immaculata autem utraq; , immaculatam
 siquidē oportet esse poenitentiam. Quae autem eius est macula? Videlicet si
 peccato compatiatur, uel amicus sit poenitēs, pro quo agit poenitentia: opor-
 tet enim eum perfecto à peccato eodem atq; studiosissimo recedere proposi-
 to. Deinde imponet manum suam super caput hostiae. Ipse per semet-
 ipsum peccatum manifestans, & suam offerens confessionem. Ipse autem se-
 cundum LXX. non occidit, sed alij, habet enim necessarium & aliorum au-
 xilium ad orationem, ut suscipiatur eius poenitentia. Vnde nec omnimodo
 sacerdotes occidere praecipit, ait enim: Occident eum in loco in quo oc-
 ciduntur holocaustomata. Qui autem occidant non addidit: licet enim in
 sacrificio poenitentiae alternis uti adiutorijs, qđ testatur Iacobus: Orate, di-
 cens, pro alterutrum ut saluemini. Sed multo magis iustorum utamur adiu-
 torio, ipse enim subdidit: Multum ualet oratio iusti assidua. Vbi autem occi-
 dent? Secundum LXX. in conspectu domini. Quare legislator expla-
 nat, ait enim: Peccati est. Pro peccato quippe in conspectu domini confi-
 teri necessarium habemus, propter quod & dixit Dauid: Peccatum meum
 cognitum tibi feci, & iniustitias meas non operui. Dixi, pronuntiabo aduer-
 sum

Poenitentiae ma-
cula.

Iaco. 5.

Confiteri in
conspectu do-
mini.

Psal. 50.

A fum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti iniquitatem cordis mei.
 » Propterea hic legislator intulit: Et tollet, & ponet sacerdos sanguinē pec-
 » cati digito super cornua altaris holocaustomatis. Quod Hieronymus simili
 sensu ædidiit dicens: Tolletq̄ sacerdos de sanguine digito suo tangens cor-
 » nua altaris. Sanguinē autē peccati appellauit, qui pro peccato offertur. Hu-
 » ius primitias sacerdos Christus super cornua altaris holocaustomatis offe-
 » ret, uidelicet super crucē suā: si enim altare holocaustomatis domini corpus
 est, huius proculdubio cornua crux erit, de qua Abacuc dixit: Cornua sunt
 in manibus eius. Offeret super suam crucē primitias necessario sui sangui-
 nis, qui pro peccato offertur: quia opus crucis & effectus, perfecta peccato-
 rum nostrorū remissio est. Quod autem dicit: Reliquum sanguinē fun-
 » det ad basim eius,) omnem pœnitentiam euangelicæ tribuit prædicationi,
 » quam esse basim altaris diximus. Recte autem pœnitentiam omnē apostoli-
 » cæ prædicationi tribuit: quia omnis eius intentio hæc est, ut omnis homo
 pœnitens se corrigēdo saluetur, propter quod & primā uocem illam domi-
 nus prouidet in euangelio doctorem: Pœnitentiam agite, appropinqua-
 » bit enim regnum cœlorum: qui etiā ad hoc se uenisse dixit, ait enim: Non
 ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Post hæc quid facit sa-
 » cerdos? Omnē autem adipem auferēs, sicut auferri solet de uictimis paci-
 » ficorum.) Ut pœnitentis omne desiderium sursum respiciat, id est cœlum in-
 » tendat, tunc enim poterit pœnitentiam offerenti in pacificorū sacrificio re-
 » putari. Sed quis sit finis horum quæ dicta sunt, addidit: Rogabitq̄ pro
 » eo sacerdos, & dimittetur ei.) Neq̄ enim idonei sumus peccata nobismet-
 » ipsis dimittere, CHRISTVS autem nobis propitiationem perficit. Vnde
 & eius uoce sacerdotes in ecclesiam, utpote eius officium subeuntes, ordina-
 » ti sunt, quibus in persona apostolorum dicebat: Quorum dimiseritis pecca-
 » ta, dimissa sunt, & quorum retinueritis, retenta sunt. Et rursus: Quæcunque
 » solueritis super terram, soluta erunt & in cœlo, & quæcunq̄ ligaueritis su-
 » per terram, ligata erunt & in cœlo.

Aeditionis il-
 lius meminit
 Hieronymus
 i catalogo suo.

Cornua altar-
 is crux Chris-
 ti.
 Abacuc 3.

Matth. 3.
 Luc. 5.

Ioan. 20.
 Matth. 16.

» Sin autem de pecoribus obtulerit uictimam pro peccato, ouem scilicet
 » immaculatā, ponet manum super caput eius, & immolabit eam in loco ubi
 » solent holocaustorū cædi hostiæ, sumetq̄ sacerdos de sanguine eius digito
 » suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius, om-
 » nem quoq̄ auferens adipem, sicut auferri solet adeps arietis qui immola-
 » tur pro pacificis, & cremabit super altare in incensum domini, rogabitq̄
 » pro eo, & pro peccato eius, & dimittetur illi.) Semetipsum nunc quoq̄ se-
 » quens legislator, oblationi capræ siue chimææræ, quam diximus ab his, qui
 sunt de populo, & qui non occupantur in meditatione legis, offerri ouem
 quoq̄ coniunxit: quoniam in populo & idiotis possibile est esse aliquos etiā
 simplices, quibus conueniat ouis sacrificium, quod tam in holocaustomatis,
 quàm sacrificijs hostiæ pacificorum demonstratur. Aperte ergo legislator

Principes præditos esse oportet simplicitate quæ sit prudentia condita.

C approbare cupiens, quia non solum princeps, id est scientia sublimior, nec tantum popularis, sed & si quis est in popularibus simplex, si forte peccauerit, quod & hic ad redemptionem peccatorum debeat poenitentiam, ouis sacrificium introduxit. Ideo autem non arietem, sed ouem, id est foeminam, & non masculum præcepit offerri: quia popularibus foeminarum sacrificiū deputauit: eos hic qui legem accipiunt euidenter contestans, ut quicūq; principatum sortitus est, & est alijs sublimior scientia, non solum exhibeat simplicitatem, quā oporteat eum etiam prudentem esse sicut serpentem, quem admodum dominus ait. Qui uero non est talis, id est qui non abundat scientia, & propterea in populo deget, hic quamuis sit simplex, si contingat ut peccet, nec ipsi peccatum ignoscetur, nisi per oblationem poenitentiae peccatū diluerit. Quum ergo hæc ita se habeant, nō egent cætera expositione: quum enim sacrificium pro peccato sit, simul hic de capra & de oue præcepit. Vnde de neesse nō est, quā tendamus ad sequētia, diu in præsentibus immorari.

CAPVT V.

I peccauerit anima, & audierit uocē iurantis, testisq; fuerit quod aut ipse uidit, aut conscius est, nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Anima quæ tetigerit aliquid immundū, siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, uel quodlibet aliud reptile, & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & delinquit. Et si tetigerit quippiam de immunditiā hominis, iuxta omnē impuritatem qua pollui solet, oblitaq; cognouerit postea, subiacebit delicto. Anima quæ iurauerit, & protulerit labijs suis, ut uel male quid facere uellet, uel bene, & id ipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaq; postea intellexerit delictū suū, agat poenitentiam pro peccato, & offerat agnam de gregibus, siue capram, orabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius. Sin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, uel duos pullos columbarum domino, unum pro peccato, & alterum in holocaustum, dabitq; eos sacerdoti. Qui primū offerens pro peccato, retorquet caput eius ad pennulas ita ut collo hæreat, & non penitus abrumpatur, & asperget de sanguine eius parietem altaris. Quicquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamenta eius, quia pro peccato est, alterum uero adolebit holocaustū ut fieri solet, rogabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quod si non quiuerit manus eius offerre duos turtures, uel duos pullos columbæ, offeret pro peccato simulam, partem ephidecimam non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est, tradetq; eam sacerdoti, qui plenum ex toto pugillum hauriens, cremabit super altare in monumētum eius qui obtulit, rogans pro illo & expians. Reliquam uero partem ipse habebit in munere. Num eadē legislator repetit: quū in præteritis quippe dixisset: quod si peccauerit de populo terræ per ignorantiam, ut faciat quippiam ex his quæ

A quæ domini lege prohibentur, atq; delinquent. Generaliter de omni peccato præcipiens & iubens quæ deberent offerri, nunc quoq; de eisdem alijs quodammodo uidetur sancire sermonibus. Quamobrem autem superius quædam pro peccato, & non omnia exposuit. Oportebat quippe, ut aut omnia per singula exponeret, aut penitus nihil, quum generalis ei demonstratio peccati sufficeret. Sed non ita se habent uerba legislatoris, sicut quidam negligenter legentes existimant. Quando enim dixit: Quod si peccauerit de populo terræ per ignorantiam, ut faciat quippiam ex his quæ domini lege prohibentur atq; delinquat.) Sensibilem Israëlem ostendit, qui cognoscens dei mandata, non debuit quippiam legis transgredi. Transgressus autem, implere debuit ea quæ ad poenitentiam pertinent. In præsentem autem dicens, si peccauerit anima, nequaquam addidit de populo terræ, & rectissime. Dicit enim peccata, à quibus necesse sit secundum quod ait Iacobus, etiam hos qui sunt ex gentibus abstinere, id est idolothytis & suffocatis, & sanguine, & fornicatione. In his enim inuenies sequentia cõnumerata: deinde superius quod est peccatum uniuscuiusq; per semetipsum delinquētis, & quod per se quis gessit, designatur. Hic autem eum qui alienis peccatis cõmunicauit demonstrat. hoc enim tactus immundi & morticini, & à bestia capti innuit, non per ænigmata, sed aperte exponens, quod quidam despiciunt, id est alterius in errorem mittentis non arguere errorem, sed consensum præbere. Nunc ergo ostendit, quia & in hoc oblationem eam uidelicet quæ ad poenitentiam abolitionem pertinet necessariam habeamus. Si peccauerit anima, & audierit uocem iurantis, testisq; fuerit, quod aut ipse uidit, aut conscius sit, id est, si aliquo furtum aut dolum faciente, & iusiurandum pro eis dante, uidens aliquis furtum aut dolum quem fecit, uel aliter cõscius quod false iuret non prodiderit, portabit iniquitatem.) Et recte. Nam cui licuit arguere peccatum, & texit, adiutor eius proculdubio factus est. Qui uero auxiliatus est, in semetipsum peccatum traxit. Non solum autem prædicti peccati immunditiam euitandam putauit, sed & si quis tetigerit omnem rem immundam, aut morticinam, aut à bestijs captam, non corporis, sed rei immundas actiones ostendere cupiens, nec illas immunditias quas Iudæorum gens existimat. Quæ sint autem actiones quarum communicatio sicut immundarum euitanda est, saluator apostolos docuit, dicens: Adhuc & uos sine intellectu estis: Nescitis quia omne quod ingreditur in os, in uentrem uadit, & in secessum emittitur: quæ autem egrediuntur de ore, de corde exeunt, & hæc inquinant hominem: Etenim de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, falsa testimonia, furta, blasphemias. hæc sunt quæ coinquinant hominem. Propter quod & immundæ res, utpote polluentes eos à quibus tanguntur, id est eos qui communicant eis, à legislatore intellectæ sunt morticinæ. His similis est in polluendo homo, qui per peccatum mortuus est: de qualibus dominus dicebat: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. A bestijs autem

Tactus immundi
di, aut morticini.

Mortic. θυνο'is
μα'λον.

Matth. 15.

Matth. 23.

Captus est, qui operante in eo diabolo, tractus est ad aliquam actionem malam, quemadmodum Iudas ad tradendum dominum, de quo Ioannes euangelista ait: Et facta coena, immittente diabolo in cor eius, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotis. Quia autem in LXX. translatione non dixit simpliciter à bestia captum, sed addidit immundum, qui est à bestia captus, putas non est omnimodo & immundus? Et dicimus: Nequaquam. Neque enim omnis qui à bestia capitur, iam omnimodo ab ea & occiditur. Forsitan enim & postquam capitur liberatur, sicut Petrus: Incidit enim in diaboli laqueo, tempore negationis. Sed resipiscens euasit. & dicet cum Dauid: Anima mea sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Hic ergo immundus non est, sed quaedam differentiae, id est secundum LXX. morticinorum positae sunt. De quibus quaedam dixit esse pecora, quaedam uero abominationes. Morticinum autem pecus, est homo per insipientiam peccans, & pecudum contra legem uitam ducens, qualibus ait Dauid: Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Sed etiam de quibus Hieremias ait: Qui admissarii facti sunt, unusquisque eorum ad uxorem proximi sui hinniebat. Abominationes autem immundae, ueluti canes & simiae, & quaecunque talia sunt, de animalibus appellantur: quae etiam ab infidelibus colebantur: uel quodlibet reptile, id est quod super uentrem suum trahitur, quae nihilominus Symmachus & Aquila reptilia adiderunt, LXX. autem abominationes. Ergo per haec tam idololatrias apertissime significat, quam in alio malo uiuentes, id est in dolis, & in rapinis, siue in alijs cupiditatibus. His omnibus si quis tactu communicauerit, & oblitus fuerit, uel ut LXX. dicunt latuerit illum: quoniam obliuio animae, & obscuritas mentis, siue actio mala inquinatio est: in horum tactu, id est uel in eo quod quis haec operantibus conuiuentiam praebet, uel in eo quod placent talia, modis omnibus polluitur. Hic sensus eo modo in praesenti quoque translatione si intendatur, uenit. Sed & si tetigerit quippiam de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, de omni munditia eius quamcunque tangens pollutus fuerit. Dicit autem secundum litteram, eos qui seminis fluxum patiuntur & menstruatas, & quosdam alios, de quibus subtilius ipse legislator paulo post dicit: in quibus horum expositionem reseruauimus; hoc solummodo nunc pro commemoratione ponentes, quod non omnis immunditia hominis polluit tangentem, ideoque enim dixit: Iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, secundum LXX. autem ab omni immunditia eius, quam tangens pollutus fuerit. Quae sint autem haec quum de eis legislator loquutus fuerit, dicemus:

- » Anima quae iurauerit & protulerit labijs suis. Id est aperte promittens, quod LXX. dicunt, separans labris, ut uel male quid facere uellet, uel bene, in quibus peccatum est, quando is qui bene promisit facere, mentitur, aut qui mala minatus est, ueritatem dicit: quod & Herodes perpeffus est, qui pro eo quod iurauit Herodiadi, Ioannem Baptistam capite detruncauit, oblitaque postea intellexerit

A intellexerit delictum suū. Omnia hæc uidelicet quæ dicta sunt, unusquisque
 quum senserit & cognouerit, confiteatur peccatū quod fecit, & offerat agnā
 de gregibus siue capram, quia de aliquo qui de populo est, uidelicet de uulgo
 loquitur hoc loco, inter quos possibile est simplicem quempiam inueniri
 agnam de gregibus, utpote aptam simplici, quemadmodū superius diximus
 in hoc de quo nūc sermo est sacrificio siue pœnitentia recte custodiuit offerri,
 finem adiciens: Orabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius. Con-
 suetis utitur uerbis, in memoriā nostram reuocans, ea quæ superius in de-
 precatione pro peccatis præcepit peragi, quæ iterū dicere, utpote semel di-
 cta necessariū non habemus. Solummodo aut hoc adijciamus, ut si quid ho-
 rum princeps peccauerit, hircū de capris offerat, oblationem sibi dignam et
 pœnitentiam. Per hoc enim quod multitudinem, & in his de quibus nūc di-
 xit, id est sacrificium offerre præcepit, manifestū est eum etiam de principe
 similia uoluisse. Vt autem & aliter dicatur, eum qui in scientia excellebat, nec
 ipsum peccare oportuerat, nec alterius communicare peccatis. Non enim
 ad uirtutem, sed ad iniquitatem æmulātes se, inuenitur producere, siue pro-
 uocare subiectos. Propter quod illud, quasi quod nec euenire deberet, indi-
 scussum reliquit. Sed & hoc notandū est, quia delictum aliquando quidem
 specialem iniquitatem, quæ contra solū præsumitur deum, qualis est quæ
 in sanctos, aut quæ in iusiurandū committitur. Aliquando autem omne pec-
 catū quod ad sciētiam peruenit legislator appellat, & propterea ab eo ubi
 que cognitio peccati, siue anteponatur, siue subinferatur modis omnibus, de-
 lictum dicitur, ut ostendat, quia omne peccatum postquam cognoscitur, in
 ipsum delinquitur deū, & ideo appellatur delictū, id est *ωλιμμέλαα*, nō enim
 sine causa legislator hoc sermone frequenter utitur. Nam & quemadmodū
 differentes conuersationes hominum in exordijs libri per holocaustomata
 & sacrificia salutaria designans, legislator nō frustra proposuit, sed uias mul-
 tas, & ianuas aperire cupiens: sic & modo non unam speciem, sed multas de
 oblationibus pro peccato sanciuit, ut pluriore modos pœnitentiæ propo-
 neret: quia nec omnes homines omnes modos implere possunt, nec omnis
 modus pœnitentiæ in omni peccato couenit. Quando enim pœnitentia,
 saccum, & ieiunium, & lachrymas, & orationem continuam, & uigilias exi-
 git, aliāq; similia, quomodo uerbi gratia senectute, aut aliter corpore infir-
 mus talem agere pœnitētiā præualebit? Nunquid ergo hic propter infir-
 mitatem aut senilem ætatem repellitur à pœnitētiā? Nullo modo. habet em̄
 aliū modū ad impetrandam remissionem peccatorū. Sed quis hic sit, se-
 quentia demonstrāt. ait enim: Si autem non potuerit offerre pecus, quod
 LXX. interpretati sunt: Si autem non ualuerit manus eius ad ouem, uolētes
 per ouē caprū uel caprā intelligi, quasi cōmune esset genus caprarum & oui-
 um, sicut diximus, hoc hic planius ædedit. Qui ut omnia hæc cōprehende-
 ret, pecus posuit. Vnde & alij interpretum in hoc loco pro oue, hi quidem

*Delictum in
scripturis gra-
uius quid pecca-
to significat.*

*Pœnitētiæ pro
delictorum mo-
do aliæ atque
aliæ.*

C pascualia: alij autem ex grege, uolentes per hoc & capras significare, ædiderunt. Si ergo hic non potuerit offerre pecus, offeret pro peccato suo quod peccauit, duos turtures, aut duos pullos columbarū domino. Quamobrem necessarium nimis est reminisci nos, quia contemplatiuam uitam & in meditatione conuersantem, & mundam atq; simplicem significari, per pullos columbarum & turturum superius diximus. Ergo qui non potest uacare in continua afflictione & ærumna, ut panem suum cum cinere comedat, & potum suum cum fletu temperet, aliāq; his similia pœnitens agat, uerbi gratia, infirmitate aut alia quacuncq; necessitate prohibetur; hic alio modo agere potest pœnitentiam, ueluti offerens semetipsum, ad contemplandum deum, & ad perscrutationem legis eius, totamq; mentem suam consecrans cœlesti cōuersationi, à terrenis rebus plenissime, cohibēs se, per hoc em̄ ei, & peccatorum remissio, & iustificatio procuratur. Vnde eorū quæ offeruntur, unū quidem pro peccato, id est ad emundationem peccati, alterum uero in holocaustum, quasi in crucifigentem semetipsum, conuersationem uel uitam, & plenissime deo tradentē immolatur. Offeret autem hæc sacerdoti, Christo utiq;. Tunc enim acceptabile est utrunq;, quando secundum intentionē dominicam, atq; eo mediante offeruntur, qui primū offerēs pro peccato. Ideo primū pro peccato offeret, quia nemo potest holocaustū fieri, nisi prius fuerit à peccato liber effectus. Sed quis huius modus est libertatis? Retorquebitq; sacerdos caput eius ad pennulas, ita ut collo hæreat, & non penitus abrumperetur. Per collū, quod LXX. sphondylū interpretati sunt, totū corpus intelligit, quia colli firmitas, sanitas, & subsistentia totius corporis est. Quia ergo solet caput pro mēte accipi in diuina scriptura, pro eo quod mens principatum tenet in homine, Vnde & David deo dicebat: Tu cōtribulasti capita draconū subter aquas, mentem uidelicet, dum aqua baptismatis remissionem præbente, mens diaboli cōteritur. Per hoc ergo quod dicitur LXX. & erumpet sacerdos caput eius: præsens uero translatio, retorquetq; caput eius ad pennulas, uult nos nō seruire, neq; compati corpori, sed abrumpi uel retorqueri, ut nō ex æquo repugnet legi mentis lex peccati, quæ consuetudine peccandi in membris habitat corporis; neque captiuum ducat hominem, sicut Paulus ait. Quia autem non debemus ex toto corpus aduersari, nec creaturam illud diaboli æstimare, sicut quidam putant, sed subdere illud menti, propterea nō præcepit caput à collo separari, unus quippe eiusdemq; sunt utræq; creaturæ. Sed sequentia uideamus. Et asperget de sanguine illius parietem altaris. Quicquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamenta eius, quia pro peccato est.) Paries altaris corpus CHRISTI intelligitur, de quo ipse Christus dicebat: Soluite templum hoc, & tribus diebus ædificabo illud. Fundamentum autem eius, siue secundū LXX. interpretati sunt basim. Basis enim euangelium est. Ergo secundum intentionem sacrificij Christi & euangelicæ doctrinæ, iubet etiam hoc pro peccatis

Collum.
Caput pro mēte aliquoties usurpatur.
Psal. 73.

Corpus Christi imitatio efficacissima ad diluenda peccata.

Ioan. 2.

Basis.

A tis sacrificium offerri: propterea addidit, quia pro peccato est. Nihil quippe sic à peccatis eripere: quemadmodum Christi imitatio & obedientia euangelicæ prædicationis, potest, cui quis sit obediens, alterum adolebit holocaustum, ut fieri solet, id est quemadmodum oportet holocaustum fieri. Quod LXX. planè secundum hoc ædunt, id est faciet autem quomodo debet. Oportet quippe eum qui patrem & matrem, & fratres, & omnia secularia renuit, holocaustum fieri, si modo uult esse acceptabile & intelligibile holocaustum. Hæc si faciat is qui non potest prædictis modis poenitentiam agere, id est uigilijs, & sacco, & alijs similibus afflictionibus: rogabit pro eo intelligibilis sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. Admirabilis ualde ergo deus est huius lator legis, qui ueniam, utpote clemens imbecillitate generis humani tribuit, & modum reperit, per quem non minora consequi infirmantes possint. Quia autem non omne facile est ad poenitendum tempus, imò aliquando & difficile, id est quando abusi sumus ipsa poenitentia, uirtutemque eius quodammodo aboleuimus: quod euenit, si quis forte peccans, & poenitere se simulans ad hoc rursus redeat, quando & Petrus reprehendens ait: Euenit eis res ueri prouerbij, canis reuersus ad suum uomitum, & suis lota in uolutabro cœni. Sed & Paulus: Ne quis, ait, fornicator, aut prophanus, ut Esau, qui propter unam escam uendidit primitiuam suam. Scitote enim quia & postea hæreditare benedictionem reprobatus est. Nō enim inuenit poenitentia locum, quanquam cum lachrymis exquisisset eam. Ergo quia talibus non facilis præbetur poenitentia aditus, ecce nunc legislator innuit, ait enim: Quod si non quiuerit manus eius offerre duos turtures, uel duos pullos columbæ, Qui uero hæc non potest omnimodo, nec hoedum aut ouem potest, quare autem non potest: seu ut LXX. dicunt nō inuenit: quia diuitijs poenitentia male usus, non eas quemadmodum oportebat expedit. Quid ergo faciet, ut nō desperatio ei causa perditionis fiat: Offeret pro peccato suo simulam, partem ephi decimam: nō mittet in eam oleum, nec thuris aliquid ponet, quia pro peccato est. Hæc ergo species ei poenitentia concessa est quam dixit. Anxiari autem & timere debet, ne forte non suscipiatur eius, utpote frequenter iniuriata poenitentia, propterea nec oleum superfundit, utpote dubitans, an misericordia & compassione dignus sit. Sed nec thuris aliquid imponit, utpote qui nescit utrum boni odoris sit eius oratio, quam frequenter præuaricatus est. Vnde Ioël propheta ad plebem Iudæorum dicebat: Conuertimini ad dominum deum uestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multum misericors, & præstabilis super malitia. Quis scit si conuertatur & ignoscat, & relinquat post se benedictionem: Sacrificium & libamen domino deo nostro. Et quomodo dubitatur de misericorde & patiente, & multæ miserationis, si conuertatur & poeniteat, & si sacrificium aut libamen pro peccatis accipiat, nisi quia populo maligno & diligenti peccata loquitur: Qui quū sæpe egerit, nunquam perstitit in pura

Hebr. 13.

Ioël. 2.
Psalm. 85.

C poenitētia. Ergo nec desperationem illis facere uult, nec rursus eos poenitentes ualde præsumere, atq; ideo uerbis est dubijs usus: & quamobrem non oportebat præsumptionem eis facile dari, ne data præsumptio, ad alia rursus peccata eos negligentiores efficeret, uelut relaxatis prioribus. Infirmos quippe quosdam, & inconstantes in uirtutibus legislator innuit. Tradet autem eam sacerdoti. Ille autem, utpote pius Christus quippe est, qui etiam nunc per significationem intelligitur sacerdotis. Qui plenum ex toto pugillum hauriens, cremabit super altare in monumentum eius. Qui obtulit species oblationis, acceptabilis est ephi simile. Ephi autem mēsurā est trium mensurarum, id est tres modios capiens. Ergo Christus est qui sacrificium offert, & ipse est sacrificium quod offertur. Ephi enim quū sit mēsurā trium modiorum, euidenter trinitatem innuit, quæ una quidem mensura est, quia una in ea est deitas. Tres autem habet mensuras, id est tres personas perfectas, & tot subsistentias, ut manifestum sit non nos peccare, eius partem carnem domini dicentes, propter inseparabilem cum ea incarnati uerbi unionem. Quare autem trinitatis pars est: quia indiuisibilis eius est gloria & uirtus, ita ut Paulus de CHRISTO diceret: In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Sed & Ioannes: Qui negat, inquit filium, nec patrem habet. Qui confitetur IESVM, & patrem habet. Ergo ephi quidē hic incarnatus deus, uerbum utpote habens in se trinitatis plenitudinem. Decima autem eius est caro: primum quidem ut ostenderetur sublimitas diuinitatis eius, quantum ad humanitatem, propter quod & pars dicitur, deinde pro eo quod integro homine incarnatus est deus uerbū, & qui legē impleret. Vtruncq; enim decima significat, quia & perfectus est denarius numerus. Decem autem mandata legis sunt, unde & decimæ: decimā partē præcipuam sacerdoti, Christo uidelicet, lex deputauit, utpote massæ nostræ primitias habenti. Quicumq; ergo poenitentiam sæpe præuaricās uiolabit, rursusq; uult agere poenitentiam, in spe Christi agat, qui inquisitus à Petro: Si peccauerit in me frater meus, quoties dimitto ei, usq; septies: dixit: Nō dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies. Hic ergo sermo, spem poenitentiae eis quibus impossibilis uidetur præbet. Propter quod hauriens de oblatione, implet pugillum in monumentum eius qui obtulit, & cremat super altare, id est memor sui uerbi, quod pro his saluandis qui ad se ueniebāt apostolis dixit: Nō peribūt in æternum, & nemo eas rapiet de manu mea. Venientem ad se saluat eum, qui sæpe deliquit in poenitentiam. Quid pro eo offerens pugillum in monumentum, id est uerbum secūndum quod promisit eos qui semel sub manu eius facti fuerint nō perire. De hoc ergo pugillo mulierem quæ figuram gerebat ecclesiæ, ipse introduxit dicentem: Congaudete mihi, inueni eam drachmam quam perdiderā. A multis enim male poenitentia utentibus perdita fuerat ratio sperandæ poenitētiæ, sed secūndū prædictū modū inuenta est. Hoc ergo monumentū offeret super altare

corpus

Subsist. ὑπο
στάσε.

Coloss. 2.

Denarius numerus.

Decimæ.

Pugillus.
Drachma.

A corpus suum, quod omne peccatū suscepit, etiam illud quod uidebatur in-
 - possibile posse saluari. Propter quod addidit: Quia pro peccato est.)
 Ostendens quia ad Christum solū pertinet, omniū peccata suscipere. Ergo
 hi qui pœnitentiam sæpe peccando præuaricati sunt, postremo autem pœ-
 nituerūt, ex eo quidē quod frequēter præuaricati sunt, spem pœnitentiæ nō
 habent: Christus tamen etiam sic orare, id est suscipere pœnitentiā, propter
 - suum patitur uerbum, quod manifestant sequentia, quum dicit: Rogans
 - pro illo & expians.) Vel sicut LXX. ædiderunt: & orabit pro eo sacerdos,
 & pro peccato eius quod peccabit, & dimittetur ei. Ut ex hoc intēdas, quia
 multitudinem peccatorū cōmissam significat. Quamobrem etiam ab uno
 horum, utpote sæpe eadem peccante, sæpeq; de eadem re pœnitente, atque
 nihilominus iterante peccatum, ea in quibus præuaricatus est, pœniten-
 tiam recte sacerdos dimittit & deprecatur. Misericors est enim & fidelis sa-
 cerdos ad deum qui exorat pro peccatis populi. Sed etiam qui finis sit hu-
 - ius sanctionis, cognoscamus, sequitur: Reliquam uero partem ipse habe-
 - bit in munere.) Quod LXX. ædiderunt: Quod autem reliquū fuerit, sit sa-
 cerdotis, quemadmodum sacrificium simillæ. atqui hoc sacrificium simillæ
 est. Decimam quippe ephi simillæ præcepit offerri. Sed quia simillam theo-
 - logiam esse nouit: hæc autem oblatio non tantum theologiæ, quantum pœ-
 nitentiæ est, per comparisonem ostendit, quia hæc alia quædam est extra
B illam: unde ibi quidem quod reliquum fuit, Aaron & filijs eius deputauit. *Aaronis filij*
 Esse autē diximus eius filios, illos qui sublimia, & diuina intelligere possunt. *qui.*
 Ipsi quidem pascuntur de scientiæ reliquijs, cuius totū atq; summam in cœ-
 - lis CHRISTVS habet, apud quem sapientiæ thesauri, & scientiæ, sicut ait *Coloss. 2.*
 Apostolus, absconditi sunt. Nunc autem non Aaron & filijs eius, sed sacer-
 - doti quod reliquum est, CHRISTO uidelicet, sicut & sacrificium simillæ
 est in munere. Ergo quia simillam esse theologiam diximus, in duo eadē præ-
 - sens sacrificium diuiditur, id est in remissionē peccatorū pœnitentiā agenti,
 & in theologiam Christo. Solius enim dei est ignoscere, etiam ea quorum
 - impossibilis uidetur remissio. Et recte in eum multipliciter hoc sacrificium *Ignoscere soli-*
 ad theologiam inuenitur. Illud autem non admireris, quia in quibusdam *us est dei.*
 personis, uel in peccatis, difficilem esse aditum pœnitentiæ diximus. ait quip-
 - pe Paulus: Voluntarie enim peccantibus nobis, post perceptam notitiā ue-
 - ritatis, non iam pro peccato relinquitur hostia, hoc quod diximus difficile, *Hebr. 6.*
 pro impossibile ponentes. nam idem in subsequentijs ait: Impossibile est *Impossibile*
 enim eos qui semel sunt illuminati, gustaueruntq; donum coeleste, & parti-
 - cipes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntq; etiam bonum dei uerbum, uir-
 - tutesq; seculi uenturi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam, cru-
 - cifigentes sibimetipsis filium dei, & ostentui habentes eos qui frequenter ege-
 - runt pœnitentiam, & præuaricati sunt CHRISTVM iniuriare, qui eam
 concessit, significans, quod manifestant sequentia. Terra enim, inquit, sæpe

C super se uenientem imbrem bibens, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accepit benedictionem à domino. Proferens autem spinas & tribulos, reprobata est, & maledicto proxima, cuius finis in combustione. Nō dixit semel, bis, uel ter, sed sæpe in iisdem in quibus poenituerat præuaricantem, poenitentiam suam esse maledicto proximam & reprobam, eiusque finem in combustione esse, nisi resipuerit. Nolens autem desperationem facere auditoribus suis; erant quippe sine dubio quidam in eis negligentes, & luxuriose poenitentia utentes; quamobrem non ad alios hæc, sed ad eos scribebat. Quia ergo erant quidam tales, adiunxit: Confidimus autem de uobis fratres meliora, & uiciniora saluti, tametsi ita loquimur: simul & terrere eos qui luxuriose utebantur poenitentia, & bonam spem rursus promittere, si migrarent à luxuria cupiens. Propter quod legislator, nec oleum oblationi ipsi, nec thus addidit, timorem incutiens offerentibus, & tamen suscipi entem hanc sacerdotem dixit.

» Loquutus est dominus ad Moysen, dicens: Anima si præuaricans ceremonias per errorem, in his quæ domino sunt sanctificata peccauerit, offeret
 » pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus
 » siclis, iuxta pōdus sanctuarij; ipsumque quod intulit damnis restituet, & quin
 » tam partem ponet supra tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo, offerens arie-
 » tem, & dimittetur ei. Bonum quidem est ab omni peccato abstinere, maxi-
 » me tamen ab eo quod cōtra sancta committitur, quia deus per illud iniuriatur.

D Quantū autem hoc, & quān terribile sit, præsens, quam legislator exposuit, demonstrat oblatio. Cernis quippe, quia dum tot præcepisset sacrificia celebrari, nusquam de arietis sacrificio in principio libri huius domini ad Moysen loquentis, nisi tantum in hoc loco mentionem fecit, uolens necessitatem & utilitatem sacrificij huius ostendere. Cernis etiam quia non hircum, neque capram, aut ouem, aut par columbarū, sed arietem præcepit offerri, ex oblatione docens, quale sit hoc peccatū. In figura enim saluatoris aries accipitur. Cognoscis autem hoc modo, quando deus Abraham ab unigenito immolando cohibuit; quoniam & Isaac uiuere propter promissam ex eo successione, & figuram sacrificij saluatoris impleri oportebat, propter hanc Isaac in sacrificiū assumpto, uidit arietem in uepribus hærentem cornibus, Vel sicut LXX. in arbore Sabech patriarcha teneri. Arbor autem Sabech crux est, lignū remissionis, in quo aries ex cornibus figuram gerens, cōfixi manibus in cruce Christi tenebatur. Non solum autem immaculatū eū esse præcepit, sed & qui precij sit, siue emi possit duobus siclis, uel secundū LXX. argenti quinquaginta siclis, siclo sanctuarij. Nemo quippe sibi conquirere domini sacrificium, nisi per spiritum sanctum potest. Si enim nemo potest dicere dominus IESVS CHRISTVS, nisi in spiritu sancto, multo magis nec sacrificium eius adsequi potest, sine operatione spiritus. Vnde non simpliciter dictum est, quinquaginta siclorum. Ostendit quippe hic numerus sancti spiritus

Aries figura Christi.

Arbor Sabech.

Numerus quinquagenarius.

A. spiritus aduentum, ex eo quod die Pentecoste, id est quinquagesima ad apostolos uenit. Sed & ponderare sanctuarij, siue secundum LXX. siclo sancto, ut per hoc quod dixit sancto, ostenderet sancti spiritus uirtutē & operationē. Siclo autē quare? Quia siclus uiginti obolorū est, hic autem uicenarius numerus non est peccatis obnoxius. Vnde hi qui de Aegypto exierunt, quū uiginti annorū essent, peccati populi poenā non susceperunt: mundus qui pe ab omni peccato est spiritalis homo. Nō solum aut arietem offerri, sed & quintam addere praecepit. Si quis forte sancto uase, uel cibo, aut unguento tali illicite abusus est, hoc appellauit commissum peccatum in sancta: hic ergo ipsum reddet, & insuper quintam, id est quintam eius partē tradet sacerdoti. Hoc autem significat, ut quoniam quinque sensus habemus, si per unū sensum peccauerimus, ueluti si oculum ad adulteriū in tēpore & loco sancto occupauerimus, aut linguam in detrahendo, uel aures ad malam loquutionem, aut odoratum ad perceptionem odoramentorum meretriciorum, aut manum ad tactum prophanum & iniustum: primū quidem ab illo peccato omnino abstinemus, & poenitentiam de eo per arietem offeramus, id est Christum rogemus, ut peccati in se commissi ipse fiat ereptio: deinde quintam, id est unum praedictorum sensuum, per quod peccatū commissum est, offeramus sacerdoti, Christo uidelicet: ut nequaquam ultra ad actionem prauam illum occupemus sensum, sed consecremus illum deo. Sic enim pro peccato nostro deprecabitur. Quomodo autem peccati aries per sacerdotem offeratur, in alia parte libri conscriptum est, ubi sacrificium pro peccato, aequale esse sacrificio quod pro delicto fit, praedicauit. Hoc autem nunc adijciendum est, quia delictum legislator duobus modis uti, seu ponere solens, & delictum appellare: nunc quidem peccatū quod ad scientiā peruenit, & nequaquam iam ignotū est peccati, nūc autē quod in deo ipso commissum est, ueluti iureiurando, aut etiā in sanctis: non sine causa hoc appellat delictum, sed ut tu cognoscas similiter in deum extendi peccatum, quod in scientiā, & quod in iureiurando, & quod in sanctis committitur. Anima si peccauerit per ignorantiam, feceritque unū ex his quae domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatē suam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mēsurā aestimationēque peccati: qui orabit pro illo quod nesciēs fecerit, & dimittetur ei, quia per errorē deliquit in domino.)

Habet praesens locus quaestionem non modicam consideratione dignam, quia pro peccatis pro quibus capram pridem offerri, aut ouem praecepit, ait enim: Quod si peccauerit de populo terrae per ignorantiam, ut faciat quicquam ex his quae domini lege prohibentur atque delinquat, & cognouerit peccatum suum, offeret capram immaculatam. Nunc tanquam oblitus ea quae praeceperat: Si anima, ait, peccauerit per ignorantiam, feceritque unum ex his quae domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti. Et multum uide-

Septem enim septimanas ab azymis ad Pentecosten numerabant.

Siclus uiginti obolorum.

Quintam dare sacerdoti quid sit.

*Aries sacrificij
nostri, Christi
est.*

Cur differre inter hoc sacrificium, & illud quod dudum præcepit: sed neque oblitus est anteriora, nec contraria eis præcepit. Quia enim nomine animæ gentilem diximus significari, hic autem forsitan ignorans mandata legis transgredi poterat. Propter quod dixit, & per ignorantiam: recte intelligibilis aries, CHRISTVS uidelicet, huius peccatum in sacrificio pro eo oblatum diluit. Sed & illud ostenditur, atque in his euidenter demonstratur, quia in unquoque quidem peccato, pro remittendo eo egimus poenitentiam, quum non simus idonei per nosmetipsos, sine CHRISTI sacrificio consequi ueniam. Ergo si quis extra fidem Christi constitutus est, Iudæus forte aut paganus, licet poenitere se de peccatis suis, per conuersationem & uitam demonstrat, remissionem non merebitur, quia arietem offerre, id est, Christi sacrificium non potest. Quamobrem generaliter de omnibus quodammodo sancire cupiens, non dixit, si anima de populo, sed si anima simpliciter peccauerit, & fecerit unum ex his quæ domini lege prohibentur. Ergo & de indocto, & de scientiam habente, necnon de omni peccato recte hoc quod dictum est accipitur. Quia autem arietem pro delicto iubet offerri, apertissimum est, quia delictum hic legislator intellectum peccatum posuit. Propter quod dicens per ignorantiam, subdidit: Et peccati rea intellexerit iniquitatem suam.) Qui autem intellexerit peccatum, hic illud in se relidit, & sordidatur ab eo, siue oneratur, quandiu per prædictum sacrificium

Doratio pro eo fiat. Intellectus autem peccati, in habentibus quidem scientiam, contenebratis uero amore libidinum, necesse est ut quum in cogitatione sua relapsi sunt, proueniat: carentibus uero scientia, per competentem doctrinam, qui intellectus cum alterutro horum prouenit, modo ad hoc mouet hominem, ut egeat sacrificio & poenitentia. Qui enim intelligit pollutionem, & non se purgat per poenitentiam, manifestum est, quod abominabilis sit, & sordidus. Nam huius rei gratia de Iudæis dominus dicebat: Si non uenissem & loquutus eis fuisset, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Hoc autem planius ex posterioribus approbatur. Quid enim dicit:

Ioan. 15.

Orabit pro illo sacerdos, quod nesciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in dominum.) Quod LXX. dicunt: & dimittetur ei, deliquit enim delictum ante dominum. Et quomodo idem ipse nescisse, & delinquere delictum coram domino dicitur? Qui iudex iustus est, & nihil agit contra iustitiam, nec enim de sola actione nos iudicat, sicut quando ad peccatum, aut propter libidinem, aut propter auaritiam, aut propter gloriam declinamus, quod ignorantia illius ueræ uoluptatis, & summi lucri, & illius non falsæ gloriæ patimur. Facit autem hanc ignorantiam dilectio mendacij. Ex quo quispiam cæcatus mente, cæcatur etiam & obscuratur scientia, quæ cæcata, nihil inuenitur distare ab ignorantia. Vnde & Dauid dicebat: Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris

*Ignorantiæ di
uinorum præ
ceptorū sors.*

A in tenebris ambulant. Dum autem resipuerint, & restaurata fuerit obscura mens, tunc peccatum sentimus, & necesse est, ut in delictum nobis usque dum per poenitentiam purgemur reputetur, delictum autem id quod est contra dominum, duplicat enim delictum secundum LXX. dicens: Deliquit enim delictum ante dominum. Et hoc cuius rei gratia? Quoniam delictum esse intellectum siue cognitionem peccati diximus, & omnis homo quidem naturali iure scientiam peccati habet, sed hic, sicut diximus, eam amore libidinum tenebrauit. Alius autem tardior naturaliter est, & alterius doctrinam habens necessariam. Si ergo aut resipiscenti ei, aut ab alio discenti delictum, id est peccati scientiam delicti perpetratione ante dominum, duplex per scientiam reputatur, tunc enim deus eius scientiam obnoxiam facit, & sacrificium per ignorantiam, & peccato exigit, & poenitentiam.

Delictum, cognitio peccati.

CAPVT VI.

Loquutus est dominus ad Moysen dicens: Anima quae peccauerit, & contempto deo negauerit depositum proximo suo, quod fidei eius creditum fuerit, uel ui aliquid extorserit, aut calumniam fecerit; siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper iurauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus peccare solent homines conuicti delicti, reddet omnia quae fraude uoluit obtinere integra, & quantum insuper partem domino cui damnum intulerat, pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti iuxta aestimationem mensuramque delicti, qui rogabit pro eo coram domino, & dimittetur illi pro singulis quae faciendo peccauerit. Cernis quod in eodem ordine esse, peccatum quod in sancta, & id quod iure iurando committitur, spiritus dei tradit, patet autem ex eo quod in utroque idem arietis sacrificium offerri praecipit. Quamobrem enim paulo ante in omni peccato arietem iussit offerri, non a nobis conicientes, sed intentionem legislatoris sequentes diximus. Cur autem peccatum quod iure iurando est, & quod in sanctis coniunctum putauit, quia omnimodo utrumque ad deum pertinet; & qui iurandū transgreditur, non solum proximo nocet, sed & ipsi deo quem mediatorem fecit iniuriam facit; docere autem te ipsa uerba discussa possunt. Videamus uero quomodo etiam ipsa nunc lex incipit. Et loquutus est dominus ad Moysen, dicens.) Praecipuum ostendit mandatum, ex eo quod & in ipso, quemadmodum & in peccato de sanctis deum loqui Moyse specialiter exponit.

Loquutus est ergo: Anima quae peccauerit, & contempto deo negauerit depositum proximo suo, quod fidei eius creditum fuerit, uel ui aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper iurauerit.) Quae uerba LXX. sic addunt: Anima quaecumque peccauerit, & praeterierit praecipua domini, & mentietur in proximum, in deposito, aut de societate, aut de rapina nocuit proximum, & inuenerit perditionem,

*† Desoc. res
si non uiciorum*

C & mētietur in ea, & iurauerit iniuste. Nō aut̄ frustra bis dixit, si mētietur. Ne que enim solet diuina scriptura eadē uerba repetere, quæ & multa omittre breuitatis causa uidetur. Hic ergo iusiurandi transgressioni mendaciū comparare: & ideo superius quidem sine iureiurādo cōmorauit, hic autem mendacio iusiurandum coniunxit, ait enim: Et mentitur pro ea, & iurauit iniuste. Nam & cæteri interpretes Aquila & Theodotion, & Symmachus ubi dixerūt LXX. Si nocuit aliquid proximum suum, isti si calumniatus est aliquid. Quod intuentes, abstineamus nos totis uiribus à fallacia, quoniam deus per fallaciam iniuriatur, qui ueritas est. Sed & uim seu rapinam cum negato deposito, uel sicut etiā LXX. dicūt: cū societate, cōmiscuit, omne iniustū lucrū uim seu rapinam iudicans. Manifestum est autem ex his quæ subnectunt septuagintæ: Erit quum peccauerit & poenituerit, & reddiderit rapinam quā rapuit, uel iniustitiam quam iniuste egit, aut depositum quod depositum est ei, siue perditum quod inuenit, quod unumquodq; prædictorum peccatorum his quæ connumerata sunt simile sit. propter enim auaritiā cōmittitur. Vnicuiq; autem eorum caput ipsum, & quintam addi præcepit: sed hic non sacerdoti, sed ei qui iniustitiam passus est dari præcepit quintam, in uerbis differentibus similia sentiens. Quoniam enim cū eo qui præiudiciū passus est in rapina uel in deposito, & contra ipsum quoq; deū iniuste agi per fallaciam, uel periurium dicimus, recte horum quintam deo dari iubet, ad quem tendit iniuriā. Quinta autem lingua est. Esse enim quintam etiam hanc diximus, quū sit una de quinque sensibus. Hæc ergo offertur deo, ut deinceps non peccet, quia per ipsam unumquodq; prædictorum cōmittitur. Ergo eadem sancit in differentibus uerbis, & aliquando quidem in persona sacerdotis, aliquando autem in eius qui iniustitiam passus est deū figurauit. Aut quia secundū eandem rationem & sacerdos noster Christus esse, & nobiscum pro nobis iniustitiam pati creditur, secundum legem uidelicet compassionis nostræ, in fine sanctionis huius arietem iubet immaculatum sacerdoti offerri, qui oret, & remissionem obtineat. Horum autē sufficiens expositio est, ex his quæ in delictis sanctorū dicta sunt. Sed nos ab utroq; peccato, magis autē ab omni resipiscentes custodiamus nosmetipsos. Si enim uel in uno quolibet eorum capi nos, aut incidere contigerit, habemus deprecationis & oblationis exempla, quibus uti supplicanti bonum sit. Hæc enim in figura cōtingebant illis: scripta sunt autem ad nostram correptionem, in quos fines seculorum deuenerunt. In CHRISTO IESU domino nostro. Ipsi gloria cum patre, & spiritu sancto, nunc & in secula seculorū. Amen.

Si noc. ἢ ἡδύκη
σέτι τὸν πλη
σιόν.

Quinta, τὸν
πέντε μυσόν.

1. Corinth. 10.



ISYCHII PRESBY.

TERI HIERSOLYMOREVM IN LEVITICVM LIBER SECVNDVS.

C A P V T I.



A QVVTVS est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Aaron & filijs eius: Hæc est lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte usq; ad mane ignis, ex eodẽ altari erit. Vestietur sacerdos tunica, & sceminalibus lineis, tolletq; cineres quos uorans ignis exussit, & ponet iuxta altare. Spoliabitur prioribus uestimentis, indutusq; alijs, effert eos extra castra, & in loco mundissimo, usq; ad fauillam consumi faciet. Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies, & imposito holocausto, desuper adolebit adipēs pacificorum. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Quia legislatoris mundum sufficienter in præcedentibus ostendimus, & expositionis legalium uerborum fundamentum positum est, extra quod aliud nemo ædificantium in spiritu ponere potest. Christus enim est, qui nobis sicut angularis ædificij lapis per totam legis expositionem iacet. Eius ergo gratia & doctrina, quia & architectus est, aurum, argentum, lapides preciosos superædificemus. Loquutus est dominus ad Moysen dicēs: Præcipe Aarõ & filijs eius. Hæc est lex holocausti. Hic de iugi sacrificio lex loquitur, quod quotidie in libro Exodi offerre præcepit sacerdotes. ait em̄ sic: Hoc est quod facies in altari agnos anniculos duos per singulos dies iugiter, et paulo post: Oblatione perpetua in generationes uestras. Dicit autē: Facies holocaustum, unum agnū mane, & aliū facies uespere. Per hæc ergo intelligimus, quia in eorum quidem qui sunt de plebe, uoluntate datum est, si uolūt offerre holocaustum, propter quod sacrificium illud munus eorū, utpote spontanea oblatio nominatur. Neq; enim omnis homo perfectissimam exigit sapientiā, sacerdos tamē omnimodo debet perfecte sapere. Perpetuū enim sacrificium, id est continuum holocaustum, secundo in die mane & uespere offerre præcipitur, ut à perfecta sapientia incipiens in eadem finiat, & totā suam uitam componat ad perfectionem. Sed quia holocaustum quomodo particulatim diuidatur, quomodo effundatur eius sanguis, quomodo imponatur super altare, in initio huius libri Leuitici legislator exposuit: nunc utpote illis sufficienter dictis, de solo dicit holocaustomate. Consequenter ergo subdidit: Ignis in altare semper ardebit, quē nutriet sacerdos. Opor-

Fundamentū legalium uerborum.

Perpetuum sacrificium.

Holocaustum. C tet quippe eum qui holocaustum, id est perfectæ sapientiæ operationem debet, semper accendere ignem sancti spiritus, & nõ sinere extinguere. Extinguitur autem ex eorum quibus donatus est negligentia, propter quod & Paulus ait : Spiritum nolite extinguere, uelut in nostra potestate sit positum extinguere illum, siue accendere. Tota autem nocte incendi ignem iussit, non quod in die non incenderetur, sed quo modo secundo fieret diebus singulis holocaustum : nam quia manifestus erat ignis diurnus, nocturnum addidit. Quia ergo nox caligo est uitæ huius, id est ea quæ multos obtinet ignorantia, de qua Paulus dicebat : Nox præcessit, dies autem appropinquabit : nos præcepit qui holocaustum dei facti sumus, etiam in nocte accendere ignem, ut quum alij legem transgrediantur, & terreni sint, nos simus spirituales, reminiscens Dauid dicentem : Tempus faciendi domine, dissipauerunt iniqui legem tuam. Quando enim alij transgrediuntur legem, nos oportet maxime ad obedientiam legis subrigi. Subdidit autem : Vestietur sacerdos tunica, et sceminalibus lineis. Sacerdos hic qui holocaustum offert, unusquisque perfecte sapiens intelligitur, quia sacerdotium, perfectionis exemplum est, propter quod & regale sacerdotium populus fidelis appellatur, utpote legem perfectam euangelij suscipiens. Qui ergo uult offerre holocaustum, tunica, id est iustitia, & sceminalibus, id est castitate induatur. Sed quia per

Nox, caligo huius uitæ. D sceminalia castitatem oportet intelligi, membra probant. quorum ipsa tegumentum sunt sceminalia. Tunicam autem iustitiam diximus, quia perfecti cuiusque maxime iustitia uestis est, unde Paulus dixit : State succincti lumbos uestros in ueritate, induti lorica iustitiæ. De lino autem & tunicam, & sceminalia uult esse non ex lana, quia linea uestis habilis, molliusque adhærens est corpori, aspera autem ea quæ ex lana est. Ex quo docet, quia habiles multumque coherentes sunt animæ, iustitia & castitas, simulque hoc docet, quia quemadmodum linum facile cuique ad habendum, sic uirtutes uolentibus eas consequi faciles sunt, & quæ cito conquiri possunt, his autem indutum, iubet offerre cineres holocausti quos ignis consumpsit de altari. Quid per hæc docēs, nisi ut quemadmodum hostia auferretur, id est sacrificium quod peractum est holocaustomatis, ut aliud iterum simile offeratur, ita & nos faciamus : uirtutes quippe quas cooperante spiritu gerimus, singillatim debemus ponere, ut alias rursus operemur, & non tantum præcedentibus contenti simus, sed & alias adiungamus, quemadmodum is qui currit relinquens transcursum, ad reliqua currenda contendit : quia uidelicet aliter ad brauium non poterit peruenire. Propter quod quum auferri de altari præcepisset consummatum igne holocaustum, poni illud iuxta altare præcepit, esse autem Christum holocaustomatis altare diximus. Auferamus ergo ei olim opere consummatas uirtutes, quando habemus tempora has operandi, quasi non nobis imputet præcedentes negligentibus, si non super eas alias constituamus.

Sacerdotium perfectionis exemplum. Probat autem hæc Ezechiel quum dicit : Si dixero iusto quod uita uiuat, & confusus

1. Thes. 5.

Psal. 118.

1. Petri 2.

Tunica linea.

Ezech. 33.

A confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur. Imputat aut si præterita futuris augeamus atq; cõfirmemus; unde iuxta altare iubet holocaustum poni, seruat enim nobis Christus iustus iudex, quæcunq; bona egerimus, si non hæc per iniquas actiones præuaricati fuerimus. Propter hoc etiam spoliari uestimentis, & indui alijs, & efferrî cineres extra castra in loco mundissimo iussit, non alterius generis nos uestimētis, extra ea quæ prius dixit induēs. Neq; enim pro linea ueste indui lana nos præcepit, sed hoc idem multa significat, id est quod quæ prius acta atque correpta sunt, non imputentur, quando tempus est alia peragendi. Et propterea deponentes uestimētum prius, aliud tale uult indui. Extra castra autem in locū mundissimum efferrî, id est præmittere ad futurum iudiciū; illud enim extra castra est præsentis seculi, & locus est mundus, quia ab omni corruptione mundum est futuri seculi iudiciū. Sed quid est quod addidit? Ignis aut in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies. Quemadmodum ergo materia ignis sunt ligna, mane autem ea iubet componi; sic nobis sunt materia subministrationis spiritus diuinæ legis testimonia, & sacrorum eloquiorum meditatio, quæ superesse ligna diximus. Ergo hæc mane in lumine componere debemus, id est in uigilantia & sobrietate animæ. Non solum enim nobis in die, sed & nocte, id est non solum in tempore sobrietatis, sed & intelligibili nocte, de qua Paulus dicebat: Non ergo dormiamus sicut & cæteri nō habētes spem, sed uigilemus et sobrii simus; qui enim dormiunt, nocte dormiunt; & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Ignis sufficiat subministrationis spiritus, in quo ordinari oportet intelligibilem hostiam, & adipem pacificorum, quem LXX. salutare ædiderunt. Quia per adipem desiderium significari in pacificorum, seu in salutari sacrificio diximus, ut desiderium saluationis offerat seu deuoueat, qui spiritui totus factus spiritalis, nihil materiale habens, nihil miserum neq; terrenū: ad quod nos legislator uocans: Ignis, ait, est iste perpetuus, qui nunquam deficiet de altari. Spiritus enim est deus, & qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Vnde & intelligibile altare, quod est Christi corpus, inextinguibilem habet ignem subministrationis spiritus.

Exuere uestimenta.

Mane subiicere ligna.

1. Thes. 5.

Ioan. 4.

Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerent filij Aaron coram domino, & coram altari. Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ cõspersa est oleo, & totum thus quod super similam positum est, adolebitq; illud in altari in monumentum odoris suauissimi domino: reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filijs suis absq; fermento, & comedet in loco sanctuarij tabernaculi. Ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in domino offertur incensum, sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atq; delicto. Mares tātum stirpis Aaron comedent illud, legitimum ac sempiternū in generatiōibus uestris de sacrificijs domini. Omnis qui tetigerit illa, sancti

Philipp. 3. Quae necessaria, sunt sepe repetantur.
 ficabitur.) Meminimus beatum Paulum dixisse : Eadem dicere mihi non pigrum, uobis autem necessarium. Quam intentionem in praesenti loco habere legislator uidetur, reiterans quae semel exposuit, ut multiplice repetitione mandati legentes ad memoriam reuocaret. Quatenus autem per repetitionem legis necessariorem redderet lectionem, interponit aliquid amplius, cuius gratia necessarium hoc mandatum & inexcusabile nimis existeret. Sicut ergo in praecedentibus de holocaustis sacrificia iterauit, permiscens eis assiduitate, ipsius est enim ut ignis qui in altari est semper ardeat, nunquam deficiat : sic & nunc quum sacrificium similia deduxisset ad medium, per quam significari theologiam in huius libri exordio demonstrauius, addidit : Quia oportet eam in loco tantum sancto, & a masculis, non autem ubique, aut etiam ab omnibus comedi : de qua uide qualia etiam nunc praecipit.

Inanes quaestiones omittenda.
Theologia quae sit omnibus necessaria.
 Hæc est lex sacrificij & libamentorum, quae offerent filij Aaron coram domino, & coram altari.) Hoc ergo de quo nunc sermo est, filij Aaron, id est sublimes in sapientia homines, soli offerre debent coram domino, id est secundum quod dei uoluntas est, non superflua in diuino eloquio disputantes, sed quaecumque nobis Christus reuelabit : hoc enim intellige quod ait coram altari : quia altare esse humanitas unigeniti demonstratum est : ergo in his Theologiam constituamus, in qua nobis incarnatus tradidit dominus, ut patrem in eo, & ipsum in patre cogitemus, & de sancto spiritu sciamus, quia & ipse est filij, & a patre procedit. Hæc enim nobis sufficiunt ad Theologiam quae

1. Corinth. 13.
Perfecte sapientie Christus est caput.
 diuuat & saluat. Altiora autem quispiam quaerens uel profundiora, excidet ab intentione ueritatis, & peccat. Vnde etiam nunc legislator subdidit : Toleret sacerdos pugillum similiae quae conspersa est oleo, & totum thus quod super similia positum est, adolebitque illud in altari in monumentum odoris suauissimi domino.) Cum elemosyna & oratione, hæc enim figuratur per oleum & thus, quibus necessarie Theologia conquiritur, utriusque siquidem adiutorium, ut non excidant a ueritate qui de deo loquuntur, necessarium habent. Huius in monumentum intelligibilis sacerdos Christus, pugillum tollit, quia summa scientia apud eum permanet, quod in monumentum quidem est, quia in perpetuum erit permansura memoria. Neque enim quemadmodum ea quae nunc est nostra scientia prouectu destruitur : quia quando uenerit quod perfectum est, sicut ait Paulus, destruitur quod ex parte est. Sic erit & ea quae apud Christum est, quam nobis in futurum seculum, ut perfectioribus tunc efficiendis, reseruauit. Illa enim utpote consummata, sine obliuione semper in memoriam manet. Sicut autem quae totius summa est sapientiae, pugillo sumitur, quia per singula capita pugillum per Moysen in libro Exodi pro filiis Israel iussit deus offerri : itaque summam cognitionis, & perfectae scientiae esse apud Christum legislator innuit.

Quid autem his subdat intende. Reliquam autem partem similiae comedet Aaron cum filiis suis.) Ut non ex toto a Theologia cessemus, pro eo quod summa scientiae in futurum conseruatur, quae autem nobis ab eo relicta est, id est tradita,

A est tradita, hanc comedere nos iubet scientiam, & operari, de qua nobis & præceptum est, quæq; nobis sufficiens est, & iuxta nostras vires. Sed intuentum, ubi hanc & quomodo oporteat operari. Sequitur: Absq; fermento, & comedet in loco sanctuarij tabernaculi. Non coquitur cū fermento dei, neq; secundum Iudaicam doctrinam, neq; secundū gentile fermentū: quia non vult nos uerbum loqui, sed ut munda sit ab omni permixtione, & absq; omni fermento. Comedi aut illā in atrio tabernaculi testimoniij præcepit, id est, operari in ecclesia. Tabernaculum enim testimoniij, cœlum est, in quo quod habitat deus, scriptura testatur. Atrium autem tabernaculi testimoniij, id est cœli, ecclesia est, non solum sicut introitus, & uestibulum cœlorum, sed etiam quemadmodum domus dei. Ibi ergo, id est in ea oportet omnimodo de diuinitate loqui, siue Theologiā exercere: In ecclesijs enim, ait, benedicite dominum. Si quis autem in domo ecclesiam habet, ait quippe Paulus: Salutate Nympham, & domesticam eius ecclesiam. Habet autem quis domesticam ecclesiam, quando semetipsum sanctificauerit deo, & à secularibus cessauerit negotijs. Hic etiam domi de deo loqui, siue Theologiam exercere potest. Tales sunt, quibus pars de sacrificijs domini, id est loqui de deo, uel Theologia, de donis & oblationibus datur. De quo subdidit: Sanctum sanctorum erit, quia sancti sanctorum con-templationem possident. Subdidit autem: Sicut pro peccato atque delicto. Simile illud uolens ostendere pro peccato, & delicto sacrificium. **B** Sermo enim de deo, maxime ad ereptionem, & emundationem animæ habetur, quando oleo & thuri, elemosynæ uidelicet & orationi, sacrificium uerbi dei, id est Theologiæ coniungitur, secundum quod hoc legislator offerri præcepit: non frustra hoc iubens, sed quia elemosynis & fide muntantur peccata: quemadmodū Solomon in Prouerbijs dixit. Mares, inquit, tantum stirpis Aaron comedent illud, legitimū ac sempiternum est in generationibus uestris de sacrificijs domini. Non ergo omnium est de deo disputare, sed talium qui nihil foemineum, nihil fluxum in cogitationibus habent, quod legitimum & æternum in generationibus eorum, id est in perpetuum, custodiri præcepit, ut in omni tempore intendamus, nullatenus de deo disputare præsumere, quandiu per quasdam declinationes diffluentes, uel seculares alias phantasias, à masculorum excidimus dignitate, ne & nobis dicatur: Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas, & adsumis testamentum meum per os tuum? Concludunt autem hanc legem uerba sequentia: Omnis qui tetigerit ea, sanctificabitur. Tangit autem, qui apte hoc præsumit agere, hic iuste sanctificabitur: Omnis quippe dei commemoratio, sanctificationem præstat, quod testatur Paulus, dicens: Quia omnis creatura dei bona, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur autem per uerbum dei, & orationem. Sed quum dicit tangentem

In atrio tabernaculi comedere hostiā quid sit.

Psal. 67.

Colos. 4.

Ecc. 3.

Psal. 49.

1. Timoth. 4.

*Altius rimari
studentes diui-
na mysteria q̄
oportet, inci-
dunt in blas-
phemias.*

C sanctificari, planè ostendit, quia in disputando de deo, id est in Theologia, sufficit nobis etiam tantum tangere, quemadmodum igne qui uult calefieri, nam si interius mittat manū, pro eo quod potuit calefieri cōburitur. Sic & qui profundius, uel altius de deo disputare præsumit, pro eo quo gloriosius quid uult ostendere, in blasphemiam cadit, dum cōprehendere altitudinem diuinorum dogmatum non possit.

» Et loquutus est dominus ad Moysen dicens: Hæc est oblatio Aaron
» & filiorum eius, quam offerre debent domino in die unctionis suæ: De-
» cimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium eius
» mane, & medium eius uespere, quæ in sartagine oleo conspersa frige-
» tur. Offeret autem eam calidam in odorem suauissimum domino sacer-
» dos, qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altari. Omne enim
» sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo.)
» Omne sacrificium quod ad sacerdotis refertur personam, unigeniti sacri-
» ficij figuram gerit, sicut per præsentem demonstratur legem, ait enim: Et
» loquutus est dominus ad Moysen, dicens: Hæc est oblatio Aaron & filiorū
» eius, quam offerre debent domino in die unctionis suæ.) Multorum quid-
» dem sacerdotum hoc donum est, ait quippe Aaron & filiorum eius: sed uno
» uncto offertur, quia omnis sacerdotij imago & firmitas, siue subsistētia, Chri-
» sti sacrificium est: ipso enim solo oblato per totum est. Et quādo actum est:

*Unctio in Chri-
sto incarnatio
dicta.*

Act. 10.

Luc. 1.

Psal. 44.

D in die unctionis eius, id est tempore quo incarnatus est, unctio enim in uni-
geniti persona incarnatio dicitur. De qua ait Petrus: Iesum Nazarenū, quo
modo eū unxit deus spiritu sancto et uirtute. Hæc uero quomodo aut quan-
do facta sint, Gabriel Mariæ dixit: Spiritus sanctus, inquit, superueniet
in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Vnde & Dauid dixit: Propterea
unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis. Apertissime inter-
pretans, quod esset sanctificationis oleum, quia nō esset simile huic oleo, quo
omnes sacerdotes, & reges, & prophetæ ungebantur. Propter quod ait:
Præ participibus tuis, id est super participes tuos. Participes autem eius,
aut propter carnē, aut propter spiritus cōmunionē sancti sunt. Vnde Pau-
lus dicit: Participes autē Christi effecti sumus, tamen si initiū substantiæ eius
usq̄ ad finem firmum retineamus. Quam ergo oblationem, quum sacerdos
unctus fuerit, post incarnationē uidelicet uerbi, legislator offerri præcepit.

Hebr. 3.

» Decimā partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, mediū eius
» mane, & mediū eius uespere, quæ in sartagine oleo conspersa frigetur.) Sed
» decimam quidem ephi similæ, esse unigeniti humanitatem in superioribus
» ostensum est, quum & ephi, utpote mensuram tres mensuras capientem,
» trinitatem esse recte diximus. Si autem ephi domini caro esse, ut & diuinita-
» tis supereminētia demonstratur, dominicæq̄ carnis cum ea inseparabili-
» tas, hoc nihilominus in sacrificium perpetuū est, quia sicut ait Paulus: Vna
» enim oblatione cōsummauit in sempiternum sanctificatos. Vnde & saluare
» in perpe

*Ephi trinitatē
significat.*

Hebr. 10.

A in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad deum. Mediū autem
 eius mane, & medium eius uespere.) Mane passio incipiens, ex quo eum in
 atrio Caiphæ alapis cedebant alligantes, usq; ad uesperum protelata est, te-
 nebris enim eam interpolantibus, & à sexta hora usq; ad nonam factis: ne-
 cessarie sacrificium in mane & uespere diuidi dicitur. Hæc autē in sartagi-
 ne oleo cōspersa frigetur.) Sartaginem domini crucem, utpote fortem, & ni-
 hil ab igne humanorum peccatorum læsam, accipi oportet: quæ etiam su-
 perimpositam dominicā carnem, esibilem hominibus reddidit: Nisi enim
 superimposita fuisset cruci, nos corpus Christi nequaquam mystice perce-
 pissemus. Hæc in oleo cōspergitur: quia enim nobis compassus est impassi-
 bilis, passionem sustinuit carnis. Addidit autem & cōspersam, quod LXX.
 sic ædiderunt, conspersam offeret eam buccellas sacrificium boni odoris do-
 mino, odorem conspersam eandē dicentes buccellas. Et buccellas quidem *Buccellas.*
 dixisse intelliguntur, utpote multipliciter procedentem propter passiones
 per partes prouenientes: Conspersam aut, utpote in unum collectam, unde
 pro buccellis Symmachus dilatam ædedit, quædam autem *ἀντίρροπα* ele-
 cta habent, id est complexa, quia inuicem sibi cohærent passiones domini.
 Vnde eadem & ex partibus, seu contractionibus, secundum prædictorum
 LXX. æditionem, esse ait legislator has contractiones, procedentes per par-
 tes passiones intelligens. Omne aut hoc sacrificium est suauissimi odoris
 domino.) Humani quippe generis salutem præstitit, hac autē deo, utpote
 B creatori naturæ nihil est suauius. Ad maiorē autem explanationem, quod
 unigeniti sacrificiū significet, intende quid subdidit. Sacerdos qui patri iu-
 re successit.) Quod LXX. ita ædiderūt: sacerdos unctus pro eo ex filijs eius
 faciet ea. Quia quidem CHRISTVS & IESVS est, Paulus probat dicens: *1. Corinth. 8.*
 Nobis unus dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia. Quia enim
 per Aaron est, non in loco ipsius, sed pro eo, translato in se uidelicet sacerdo-
 tio: manifestum est ex eo quod ipse sacerdotium suscipiens, illius sacerdotij
 ministerium cessare fecit. Sed & quod ædiderunt, ex filijs eius, esse ex eius fi-
 lijs iuste creditur, utpote qui ex Iacob scemoribus descēdebat beatissimæ ge-
 nitricis domini, ex eadem tribu linea descendente: adijciunt que prædicti se-
 ptuaginta: Lex perpetua est domino. Quod iterum Christi sacerdotiū recte
 intelligitur, quia ipsi dictum est: Tu es sacerdos in æternum, secundum or- *Psalm. 109.*
 dinem Melchisedec. Simulq; & quod ad conclusionem legis huius sequi-
 tur, intendendum est. Et tota cremabitur in altari.) Omne enim sacrifici-
 um sacerdotum igne consummetur. Nec quisquā comedet ex eo.) Quid
 ergo per hæc cōtestamur: nisi ut non dicatur de domino, quia is qui ex mu-
 liere natus est, passus est: qui autem descendit de cælo, passus non est. No-
 bis enim unus dominus IESVS CHRISTVS, per quē omnia, quē hi qui
 crucifixerunt non cognouerunt, cuius esset dignitatis, atq; uirtutis: si enim *1. Corinth. 28*
 cognouissent, nunquam dominū gloriæ crucifixissent. Ipsi ergo est uerbi

C incarnati passio, quæ provenit in carne, quamobrem tota cremabitur in altari. Ipsi ergo est, qui semetipsum totum exinanivit, & formam serui accepit, & habitu inuentus est ut homo, humiliavitque semetipsum, obediens factus usque ad mortem, mortem autem crucis. Sic ergo intelligis & hoc quod dicitur: » Omne enim sacrificium sacerdotum igne consummetur, nec comedet ex eo quisquam. » Eandem quippe etiam hæc uirtutem atque intentionem habent, unde omne sacrificium igne consummetur: & LXX. dixerunt, Holocaustum fiet: integrum erit, Aquila ædidit. Nō ergo comedet ex eo quisquam, id est non diuidetur: quia dentium est diuidere & partiri cibos, quum aliter mandari non possint: Christi autem sacrificium indiuisibile demonstratum est, & propterea comedi non potest.

» Loquutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere Aaron & filiis eius, ista est lex hostiæ pro peccato. In loco ubi offertur holocaustum, immolabitur coram domino, sanctum sanctorum est. Sacerdos qui offeret, comedet ea in loco sancto in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Si de sanguine illius uestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto, uas autem fictile in quo cocta est, confringetur. Quod si uas æneum, defricabitur & lauabitur aqua. Omnis masculus de genere sacerdotali uelcet carnibus eius, quia sanctum sanctorum est. Hostia enim quæ caditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum in sanctuario, nō comedetur, sed comburetur igni. » Quia non frustra eadem sacrificia repetit, superius diximus, quod & in presentibus demonstratur. Loquutus

D est dominus ad Moysen dicens: Loquere Aaron & filiis eius: Ista est lex hostiæ pro peccato. » Vel peccati, sic siquidem Theodotion & Symmachus ædiderunt. Quæ est autem hæc lex? In loco ubi offertur holocaustum, immolabitur coram domino, sanctum sanctorum est. Propterea Aaron & filii eius prædicta mandantur, quia offerre pro peccato sacrificium, id est poenitentiam, sublimium & summorum est, atque à terra subleuatorum, quod non præstat nisi à malo recessio. Ergo ubi holocausta immolantur, ibi & quæ pro peccato sunt occiduntur: quia qui offeret poenitentiam, iam imitatur eum qui totum semetipsum obtulit deo, & omnimodo recessit à seculo, unde & holocaustum eius appellatur conuersatio: & utriusque oblatio in conspectu est domini, placita enim est deo, quando secundum eius intentionem offertur: sic autem placita deo, sanctum sanctorum recte appellata est. Si enim non esset sanctorum sanctum poenitentiae sacrificium, nunquam poenitentem introduxisset in sancta sanctorum: eumque per peccatum, unde prius expulsus est. Sacerdos qui offeret, comedet eam. » Qui offeret ait, hic autem Christus est, qui nostra peccata suscepit, recteque nostram offeret poenitentiam. Quamobrem & Theodotion pro eo quod est offerens, expians ædidit, id est emundans, & per sacerdotij sui ministerium, perfectum faciens eum qui emundatur. Et quo modo eam manducet Christus à loco cognosce, in quo

Poenitentiae sacrificium sanctorum.

A quo comedit: In loco sancto, in atrio tabernaculi. Vel sicut LXX. ædificaverunt, in atrio tabernaculi testimonij. Atrium autem tabernaculi testimonij, ecclesia est: ipsa quippe ante cœlum, atrium tabernaculi testimonij est, ubi Christus pœnitentium salutem operatur, quæ salus eius etiam cibus appellatur: Meus enim cibus est, inquit, ut faciam uoluntatem patris mei, uoluntas autē eius est, ut peccator conuertatur & saluetur. Insuper ait: Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur.) Carnes autem pœnitentiæ, intelligimus ieiunium, uigilias, cilicinium uestimentū, cum lachrymis orationem, eleemosynam: ex his enim consistit pœnitentia, quæ qui tangit, recte sanctificabit. Et si de sanguine illius uestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto.) Sanguis pœnitentiæ proprie baptismū est, quia sicut uita omnis carnis sanguis est, sic & pœnitentiæ donum baptismi. Omnis enim qui agit pœnitentiam, si non perceperit baptismum, inutilis eius est, & sine aliquo lucro pœnitentia, mortuacq; & exanimis: quia ueterem peccati hominem nō aliter quispiā nisi ablutione regeneratiōis deponit. Quod si dicis: & quomodo qui olim baptizati sunt homines, pœnitentiā agent? Cognosce, quia uirtus præcedentis baptismatis, operatur & in ea quæ postea acta fuerit pœnitentia. Hæc ergo est intentio legislatoris, quia quemadmodum qui comedit carnes prædicti sacrificij, quamuis oblatio sit alterius, sanctificatur. Per hoc autem ostenditur, quia & is qui non eget pœnitentia, si quid egerit horum, pœnitentiam agens sanctificatur. Similiter uel si multum paruus quispiam baptizatus fuerit, qui necdum forte peccauit, mundatur. Et quid ei est opus mundatio? Ad hoc ei opus est, quia nemo est mundus à sordē: nam licet unius diei uita eius sit super terram, sordē tamen quam ex Adam successionē & generatione traxit, retinet: & ideo eum qui sanguine pœnitentiæ aspersus est, non dixit sicut immundū lauari, ait enim: Si de sanguine illius uestis fuerit aspersa.) Id est caro: ipsa est enim uestis interioris hominis, quæ si aspersa fuerit, ibi lauabitur in loco sancto, id est hoc ipsum quod aspergit, lauabitur: nō quia maculatū est aspersione, si em̄ ita esset, utiq; dixisset uel adiecisset illud, sed hoc quod efficitur ab ipsa aspersione, lauationē appellauit in loco factam sancto, in domo mystica. Spiritus ergo si quis foris lotus fuerit, sicut sunt uerbi gratia paganorum aspersiones, non lauatur, quia non in loco sancto aspersionem neque ablutionem suscepit. Hæc ergo legislator, baptismatis sermonem uolens introducere, dixit. Euidenter autem proximus est rationi pœnitentiæ sermo baptismatis, unde Ioannes pœnitentiam prædicare incipiens, in prædicatione sua inferebat baptismum, ut uidelicet mysterio pœnitentiæ, in baptisate habente substantiam. Sed ad ea quæ subsequuntur procedamus. Vas autem fictile in quo cocta est, confringetur. Quod si uas æneum defricabitur, lauabitur aqua.) Quod est autē uas fictile, & ubi iacens, Paulus ostēdit quum dicit: In magna autem domo, non solū sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidē

Atrium tabernaculi Ecclesia

Ioan. 4.

Pœnitentia ex quibus constat.

Pœnitentia donum baptismi.

Baptismus paruulorum.

Vestē aspergi quid sit.

Matth. 3.

2. Timoth. 2.

C in honore, quædam autem in contumelia. In cōtumeliam, uidelicet ea quæ sunt fictilia. Magnam autem domū, utpote quæ domus dei est, ecclesiam intellexit, in qua aurea uasa & argētea iusti, fictilia peccatores sunt. Dixit quippe & Esaias de Hierusalem: Veniet contritio eius, & cōminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Ergo quia uasa, in quibus carnes sacrificij coquuntur, in tēplo sunt: esse autē in tēplo dei quædam infirma uasa, ex prædictis apostolicis uerbis ostēdimus: quicumq; est in templo uas fictile, id est infirmus quispiā & sordidus, & qui in peccando cōsuetudinē fecit, ut ex hoc, sicut amator peccatorū, uas contumeliæ nominetur. Cocto sacrificio, per quod peccatorum dispensatur remissio, propterea confringitur siue cōteritur, quia quum esset infirmus, bona male percepit: uidens enim peccata dimitti, putat semper licere peccari, & ex eo quod iuuatur, altera læsio & contritio infirmitatis inuenitur alterius. Quicumq; autem fortis est ut æs, & æruginem peccati non habens, hic coctione pœnitentiæ non conteretur, neq; confringetur, sed defricatur siue extergitur, id est diluitur. Et quomodo diluitur? Aqua lotus: uidens enim alium pœnitentem, mouetur ad compunctionem, & mundatur aqua lachrymarum lotus. Cur autē alterius pœnitentiæ coqui in uasis quæ in templo sunt constituta, dicitur? Quia hi qui agunt pœnitentiam, necessariam ad adiutorium habent orationē populi, quibus attestatur Iacobus dicens: Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicē ut saluemini. Omnis masculus de genere sacerdotali, uescetur carnibus eius, quia sanctūsanctorū est.) id est hoc quod pertinet ad pœnitentiæ actionem, forti enim opus est sensu, & uirili intentione, nihil foemineum neq; fluxum habente, in agenda pœnitentia. Notandum autem, quia sacrificium quidem eum qui offeret sacerdotem dixit comedere: carnes autem sacrificij omnes masculos de sacerdotibus, id est omnem de cognatione sacerdotum masculum: quod uidetur esse contrarium aliquo modo, nisi competenti expositione soluatur. Quamobrem sacerdotem quidem offerentem integrum sacrificium, & comedentem intelligis Christum. Ipse autem nostram offeret pœnitentiam, ipse & comedet, quia cibum salutem peccatorum habet. Carnes autē sacrificij quæ pertinent ad pœnitentiam, omnis masculus de sacerdotibus comedet, omnem fortitudinem conuenienter exhibens, cui recte dicitur: Viriliter age, & confortare, & sustine dominum. Et hæc quidem ita se habeat. Sed intuendum est, quem subinferat terminum. Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculo testimonij, ad expiandum in sanctuario, nō comedetur, sed comburetur igni. Et cuius sanguis pro peccato in tabernaculo testimonij ad expiandum seu deprecandum offertur: Vituli scilicet congregationis siue synagogæ, & id est uituli, pro peccato pōtificis, hoc enim plenissime superius dixit. Quia ergo illa sacrificia multis probationibus

Vasa aurea in domo quæ.
Esa. 30.

Vasa fictilia infirmos significat.

D
Iaco. 5.

Masculum uesci de carnibus quid sit.

psalm. 26.

15

A bus ad Christum ostendimus pertinere, recte ea comedi non præcepit, sed igne comburi. Neque enim per ea per quæ sibi unusquisque remissionem peccatorum profligat, per ieiunium, uerbi gratia, aut uigilias, uel aliam similem conuersationem, unde & hæc nostræ carnis poenitentiae dicuntur: nec ergo per hæc CHRISTVS communis peccati, id est humani generis, quod populus significat, & summi sacerdotis persona, qui quia præest populo, propria facit utique populi peccata, peragit remissionem, sed autoritate & uirtute propriae diuinitatis. Christi enim passionem, per quas nobis remissio procuratur, non hominis cuiusquam puri, sed dei sunt incarnati. Propter quod non est esibilis hominibus, sed igne consumitur: quia solius dei est, remissionem omni præbere suo plasmati, quod per ignem significat: deus enim non ignis consumens est.

CAPVT VII.

Hæc quoque est lex hostiæ pro delicto, sanctum sanctorum est. Idcirco ubi immolatur holocaustum, mactabitur & uictima pro delicto, sanguis eius per gyrum fundetur altaris. Offerent ex ea caudam, & adipem qui operit uitalia, duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumque iecoris cum renunculis, & adolebit ea sacerdos super altare, incensum est domini pro delicto. Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto uescetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est. Et sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto, utriusque hostiæ una lex erit. Ad sacerdotem qui eam obtulerit pertinebit. Delictum aliquando quidem recognitum peccatum uocatur, aliquando autem illud quod in ipsum committitur deum, sicut illud quod in sanctis perpetratur, quemadmodum superius ostendimus, de his rursus præfens locus dicit. Manifestum est autem ex eo quod & pro hoc, secundum quod & LXX. specialiter dicunt, arietem offerri præcepit. Sed & in quo communionem habet cum sacrificijs aliorum peccatorum, & in quo rursus differt, subtiliter discutiētes inueniemus. Hæc quoque est lex hostiæ pro delicto. In quo LXX. arietem specialiter, ut supra dictum est, expresserunt dicentes: Hæc est lex arietis pro poenitentia, sancta sanctorum sunt. In loco quo immolabunt holocaustomata, iugulabunt & arietem poenitentiae contra deum, & sanguinem ipsius fundet ad basim altaris in circuitu. Hæc ergo communia sunt cum sacrificio, quod pro alio illo peccato offertur. Propter quod ea ibi interpretata, hic recte prætermittentur. Quid autem his addidit? Offeret ex ea caudam, & adipem qui operit uitalia, duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumque iecoris cum renunculis, & adolebit ea super altare sacerdos, incensum est domini pro delicto. Quod LXX. sic addunt: Et omnem adipem eius auferet ab eo lumbum, & omnem adipem qui operit interiora. Et omnem adipem qui est in interioribus, & duos renes, & adipem in eis qui est in scemoribus,

C & pinnulas iecoris cum renibus offeret, & offeret ea ad altare sacerdos hostiam domino. Hæc nequaquam pertinent ad aliorum peccatorum sacrificia, oportet ergo ea discutere. Illud autem intendere prius est necessarium, quia delictum ad deum refertur: quæcunque autem ad deum referuntur, difficilem habent ueniam, ita ut Heli filius diceret: Si homo peccauerit in hominem, orabit pro eo: si uero in deum peccauerit, quis pro eo orabit? Necessarie ergo arietem figuram gerentem domini, de quo dictum est, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi, sumi in sacrificio diximus, in quo solo est, peccata quæ in eum commissa sunt, relaxare. Oportet autem quæri, quare non omnis aries in holocaustum sit, sicut & uitulus, qui pro populo, & pro sacerdote oblatum est, & ipse enim figuram gerere sacrificij unigeniti est probatus. Sed ibi quidem quia generalis dispensata est remissio, & omnis humani generis peracta est uenia, necessarie omne CHRISTI sacrificium offertur: hic autem illud est quod pro eis fit, quibus sacrificium & remissio procuratur. Quæcunque ergo eum possunt saluare, hæc in sacrificium Christi suscipi legislator iussit. Quæ sint autem hæc, Paulus ait: Pacem sequimini cum omnibus, dicens, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deum. Quod & nunc legislator significauit per ante factam oblationem: interiorum enim cogitationes sunt intelligibilia interiora, quibus pacem habentibus, pacem cum omnibus habebimus. Oblatione autem renium, & pinnulæ, & epatis, & fœmorum, sanctificationem significat, quæ nobis ordinata est ad salutem. Notandum autem quia quæcunque in sacrificio pacificorum, ea in hoc sacrificio præcepit fieri. Adipem iubet offerri. Desiderat enim CHRISTVS & eum qui grauius habet peccata, saluare. Cum adipe, secundum LXX. & lumbum offeret. Neque enim solummodo hoc uult, sed & potest. Lumbus autem, utpote forte membrum, significat uirtutem. Duos renuculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia est.) Vult quippe maxime poenitentis mundari interiorem hominem, uult etiam habere eum & castitatem. Propter quod non solum renium, sed & iliorum, uel fœmorum pinguedinem, seu adipem offerri iussit, quia hæc cõmixtionis ministeria, & seminum putantur. Cum his etiam reticulum iecoris, uel sicut LXX. pinnulam epatis cum renuculis auferri præcepit, & offerri cum alijs in altari hostiam domino. Vult enim eum qui poenitentiam agit, concupiscentiam propriam non habere, sed omnem eam offerre deo. Quia enim concupiscentias, siue desideria, in epate moueri dicunt, & nutriri, quarum primitiæ per pinnulam oblatae in sanctificatione peragi, omnesque corrigi faciunt. Hæc dicens, addidit: Pro delicto est.) Ostendens, quia non frustra sacrificium hoc differre ab alijs sacrificijs, quæ sunt pro peccatis, dixit, Sed quia pro delicto est, id est in deum tendit peccatum eius: unde & partem Christi sacrificij, quod pro omni genere humano oblatum est, in una etiam persona accipere necesse habuit. Reliqua autem non accepit, quia soli oblationi quæ pro omnibus oblata est, competunt. Neque enim sola quæ prædicta sunt,

Peccata in deum
difficilem ueniam
habent.

1. Reg. 2.
Ioan. 1.

Rom. 12.

Ilorum & fœ-
morum pingue-
dinem offerre.

A dicta sunt, unigeniti sacrificiū præstitit, sed & mortuorum resurrectionem, & diaboli cōdemnationem, maledicti liberationem, paradisi restitutionem, quarum unumquodq; uirtutem poenitentis excedit. Ad cuius supplementum, utpote nō sibi sufficēte propter magnitudinē peccati eo qui peccauit, partem dominici sacrificij comprehendit. Reliqua autem ei quod pro omnibus est, sacrificio custodiuntur. Participatur autem eo & iste, pro quo nunc sacrificium fit, quum unus & ipse ex omni massa sit. Postquā autem dixit quædam sacrificij pro delicto præcipua, subdidit communia quæ de peccatis habet. Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto uelcetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est. Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto. Vtriusq; hostiæ una lex erit. Ergo nihil aliud exponere hic, aut addere necesse habemus, quia cōmunia hæc esse pro peccato, & pro delicto sacrificia audiuius. Sufficenter autem de his, quæ pro peccato sunt, in prædictis exposuimus. Sed confirmationem etiam huic legi talem super addidit: Ad sacerdotem qui eam obtulerit pertinebit. Christus autē nobis propiciatio factus est: ergo in ipso omne poenitentiae sacrificium ministratur & agitur, & omne quod ex poenitentia quis consequitur, ad eum refertur: ipsius est enim poenitentia, & propter hanc, ut nos saluaret, aduenit, quod manifestum est ex eo quod dixit: Non ueni uocare iustos, sed peccato-

1. Ioan. 2.

Matth. 9.

B res in poenitentiam.

Sacerdos qui offeret holocausti uictimā, habebit pellem eius, & omne sacrificium similia quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, uel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offertur, siue oleo conspersa, siue arida fuerit, cunctis filijs Aaron æqua per singulos diuidetur. Nō quæliacunque per ea quæ nunc dicuntur, legislator significat: hæc enim sunt, in quibus eum perscrutantes, ut obstupescamus dignū est. Sacerdos qui offeret holocausti uictimam, habebit pellem eius. Quid per pellē intelligi possit, manifeste ostendit hoc, quod deo à diabolo de Iob dictum est. Quando enim Iob, quem ut abundantem omnibus accusauit, omnem seculi substantiam, siue omnia quæ circa eum erant disperdidit, ille autem in sua impietate permansit, audiens à deo: Nunquid cōsiderasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, uir simplex & rectus, ac timens deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum, ut affligerem eū frustra. Cui respondens satan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Ergo pelles, diuitiarum circumstantia, quasi exterius circumdans est hominē, quā offerre intelligibili sacerdoti hi qui uolunt holocaustum fieri, debēt. Propter quod hi qui doctrinæ Apostolicæ crediderūt, uendētes substantias suas, ad pedes Apostolorū ponebant. Quia ergo pellem pro pelle dixit, necessarie diuitiarum circumstantiā, quam perdidit Iob pro patientia, quæ ei relicta est, intelligimus. Pellem autem, quia multa ex ea utilia fiunt, patientiā profitemur. Quæ multa? Ad-

Iob 1.

Pellis pro diuitiarum affluentia sumitur.

Act. 4.

Pellis patientiæ solum est.

C quirentibus se prouidet bona, patiētiam autem eam maxime, quæ interpres-
 tationibus est, unde et David psallebat: Quia factus sum sicut uter in pruina,
 iustificationes tuas non sum oblitus. Quemadmodum enim uter in pruina
 iuari & confortari dicitur, sic & patientia crescit tribulationibus. Propter
 quod & Paulus dixit: Tribulatio patientiam operatur. Simul etiam & infe-
 rius addidit: Patientia probationem, probatio spem, spes autem non con-
 fundit. Quia autem sacerdos offerens nostrum holocaustum, est CHRIS-
 TVS, ipsi enim exhibemus corpora nostra hostiam uiuam, sanctā, deo pla-
 centem, rationabile obsequium nostrum, ipsius necessario esse patiētia, per
 quam adsequimur prædictam conuersationem, dicitur: quia ipse nobis pa-
 tientiam demonstrauit, prius quidem dicēs: In patientia uestra possidebitis
 animas uestras. Deinde: In mundo tribulationes habebitis, sed cōfide, quia
 ego uici mundum. Non solū autem in eius doctrinis, sed & in respectu eius,
 patientiam in passionibus habemus, Paulo dicente: Cogitate autem qui talē
 sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionem, ut ne fatige-
 mini animis uestris deficientes. Propter quod & David ait: Et nunc quæ est
 patientia mea: nōne dominus, & substantia mea ante te est? Quia autem
 intelligibile hic describit holocaustum, ipse textus ostendit, ait enim: Sa-
 cerdos qui offeret holocausti uictimam. Non boum, aut ouium, aut aliorū
 similitum, sed hominis. Vbi enim non ab his qui offerunt, sed ab his quæ of-
 feruntur, sacrificia considerantur, necessarie animalium mentionem facit.
 Hic autem, quia apertius uoluit introducere personam domini, sacerdotem
 D posuit, holocaustum hominis offerentem. Intelligibilia enim nostra holocau-
 sta solus Christus offert, ad cuius imitationem eorum hostiæ, & conuersatio-
 nes studentur. Post hæc dixit:

- ” Omne sacrificium quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, uel
- ” in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offeretur. Reminiscen-
 dum est, quia sacrificia hæc Theologiæ esse unigeniti dispensationis dixi-
 mus, & illud quidem quod est de clibano, diximus significare uirginis par-
 tum; quod uero de sartagine est, crucis passionem; illud etiam quod de cra-
 ticula est, à morte resurrectionem: rationem in omnibus reddentes, & pro-
 bationes, quas oportebat, adiicientes. Quia ergo hæc Theologiæ incarna-
 tionis proxima sunt, necessarie sacerdotis offerentis eam, CHRISTI ui-
 delicet nati & passi, & resurgentis est. Sed nimirum nouum tibi uidetur
 ” quod infertur: Siue oleo cōspersa, siue arida fuerit, cūctis filijs Aarō æqua
 ” mensura per singulos diuidetur. Consersum siquidem in oleo sacrifici-
 um de simila dicit, quod nec in clibano, nec in sartagine, nec in craticula
 mittitur. Ergo & ipsam esse Theologiam diximus, sed non de dominica
 incarnatione. Vt non ergo omnem Theologiam circūscribamus in unigeniti
 humanitate, oportet enim nos & de patris, & de spiritus sancti, sed etiam
 ipsius.

A ipsius filij, quæ ex patre est, substantia disputare. Propterea non in semetipso portare hoc sacrificium repetiuit, sed filijs Aaron illud, ad Theologiam per meditationem proficientibus scripturarum, deputauit, unicuique æqualiter dispersiens, ut non dissimilia, sed omnes similia de deo sentirent. Et hoc manifestum, quia hæreticis de tali percipere sacrificio non præcepit, quia non eadem de deo sapiunt, sed & nimis differentia. Non conspersum autem de similia dicit iterum, quando decima ephi absque oleo, & thure, pro peccato offertur, à non ualētibus hircum, aut ouem, aut par turturum, aut pullos columbarum offerre in sacrificium. Hoc autem & si sacrificium saluatoris significat, tamen quia Theologiæ gratia, sed causa utilitatis offerentis percepta est, & hanc filijs Aaron deputauit. Oportebat enim, & quum oblatio eadem esset, causa autem eadem non esset, hoc siquidem propter Theologiam, illud autem propter paupertatem postulantis pro peccatis offertur, differentiam aliquam sacrificium habere, ut ostendatur, quid pro Theologia, & gloria quæ in Christo est, offeratur, quid pro sola utilitate offerentis.

Hæc est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur domino. Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, offerent panes absque fermento, conspersos oleo, & lagana azyma uncta oleo, coctamque similam, & collyridas olei admixtione conspersas. Panes quoque fermentatos, cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis, ex quibus unus pro primitiis offeretur domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem: cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam usque mane. Quemadmodum holocaustorum & peccatorum sacrificia, sic & ea quæ pro pacificis, siue saluari offeruntur, reiterauit: secundo illud dicens, ut repetitione memoriã eorum legem meditantibus insereret. Subinfert autem ea quæ ante non dixit, ut nobis lectio necessaria, & non despiciabilis fiat. Diuidi autem illud non frustra, sed & nimis rationabiliter præuidit, hæc enim inquisitis legislatoris uerbis inuenimus. Hæc est lex hostiæ pacificorum quæ offertur domino, si pro gratiarum actione offeret, siue pro laudatione. Vides, actiuam quidem solam esse, rationale autem, & actiuam esse uitam, ex his quæ nobis ad pacifica, siue ad salutem transeuntibus dedit, potestatem tribuens, quam ex utriusque uoluerimus eligere: quia enim rationale quoddam est sacrificium gratiarum actionis, siue secundum LXX. laudationis, audi David, postquam prohibuit sacrificia, quæ secundum legem erant, dicentem: Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Audi & Paulum ad Hebræos scribentem per se, dicit autem: Sic offeramus hostiam laudis semper deo, fructum labiorum confitentium nomini eius. Quomodo autem iubet illud offerri? Offeret panes absque fermento, conspersos oleo, & lagana azyma uncta oleo, coctamque similam, & collyridas olei admixtione conspersas. Quod LXX. ita ædunt: Et similam conspersam oleo, in collyridis panum azymorum offeret munera super altare laudationis salutaris. Panes sine fermento, siue azymos consper-

*Psalm. 49.
Hebr. 13.*

C os in oleo, apostolicos libros: lagana uncta oleo, propheticos intellige: quia illi quidem nimis opulenter, illi autem etsi & ipsi opulenter, non tamen tantum annunciant misericordiam dei, dum misericordiae, propter inobedientiam Iudaeorum, permiscet minas. Vnde & non conspersa oleo lagana, sed tantum uncta esse dicuntur: Coctam autem similam, & collyridas olei commixtione conspersas, uel sicut LXX. dicunt: Et similam conspersam oleo collyridis panum azymorum. Similam in oleo conspersam, cum eleemosyna Theologia intelligimus, unde & similia propter subtilitatem dicitur. Verum tamen in collyridis panibus sine fermento, munera sacrificij pacificorum, seu salutaris praecipit fieri, in apostolicis uidelicet scripturis. Apostolicam autem doctrinam sequi maxime oportet eum, qui saluari desiderat. Panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum quae immolatur pro pacificis, ex quibus unus pro primitiis offeretur domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiae sanguinem.) LXX. autem dicunt: Et offeret de omnibus muneribus suis laudationem deo, sacerdoti profundenti sanguinem salutaris illius erit. Per haec ostendentes, quia quantumcumque homo egerit & uixerit, cucurrerit & comprehenderit, siue assequutus fuerit, sine adiutorio domini salutem adipisci, siue assequi non potest. Propter quod & Paulus dicebat: Non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. Ipsi autem sacerdoti profundenti sanguinem salutaris, id est Christi, ministranti & perficienti sacrificium per suum adiutorium, primitias iussit offerri. Attende autem, qualiter etiam praesentem legis sanctionem concludit: Cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam usque mane.) Vel sicut LXX: Et carnes sacrificij laudis salutaris, ipsi erunt uidelicet offerenti, & in quacumque die donabit comedetur, non relinquetur ex eo usque mane. Hic mane, seculum futurum appellat, utpote quod totum est lucis, & nocti praesentis seculi succedit. De ipso quippe & Paulus ait: Nox praecessit, dies autem appropinquabit. Dauid autem dicit: Mane astabo tibi & uidebo, quoniam non deus uolens iniquitatem tu es. Non uult ergo de carnibus sacrificij salutaris in mane relinquere, ut non imperfectam uitam nostram relinquamus, per quam nos oportet saluari: scientes enim, quia non restat in illo seculo operatio, & in memoriam nostram reuocantes quinque uirgines, quae quia sponso uocante uenire ad nuptias, oleum emere uolebant, a nuptiis exclusae sunt: nihil eorum quae ad salutem proficiunt, non manducatum, id est, non operatum mane intelligibile relinquamus. Hoc enim nobis & Solomon in Prouerbijs dicit: Non dicas, uade, & reuertere, & cras dabo tibi, quum statim possis dare, neque enim scis quid pariat superuentura dies, ne forte, ait, deducaris, ubi non potes nec misericordiam, nec aliam uirtutem operari. Si uoto, uel sponte quisquam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die. Sed & si quid in crastinum remanserit, uel scilicet licitum est. Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absument. Si quis de carnibus uictimae pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti:

quin

Inter Prophe-
 tica & Aposto-
 lica dogmata
 quid intersit.

Roma. 9.
 Sine gratia dei
 nihil possumus

Mane, seculum
 futurum.

Roma. 13.
 Psalm. 5.

Matth. 25.

Prouerb. 3.

A quin potius quaecunq; anima tali se edulio contaminauerit, prauaricationis rea erit. Caro quæ aliquid tetigerit immundū non comedetur, sed comburetur igni: qui fuerit immundus, uescetur ex ea. Anima polluta quæ ededit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est domino, peribit de populis suis.) Hæc lex ad primam quidem faciem cōtraria uidetur præcedentibus, sed non ita est discussa, quippe nimis inuenitur eis esse concordans. Illud autem scrutantem intelligere oportet, quia umbram habens lex futurorum bonorum, recte multis & differentibus quæstionibus, ad figuranda ea quæ designantur mysteria, usa est. Si uoto uel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die. Sed & si quid in crastinum remanserit, uesci licitum est: quicquid autē tertius inuenerit dies, ignis absumit.) Omne quidem sacrificium pacificorum seu salutare, spontaneum est, unde illud inter dona, superiori parte libri huius, legislator adscripsit: sed gratiarum actionis, siue laudis sacrificium, quanquam species sit oblationis eius quæ nunc dicta est, tamē quia rationale quoddam est, propterea in lege uoluntarium non habet additum: qui quum sine dubio rationales simus, debitum quodammodo præcipuū creatori rationale sacrificium debemus. Propterea in eo uoluntarium lex reticuit, non illud excipiens à uoluntarijs, neq; enim pro peccatis, sed nec ex promissione oblatum ostendit. Tantum autem tacet, quemadmodum diximus, uoluntarium, siue spontaneum, ut quum siletur hoc uerbum, qui rationales simus, debere nos deo rationalia sacrificia intelligamus, & omni ei studio adhæreamus. Sed quoniam illic, in qua die offertur, comeditur, ait: hic autem, in quacunq; die offertur, & in crastino: nec hoc contrariū est, apertissime enim & hoc quod dicimus crastinū, denunciatiuum præsentis seculi est, quod testatur Iacobus, dicens: Ecce nunc qui dicitis, hodie & crastino ambulabimus in illā ciuitatē, & negociabimur, & lucrum faciemus. Et omnino non inuenies ubicunq; in scriptura crastinū ad similitum futuro seculo, sed dicitur quidem præsens seculū hodie, quomodo Dauid dicit: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione. Et rursus Paulus: Sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur. Dicitur autem & cras, non tamen omnino ἀνὰ διαβολήν hodierni, sed quia præsentis seculi non eadem sunt temporum spacia, sicut in Prouerbijs ostendit: Ne dicas amico tuo, uade, & cras ueni. Neq; enim seculum describit futurum, sed subsequēs præsentis uitæ tempus. Propter quod dixit: Neq; enim scies quid pariat superuentura dies, id est, ne forte in ea moriaris, aut ab aliqua impediaris causa. Quod utrunq; in præsentis seculo contingit, non in futuro. Vnde nec ullomodo diem duplicauit, unā diem tantū dicens in sacrificio gratiarum actionis, siue laudis. Aut forte hinc manifestum est, quia his qui rationalem uitam apud se definiuerunt, & studium quietis, ueluti Maria quæ bonam partem elegit, & ad pedes domini IESV CHRISTI sedebat, simplex est uita

*Sacrificiū lau-
dis cuiusmodi
esse debeat.*

*Crastinum,
Iaco. 4.*

Hodie.

*Psal. 99.
Hebr. 3.*

LUC. 10.

C & uelox, atq; ad transitum parata. Eis uero qui actiuam elegerunt, non ita;
Vita Marthæ
actiua. sed laboriosa, qualis erat Marthæ, quæ turbabatur erga plura. Vnde & ei
 duplex tempus, propter labores, computatur: ueruntamen legislator & si
 uerbis diuersis utitur, propter opulentiã spiritus, & ut multiplicia redderet,
 sicut sæpe diximus, intelligentiæ ænigmata, à districta tamen subtilitate non
 recedit, sed ibi dixit: Non relinquent de eo in mane.) Nō dicēs, in crastino,
 quia crastinum non significat futurū seculum: hic autem, quicquid tertius in
Tertius dies. uenerit dies, ignis absumit, per diem tertiu, futurum indicans seculū: in ipso
 quippe generalis est mortuorum resurrectio, quam designat tertij diei facta
 resurrectio domini, quæ mane prouenit. Propter quod & mane, seculū
 diximus significare futurū. Tunc ergo quod reliquum est de sacrificio pa-
 cificorum, seu salutarium, igne consumetur.) Quodcūq; enim reliquerimus
 ad nostram salutem pertinens inoperatum, est autem inoperatum & hoc,
 quod male operatum est, & ligna, aut focum atque stipula factum, hoc
 igne consumetur, nos autem detrimentū patiemur. Sed quid his addidit?
 Si quis de carnibus uictimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet
 oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcūq; anima tali se edulio
 cōtaminauerit, præuaricationis rea erit.) Nec hæc frustra præsentis sanctio-
 ni addidit, sed quia quidam post finem huius uitæ, & mortuorum resurre-
 ctionē, aliam talem uitam, qualis nunc est, describere præsumperunt, mil-
 le annorum quoddam seculum introducentes, in quo, ut aiunt, Hierusalem
D
Mille annorū
fabula, cuius au-
tor Cerinthus
nominatur ab
Eusebio. sensibilis ædificabitur, templumq; eius, & quæ in ea quondam fuerunt san-
 ctasanc̄torum restaurabuntur, & sacrificia offerentur, nuptiæq; , & filio-
 rum procreatio, & delitiæ quædam cum iustitia sensibili, & longe alia con-
 uersatio nostra, quàm ea quæ nunc est iustorum, quum ex mortuis resur-
 rexerimus, erit. Hanc ergo præsumptionem de animo nostro remouere
 cupiens, si quis de carnibus, ait, pacificorum die tertio comederit, id est, si
 quis sibi in cogitatione proponat, quia post resurrectionem mortuorum,
 reliquias huius uitæ acturus est, & modo quodam comedat prædicta in
 mente, utens pro cibo phantasia, & sperans se comedere eo tempore quo
 comedere impossibile est, id est operari, huius oblatio nō suscipitur, nec re-
 putabitur ei. Qui enim falsa de futuro seculo æstimat, sibi metipso damnum
 facit, abominabilem, & pollutam oblationem suam constituit. Non solū autē
 hoc, sed & peccatum sibi met contrahit, propter quod dixit: Quin poti-
 us quæcūq; anima tali se edulio cōtaminauerit, præuaricationis rea erit.)
 Ostendens quia & in damno bonorum uiuit, & peccato se subiicit, quicun-
 que non bona de retributione æstimat Christi: non enim sunt corruptibi-
Christi retribu-
tiones incorru-
ptibiles sunt. les retributiones dei, nec quæ semel destruxit, illa rursus cōstituit: præterea
 non uult uirtutes falsa intentione pollui, unde & dixit: Caro quæ aliquid
 tetigerit immundum, non comedetur, sed igne consumetur.) Carnes dicens
 uirtutes, ex quibus sacrificium salutare constat, uerbi gratia, castitatem, elee-
 mosynā

A mofynam, iustitiam. Hæc ergo si tetigerint immundū quippam, quum forte per superbiam iustitia, & castitas ad uanam gloriam, & elemosyna ex iniustitia fit, igne incenduntur iudicij futuri. Quod demonstrat Esaias, dicens: Qui immolat bouem, quasi qui interficiat uirū: qui mactat pecus, quasi qui excerebrat canem, & reliqua. Præsentis autem mandati recta cōclusio est.

» Qui fuerit mundus, uelcetur ea. Anima polluta quæ ederit de carnibus

» hostiæ pacificorum, quæ oblata est domino, peribit de populis suis.)Aper te hic ironiam destruit, & hypocrisin, hæc enim sunt animæ immunditiæ, ita ut horum homo interior lupus appellaretur, quum dominus dicit: Attendite ab eis qui ueniunt ad uos in uestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Hi de carnibus hostiæ pacificorum, siue salutaris, quæ oblatae sunt domino, comedentes, quia uirtutes quæ à deo possidentur, non uirtutis intentione, sed fraudulenter operantur, pereunt de populo suo, ut non iam oues, sed lupi nominentur, & ut manifestum sit, quia de grege expulsi sunt. Quicumq; autem extra gregem est, hic in parte bestiarum deputatur. Et qui tetigerit immunditiā hominis, uel iumēti, siue omnis rei quæ

» polluere potest, & comederit de huiuscemodi carnibus, interibit de populis suis.)Non ergo quemlibet illum, solummodo mala mundum esse, & care re uult actione, si salutarem siue pacificam operatur hostiam, & cupit eius esse particeps, sed ut etiam ab alterius mali coniunctione abstineat, siue cogitationes eius, siue opera mala sint. Quia enim rationalis & intellectualis est homo, recte immunditiā hominis, eam quæ est in cōsilijs & cogitationibus, malitiam intellexit, quod manifestat & dominus, dicens: Necdum intelligitis, quia omne quod ingreditur in ore, in uentrem uadit, & in secessum emittitur? Ea autem quæ egrediuntur de ore, de corde exeūt, & illa polluunt hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia, blasphemiae: Nō ea quæ in actione sunt, dicens furta, aut adulteria, aut fornicationes, nā hæc quomodo de corde exeunt? Sed ea quæ in cogitationibus & cōsilijs sunt, quia ipsa maximæ sunt immūditiae rationalis hominis. Vnde quidem cogitationum malarum dominus mentionem fecit, & sic addidit: hæc autem sunt quæ polluunt hominem. Iumenta ergo im munda sunt hi, qui immundis & terrenis actionibus occupantur, ad terrā intendunt, quemadmodum iumēta. Vnde & fornicatores equi admissarii appellātur. Siue omnis rei quæ polluere potest.)Quicumq; omina & diuinationes, & purgationes, uel dies, & tempora custodiunt, multo magis aut Magi & uenefici, abominabiles sunt enim apud dominū. Omnis qui facit hæc, forsitan enim communicat quis malis eorum cōsilijs, aut acōnibus, & hic, utpote prohibitam immunditiā tangens, non potest ea quæ ad hostiam salutarem, uel pacificorum pertinent comedere, siue operari. Quum enim nisus fuerit ea quæ ad salutem pertinent agere, & communicauerit operantibus mala, & quæ ad perditionem pertinent, peribit de populo suo, id est, de

Esa. 66.

Immunditiæ
anima.
Matth. 7.Virtutes male
operari, perin
de est ac si quis
uacet his omni
no.

Matth. 23.

Iumenta im
munda homi
nes belluini ap
pellantur.
Ecc. 33.

C his qui saluantur, nam & alienis communicare peccatis, mortiferum est, un-
 de & David dicebat: Et ab alienis parce seruo tuo. Et Paulus Timotheo præ-
 cepit: Manus cito nemini imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis,
 temetipsum castum custodi. *psalm. 18. 1. Timoth. 5.*

Loquutusq; est dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israël. Adipē
 bouis, & ouis, & capræ non comedetis. Adipē cadaueris morticini, & eius
 animalis quod à bestia captum est, habebitis in usus uarios. Si quis adipem,
 qui offerri debet in incensum domini, comederit, peribit de populo suo.) Ad-
 miranda est legislatoris sapientia, quemadmodum per ænigmata & para-
 bolas introducat subiectis utilia, caute mandat margaritā, quasi in perā com-
 ponens literæ. Quamobrem enim adipem bouum, & ouium, & caprarum
 comedi non præcepit: quorumq; carnes mundas & esibiles dixit, eorū co-
 medi adipem uetuit, nec eius qui operatur mandatum, quemadmodum est
 bos, nec simplicis, qui est ouis, nec eorum qui pro peccatis pœnitentiā agūt,
 per capram quippe significantur ea quæ pro peccatis sunt sacrificia, quum
 capram præceperit in his, aut hircum immolari, nec horum ergo concedit
 ut desiderium comedamus. Ad deum enim illud referri, & deo offerri iubet,
 quatenus non sit secundum intētionem humanam, sed deo soli uniuscuiusq;
 rei, quam quis ex prædictis adsequitur, desiderium offeratur. Similiter pec-
 catorū desiderium, quod per morticina, & à bestijs capta significatur: per mor-
 ticina quidem, utpote qui elegerunt per quasdam impudicitias, & per super-
 biam peccati mortem. Quod probat Paulus de uiduis sic dicens: Quæ em̄
 in delictis est uidua, uiuēs mortua est. Per ea autem quæ à bestijs capta sunt,
 intelliguntur hi qui dum negligunt cautelam suam, & custodiam, captiuati
 sunt, ab intelligibilibus bestijs comprehensi: quod ut nō faciamus, rursus Pe-
 trus ait: Sobrii estote, uigilate, aduersarius enim uester diabolus, sicut leo ru-
 giens circuit, quærens quem deuoret. Quorum non concedit adipem co-
 medi: noxium enim est nobis horum desiderijs uti. Sed nec deo ea iubet of-
 ferri, desiderium enim peccatorū peribit. Sed quid præcepit? Habebitis
 in usus uarios.) Transferre ergo illud ad uirtutem debemus, ut ad castitatē,
 aut ad eleemosynam, aut ad iustitiam, aut ad quamcunq; speciem bonæ ope-
 rationis horum desiderium conuertamus, resoluentes illud, & in alium mo-
 dum deriuantes. Hoc enim est, habebitis in usus uarios. Quia & adeps, si ad
 aliquam utilitatem cuiuslibet conficiendi operis necessarius est, subtiliatur
 atq; resoluitur. Si quis adipem qui offerri debet in incensum domini, co-
 mederit, peribit de populo suo.) Recte perit uidelicet cogens, aut alio modo
 suadens ei, qui seme tipsum obtulit deo, non ad supernū oculū desiderium ha-
 bere, sed ad placendū sibi. Sanguinem quoq; omnis animalis non sumetis
 in cibo, tã de auibus, quàm de pecoribus. Omnis anima quæ ederit sangui-
 nem, peribit de populis suis.) Quia sanguinem animam uult intelligi, suffici-
 enter superius demonstratum est. Vult ergo uirtutem nos assequi alternæ
 dilectionis

A dilectionis; & necq; iustorum, quorum hoc loco propter altiore uolatum, conuersationem significauit, necq; peccatorum, quibus pecorum appellatio, pro eo quod ad inferiora intendunt, conuenit comedere sanguinem, id est nihil ad eorum operari mortem. Quod autem, sicut ædunt LXX, hoc non fieri in omni habitatione præcepit, per habitationes, differentes conuersationes innuit. Propter quod oportet à malitia contra proximum, tam sublimiter sapientem, quàm mediocriter, uel nullum sapientiæ studium habentem, & ut dicatur breuiter, & iustū ab ea quæ est contra peccatorem, & peccatorem ab ea quæ esse potest contra iustū, abstinere malitia, ut nullas illi moliantur insidias, sciens, quia in sanguinem peccat, & sanguinem comedere eū legislator iudicat, & peribit anima hæc de populis suis, pro eo quod intentionem habuit perdendi proximi. Insuper & hoc intende, quia ea quæ de prohibitis cibis est, & tactu immundorū, sanctionem insinuans animæ, lex mentionem facit: quia maxime ex gentibus populo, cuius esse significationem animalem hominem manifestauimus, mos est omnibus uetitis pollui actionibus, à quibus illum recedere præcepit.

Ab omni sanguine abstinere quid sit.

Loquutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israël: Qui offeret uictimam pacificorum domino, offerat simul & sacrificium, id est & libamenta eius, tenebitq; manibus adipem hostiæ, & pectusculum. Quumq; ambo oblata domino consecrauerit, tradet sacerdoti, qui adolebit adipem super altare, pectusculū autem erit Aaron, & filiorum eius, armus quoq; dexter de pacificorum hostijs cadit in primitijs sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem & adipem filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua: pectusculum enim elationis, & armum separationis tuli à filijs Israël, ex hostijs eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, ac filijs eius lege perpetua, ab omni populo Israël.) Vere qui legē dei meditatur nocte & die, lignum est plantatum secus decursus aquarum, ut det fructum in tempore suo, meditatione irrigatum legis: quæ ut non faciat fastidium, nec deficiat legens, uariat sanctionem, differenter de iisdem præcipiens: Hoc autem diuina est sapientiæ, quæ in omni etiam disciplina hoc operatur. Nam ecce & medicinam inuenies morbi tempore, multa præferentem medicamenta, multo magis & in hoc quo animæ profectum & sanitatē præstat. Quam obrem uirtutem huius intendamus sanctionis.

Psal. i.

Loquutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israël.) In quo loco LXX, ædiderunt: Et filijs Israël loqueris, dicens. Non ergo frustra superius diximus, quia ad populum gentium, ea quæ tunc dicta sunt maxime pertinebant: huius enim rei legislator memor, non dixit nunc secundum LXX, æditionem: Loquere filijs Israël: sed, & filijs Israël: hoc ostēdens, quia non solum eis, sed & illis loquatur, qui sunt ex gentibus, communis enim eis hæc est secundum spiritum lex. Quid autem ait?

Qui offeret uictimam pacificorum domino, offeret simul & sacrificium,

C id est libamenta eius.) Secundum LXX. autem : Offerens sacrificium salutare domino, offeret munus suum domino de sacrificio salutari eius. Et quã hoc
 » interpretationem habeat, manifestat planè quod sequitur. Tenebit mani
 » bus adipem hostiæ.) Vel sicut LXX. manus eius offerent exta domino, id
 Exta manibus offerre, quid.
 est ipsum quempiam oportet ea quæ ad pacifica, uel salutem pertinent ope
 rari, utpote qui alterius studio, amici forte, aut cognati, saluari non potest.
 Quemadmodum hæc iniquitas iniqui super eum erit, sic & iustitia iusti su
 » per eum erit. Quomodo autem oportet hostiam celebrari? Tenebit ma
 » nibus adipem hostiæ & pectusculum.) Vel secundum LXX. Offeret adipẽ
 qui est super pectusculum, & pinnam iecoris, & offeret ea ut imponatur in
 conspectu domini. Pectusculum appellat fidem & confidentiam, quia hæc
 fortitudini coniuncta sunt. Fortitudo autem animalis, perfectos designare so
 let, nam & dominus ad Iob ita loquitur: Nunquid præbebis equo fortitudi
 1ob 39. nem, aut circundabis collo eius hinnitum? Secundum LXX. autem addit:
 Circumposuisti autem ei omne armorũ genus, gloria autem pectoris eius
 audacia. Quod enim præsumit & audet, ex fortitudine & confidentia fit: quia
 autem olim de sacrificio salutari præcipiebamus, uentris, & renum, & lum
 bi, & pinnae epatis, & adipis, & fœmorum memoriam fecit, omisit autem
 pectusculum, sed & armum: uariare uidelicet, sicut dictum est, legislatio
 nem uolens, & tempus sibi seruare de eisdem ipsis frequenter præcepta
 D dandi. Ecce enim nunc ea, quæ prius non dixit, exposuit.

» Tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum.) Vel sicut LXX. Adi
 pem super pectusculum, & pinnam epatis præcipiens offerri. Per pinnam,
 & renes, etiam ad aliorum quæ iam dicta sunt, semel memoriam nos redu
 cens. Per pectusculum autem, fidem designans & cõfidentiam, quam offer
 ri domino uult, ab eo qui saluari desiderat, quia sine fide impossibile est nos
 Hebr. 11. placere deo. Quid autem his addit?

» Tradet sacerdoti, qui adolebit adipem super altare.) Recte diximus
 enim, quia omne nostrum desiderium holocaustum fieri uult.

» Pectusculum autem erit Aaron & filiorum eius. Armus quoque dexter
 de pacificorum hostijs, cadit in primitijs sacerdotis.) Armus dexter actio
 nes bonæ sunt. Ergo & fidem, & actiones offerre oportet eum, qui

pectusculũ &
 armum offerre
 deo.

saluari uult. Sed quia pectusculum filijs Aaron deputauit, qui sublimes
 uita sunt, armum autem dextrum sacerdoti, qui imaginem CHRISTI te
 net, propter quod solus sacerdos hoc sacrificium perficere potest, offer
 ri aperte legislator ostendit: quia credere quidem, & proponere bo
 na, nostrum est, siue incipere ea, operibus autem perficere, & ad finem
 perducere ea quæ cœpta sunt, hoc diuinæ est gratiæ. Propter quod di
 xit Paulus: Non uolentis, neque currentis, sed miserentis est dei: solius enim

Roma. 9. eius est dirigere actiones. Propter quod & brachium ipse dei nominatur,

ait

A ait enim Esaias: Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Ut qui ergo ipse est uerum brachium, recte nostrum armū, seu, ut LXX. dicūt, brachium accepit. Deinde intentionem nostrā dilatans legislator subdidit: Qui obtulerit sanguinem, & adipem filiorū Aaron, ipse habebit armū dextrum in portione sua.) Christus est enim, intelligibilem sanguinem pacificorum, & adipem, uidelicet animas, & desideria salutarium offerens; qui est quidem de filijs Aaron, non propter cognationem, sed propter propriam dignitatem sacerdos singularis, & in omnibus præcipuus; in eius portionem armus dexter, seu brachiū dextrum, id est omnis bona actio, & operis effectus transit. Recapitulans autem quæ dicta sunt, addidit: Pectusculum enim elationis, seu secundum LXX. propositionis, & armum separationis tuli à filijs Israël, de hostijs eorum pacificis.) Quia fidem, & actionē, oblationem specialem de pacificis, seu salutaribus sacrificijs uult. Propter quod dixit: Et dedi Aaron sacerdoti & filijs eius.) Secundū superius uidelicet dictam diuisionem. Totius autem huius mandati confirmatio sequitur. Lege perpetua est à filijs Israël.) Non est enim tempus, quo non fidei & actionis oblationē, specialiter deus ab his qui saluantur, accipiat. Paulus quippe ait, omnes qui uirtutibus pollebant, ueluti Abel, Enoch, & Noë, & quoscunq; cum illis connumerauit, perfici per fidem.

Brachium dextrum uirtutū actionem significat.

Hebr. 11.

B Hæc est unctio Aaron & filiorū eius in ceremonijs domini, die qua obtulit eos Moyſes, ut sacerdotio fungerentur, & quæ præcepit dari eis dominus à filijs Israël religione perpetua, in generationibus suis.) Ea quæ dicta sunt, uidentur quodammodo ad unctionem sacerdotū pertinere, sed non in præfenti de hac differere legislator proposuerat: quam enim cū unctioe sacerdotum societatem habent ea quæ prædicta sunt sacrificia. Sed solummodo eorum quæ superius ab eo dicta sunt, uult ostendere dignitatem, & quem profectum præstent his, qui ea custodiunt. Quod enim ait, Hæc est unctio Aaron & filiorum eius in ceremonijs domini: ad superiora hoc reddidit, ut tu cognosceres, quia custodiens quæcunq; lex superius dixit, ad sacerdotis proficit dignitatem, & studendo ea ualeas regale sacerdotium, gens sancta dici: aliter autem nequaquā. Hæc est enim unctio in ceremonijs domini.) uidelicet ex conuersationibus, quæ in prædictis sunt descriptæ sacrificijs. Propter quod addidit: In die qua obtulit eos Moyſes, ut sacerdotio fungerentur, & quæ præcepit dari eis dñs à filijs Israël.) Ergo in his nobis unctio nem dedit, & in istis nos uocauit deus, die qua obtulit eos. Quādo autē hoc? Qua die unxit eos, ut sacerdotio fungerentur, id est qua die illos ex filijs Israel unxit, per unctionem scilicet quæ nunc dicta est: qui enim sublimius uiuunt, seu conuersantur, recte omni excellentiores sunt populo. Vnde & nimis opportune legislator subdidit: Religione perpetua, in generationibus uestris.) Quatenus tu scires, quia incōcussa hæc apud deum religio est, ut neq; dignitate, neq; sapiētia, neq; cognatione iustorum, neq; alia simili ex

Cre, populo, uel plurimis excellere possit quis, nisi ea adsequutus fuerit, quæ in superioribus sunt præcepta. Sic enim quispiam & sacerdos fit, secundum cognationem Christi ueri sacerdotis, qui immaculatam & perfectam demonstrauit uitã. Sed quia unctiõẽ per ea quæ superius plane dicta sunt intellexit, quæ subsequuntur approbant.

” Ista est lex holocausti & sacrificij pro peccato atq; delicto, & pro consecratione, & pacificorum uictimis, quas constituit dominus Moyli in monte Sinai, quando mandauit filijs Israel, ut offerrẽt oblationes suas domino, in deserto Sinai. Vides differentes conuersationes quæ coniungunt deo, siue per perfectum honorem sapientiæ, qui per holocaustũ significatur, siue per mediocrem iustitiam, quæ idonea est & quæ ad salutem pertinent, operari. Sacrificia enim hæc pacificorum, siue per holocausta agãtur, siue per oblationem, recte esse utilia, utpote dignitatem sacerdotale præstantia, lex intellexit: & propterea in die qua unctiõnis legem Moyli in monte Sinai mandauit, etiã ea quæ sunt de sacrificijs, subdidit, simulq; ea omnia breuiter enumerauit, & cõmemorauit. Nam LXX. addiderũt, Et consummationis: quũ illud in præteritis nõ inueniamus specialiter uerbis legislatoris expressum, etiam in ipsa LXX. æditione. Sed quia simile sacrificium nec pro peccato,

Unctiõnis & sacrificij leges simul latæ a deo.

D nec holocausti, uel delicti, nec sacrificij est salutaris, ut non speciem sacrificij huius, aut nomen ignoraremus, in hoc loco sacrificiũ illud consummationis appellauit, illud te uolens intelligere, cuius appellationẽ omiserat. Quid autem Theologia perfectius est? quam sacrificium simillæ, cum oleo & thure oblatum, significare diximus. Sed ubi hæc constituta dixit? In deserto Sinai. Sinai autem, rubus uel tentatio interpretatur. Similis est autẽ rubo tentatio, asperum quippe uirgultum est, & quod difficile manu comprehenditur: significatur autem per hunc, quia quemadmodum eorum qui in agone contendunt corona in sudore & labore est, sic & corona bonæ uitæ, in tentationibus & tribulationibus cõsummatur, unde & Paulus dicebat: Omnes qui uolũt pie uiuere in CHRISTO IESU, persecuutionem patiũtur: Maxime si suas oblationes domino, uel sicut LXX. ædiderunt, in conspectu domini offerant. Manifestum est autem, quia qui mundam iustitiam, & quæ placita est deo, adeptus fuerit, hic & tẽtationes patitur, & tribulationes. Neque enim intelligibiles inimici quiescunt, nec tentationes iusto defunt, quia abominatio est peccatoribus pietas. Finem autem tentationum & tribulationum, Iacobus nobis sufficienter exposuit: Beatus uir qui suffert tentationem, quia quum probatus fuerit, accipiet coronã uitæ, quam promisit deus diligentibus se.

Sinai rubus interpretatur.

1. Timoth. 3.

Bonis nunquã defunt tentationum aculei.

Iacobi 1.

CAPVT VIII.

A **T** Quotusq; est dominus ad Moysen dicens: Tolle Aaron cum filiis suis, uestes eorum, & unctionis oleum, uitulum pro peccato, duos arietes, canistrū cum azymis, & congregabis omnem coetum ad ostium tabernaculi testimonij.) Quæ sit uis prædictorum, aperte & opportune in his quæ sequuntur ostenditur, quando legislator subintulerit ea, quæ in eis aguntur. Quid autem hæc quæ nunc dicta sunt significant, hoc tibi præcedens sermo tradet, quia unctio, Christo et his qui eius sunt, communis, & non communis est: communis quidem, quia eiusdem unctionis sunt & ipsi participes, quamobrem & nos participatione Christi, Christiani dicimur. Non communis autem, quia inæstimabili quadam sublimitate excellit deus hominibus, & gratia, in qua ei communicamus, quod Dauid significans, ad dominum dixit: Sedes tua deus in seculū seculi, uirga recta est, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ, præ cōsortibus tuis. Sed qui sunt eius participes? Nos utiq; de quibus dictum est: Participes enim Christi facti sumus, si tamen initium substantiæ eius, usque ad finem firmam retineamus. Cernis tamen, quemadmodum præcipue exultationis oleo, id est spiritu, præ participibus utiq; nobis, sicut ait Psalmista, ungitur, ipse siquidem substantialiter, nos uero operatione eius, & gratia. Propterea ungitur quidem simul cum Aaron filij eius, sed non talia in eis, qualia & in Aaronis unctione aguntur, sicut manifestant sequentia. Sed etiam in hoc mens in præsentia figenda est, quod nō frustra hæc in CHRISTVM accipiamus: sciens enim ecclesiam decere hæc legislator mysteria, cōuocari omnem coetum, siue synagogam præcepit, id est quod Græci dicunt ἐκκλησία, ad ianuam tabernaculi testimonij. Quæ synagoga non potest aliter ad hanc legē communionem habere, nisi ad ecclesiam conueniat, apud quam harum figurarum ueritas conseruatur.

B Fecit Moyses, ut dominus imperauerat, congregataq; omni turba ante fores ait: Iste est sermo quem iussit dominus fieri. Statimq; obtulit Aaron et filios eius, quumq; lauisset eos, uestiuit pontificem subucula linea, accingēs eum baltheo, & induēs tunica Hyacinthina, & desuper humerale imposuit, quod astringens cingulo coaptauit rationali, in quo erat doctrina & ueritas. Cydari quoq; textit caput, & super eam contra frontem posuit laminam auream, consecratam in sanctificationē, sicut præceperat ei dominus.) Quia hæc de quibus sermo est, umbra sint, & figuræ eorum quæ in ecclesia aguntur, apertissime etiā ipsa quæ nunc proposita sunt, testantur. Fecit Moyses ut dñs imperauerat, congregataq; omni turba ante fores, ait.) Quod græca lingua in LXX. expressius translatum est, id est ἐκκλησίασας τὴν συναγωγὴν. Et quamobrem non dicit, collegit congregationem, siue synagogam, sed cōuocata, id est ἐκκλησίασας, omni turba, id est synagoga, seu congregatione,

Unctio nobis
cū Christo cō-
munis est.

Christiani.

Psal. 44.

Hebr. 5.

Unctio nostrī
qualis.

Synagoge cō-
fugiendum est
ad ecclesiam.

C Quia proculdubio & per hæc innuit aliquid, synagogam illam appellans, quia hoc nomen proprium cœtui populi antiquitus fuit. Conuocare autē, id est ἐκκλησιάζειν præcepit, ut cognosceremus paulo post futurā ecclesiam, quæ huius inuenitur uirtus esse sanctionis. Manifestius autē fit ex eo quod lex dei, qui Israël eduxit, qui Abrahā uocauit, qui omnia fecit quæ per Moy sen prophetam scribuntur, ea quæ mystice in ecclesia aguntur, ante multas generationes spiritus dei præcepit. Sed & quum secundum LXX. superius dixisset, conuoca ad ianuas tabernaculi testimoniū, hic ait: Conuocauit congregationem, non ad ianuas, sed ad ianuam tabernaculi testimoniū: admonens aures nostras euidenter, quod Apostolorum doctrinæ, quas esse ianuas tabernaculi testimoniū præcedēs sermo exposuit, & Christi doctrina, sunt ipsius linguæ infusæ, & ex his ex quibus ipse docuit. Quemadmodum ergo inter multas ianuas, & unam ianuā, sola hæc differētia est, quia illæ quidem multæ sunt, illa autem una est, sic Apostolorum sermones et doctrinæ, nihil à Christi doctrina differunt aliud, nisi quia unum dominicum uerbum est, de quo Paulus ait: *uiuus est enim dei sermo, & efficax, & acutior omni gladio ancipiti.* Et Petrus cum cæteris apostolis ait: *Non est æquum relinquere uos uerbum dei, & ministrare mensis.* In multas eorum linguas, & differētes diuisum est. Qui quum ianuæ propter multitudinem sint, ad unū introitum uitæ, id est Christi ianuam, deducunt auditorem. Congregataq; omni turba ante fores, ait: *Hic est sermo, quem iussit dominus fieri.*

D Quis sermo ille? de quo scilicet David dicebat: *Dominus dabit uerbū euangelizantibus uirtutem multam.* Sed & Petrus planius ait: *Hoc est uerbum quod annunciatū est uobis.* Euangelicus siquidem præsens sermo est, quia & euangelica sunt ab eo annunciata mysteria, quibus & gratia inest baptismatis. Consueuit enim legislator, quoties ecclesiasticorum mysteriorū describit ænigmata, talibus uti sermonibus. Nam & quum de manna scriberet, quod gerit figuram panis, qui de cœlo descendit, uerbum etiam de eo simile præsentibus ponit: dicens enim, *Hic est panis quem dedit uobis dominus comedere.* illico subdidit: *Hoc est uerbum quod loquutus est dominus.*

Sed quid est etiam quod nūc exponit deum præcipere? Statimq; obtulit Aaron & filios eius, quumq; lauisset eos. Quando is, qui uere est sacerdos, Christus offertur patri: oblationis enim eius etiam Daniel meminit, quū dicit: *Et ecce ut filius hominis cum nubibus cœli, & usq; ad uetustum dierum peruenit, & oblatus est in cōspectu eius: nostri utiq; causa, & nobiscum, & propter nos offertur.* Propterea & nunc eum cum filijs suis dicit oblatum, cum his uidelicet, qui sublimiora sapiunt, & qui imitantur eum, quantum fas est hominibus, sicut Paulus ait: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Sed oblatio ipsa per baptismū celebratur, propter quod ait: *Quūq; lauisset eos.* Certus es autē, quod CHRISTVS ad sacrandas aquas baptismatis nostri, in Iordane est fluuio baptizatus. Sed hæc quidem cōmunia sunt Aaron

Apostolorum
& Christi doctrinae consensus.

Hebr. 4.
Act. 6.

psalm. 67.

Manna figurā
gessit panis cœlestis.

Daniel. 7.

1. Corinth. 4.

Aron cum filijs eius, Christo uidelicet nobiscum : sequētia uero nequaquam,
 excedunt quippe nos, atq; sublimiora nobis sunt, soliꝑ; primo ac uero sa-
 cerdoti competentia. Vestiuitꝑ; pontificem subucula linea, accingens
 eum baltheo, & induens tunica. Quod *LXX.* transtulerunt : Et induit eum
 tunicam, & præcinxit zonam, & uestiuit illū hypodytin. Hic manifeste uni-
 geniti exequitur incarnationē, qui quia totū nostrū incarnatus est hominē,
 tunicā indui, & hypodytin dicitur. Duplex est enim nostra cōditio, & unus *Homo.*
 quidem in nobis est de puluere, alter cœlestis, sed tamen unus uterq; ait em̄
 Moyses : Formauit deus hominem de limo terræ : hic est ergo terrenus, & *Gene. 3.*
 insufflauit in faciē eius spiritū uitæ : apertissime hic cœlestis est : Et factus est
 homo in animam uiuam : unū enim animal uterq;. Qui siquidē se ad corpo-
 rea, & uoluptates conuertat carnales, totus homo terrenus, quasi extincto et
 concluso cœlesti nuncupabitur : si autem circa sola uersetur animæ profi-
 cientia, concedamusq; ei principatum gerere, & dominari corpori, recte
 cœlestis dicitur, utpote terreno neglecto. Quando Adam per inobediētiam
 cecidit, proculdubio terrenus effectus est, & propterea audiuit : Terra es, & *Gene. 3.*
 in terram ibis : id est, dilexisti corporis corruptionē, habes pœnam peccato
 tuo similem. *CHRISTVS* autem induitur quidem terrenum, id est illū qui
 de terra est ueterem hominem, quem etiam simul adfixit cruci : ait quippe
 Paulus : Quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruaturs cor-
 pus peccati. Indutus est autē & cœlestem, quem ipse insufflauit. Sed quia ni-
 hil egit terrenū hic, nec corruptioni proximū, proculdubio cœlestis dicitur,
 hoc Paulus exponens, dicit : Primus homo de terra terrenus, secundus de *Roma. 6.*
 cœlo cœlestis : quod duobus modis accipi oportet. Primus enim homo no-
 ster, id est corpus, ex terra formatus est, propter quod terrenus dictus est :
 anima uero de cœlo, dei est enim insufflatio. Rursus, primus homo inobe-
 diens Adā, ex terra terrenus, quia operibus pulueris semetipsum deputauit :
 secundus homo nouus, est *CHRISTVS*, qui de cœlo est, non solū quia de
 cœlo descendit, sed quia & dignitatem cœlestis seruauit, dum nec terrenum
 aliquid operatus est, nec corruptioni proximū. Ergo tunicam hic terrenū
 appellat, de lino enim, quod est ex terra, tunica facta est, ait enim : Et fecit eis *Tunica linea*
 tunicas lineas, hypodytim autē cœlestem : quia hypodytis poderis est, simul *quid.*
 autem & Hyacinthinus est : hic autem color cœli est, quod uero est color
 cœli, hoc est actio cœlestis scilicet & subsistentia, propter quod & cœle-
 stis dicitur. Multa autē & alia hypodytis habet signantia cœlestem hominē,
 quæ in constructione tabernaculi, quū pontificalem stolam explanaret, le-
 gislator exposuit. De quibus dicemus, quum deus annuerit, ut eam etiam
 quæ illic est dispensationem contingamus. Nunc autem quæcunq; ad hoc
 quod est in manibus, necessaria uidetur, comprehensa sunt, ut probaretur,
 quia utrunq; nostrum Christus suscepit hominem, & manifestū, & oculū
 ū, & terrenū, & cœlestem, id est corpus perfectū, & animam perfectam, et

C in omnibus integram: utrunque enim, utpote utriusque creator, saluauit. Illud etiam intende, quemadmodum hypodytin, quod diximus esse coelestem hominem, epandytin alij interpretes ædiderunt: quia ipse est quo desideramus, secundum quod ait Paulus, superindui: dicit autem sic: Quamdiu enim sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus spoliari, sed superuestiri, ut absorbeat quod mortale est à uita. Quia autem antiquum hoc in nostræ conditionis fuit superindumentum, & nunc illud, utpote quod semel habuimus, recepturi sumus, in subsequentiis explanauit: Qui autem efficit nos in hoc ipsum, deus, qui dedit nobis pignus spiritum. Hypodytin autem illum LXX. uelut qui est interius, uel absconfusus, dicunt. Sed tamen, quia secundus in ordine creationis deductus est, quum prima sit tunica, quæ de terra est, hunc secundum nominant. Atqui hypodytis interius uestimentum est, sed ex eo quod primum eum non posuit, creationis ordinem seruauit. In hoc autem quod hypodytin dixit, ostendit quia ipse est homo noster interior. His

* legislator addidit: Et desuper humerale imposuit, quod astringens cingulo, aptauit rationali. LXX. autem ædiderunt: Et posuit super illum epomidem, & cinxit illum secundum aditum epomidis, & constrinxit illum ad eam superhumerale. Suaue Christi iugum est, id est euangelica uita, quam utpote ipse demonstrans, recte super humeros portabat, de qua ait: Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris: iugum enim meum leue est, & onus meum suaue.

D Vnde & lex in Exodo de superhumerali sic dicit: Et facies superhumerale de auro & hyacintho, & cocco bis tincto, & bysso retorta, opere polymito. Vel sicut LXX. opus uariatum epomidasco, hærentes alteram ad alteram, aliquando unam epomidem, aliquando duas appellans: quia & dominus iugum & oneris memoriam fecit, in duobus unum diuidens, tanquam diuideret epomidem: quod non frustra, sed quia oportet euangelicum hominem, legis mandatum quod dixit, Non occidas, non adulteres, & si quod est aliud, nequaquam præterire, duplicemque in hoc ei operationem exhibere, id est, ut non solum ab homicidio, sed & ira, quæ facit homicidium, abstineatur simul: non tantum ab adulterio, sed à desiderio, ex quo adulterium paritur. Sic una epomis duæque coherentes, alia alteri inuenitur, quia non irasci cohibet, & cautum reddit ad non faciendum homicidium. Necessarie autem hypodyti coniunxit epomida, folius enim coelestis hominis iugum suscipere est, quod Christus dixit. Quod est autem cingulum, quo tunicam & hypodytin cinxit: Ipsum opus discite, dicit enim in tabernaculi constructione: Et facies cydarim byssinum, & zonam, opus uarium. Quia enim cydaris indumentum capitis est, opus autem cinguli siue zonæ, confortare quodammodo & constringere est eum qui cingitur, hoc ostendere legislator proposuit: quia Christus simul creaturam omnem recapitulans, siue restaurans, simul etiam confortans nostram massam, cuius primitias sumpsit incarnationis dispensare mysterium. De quo ait Paulus;

ἘΠΟΔΥΤΗΣ
apud LXX.

Matth. 11.

Exo d. 27.
Dibaphum
intelligit, uarijs
licijs contextum,
quod genus uestium
Alexandria
primum instituit.

Christiani non
solum peccata,
sed & peccatorum
occasionem
fugiant.

Paulus;

A Paulus: Qui notum nobis fecit mysteriũ uoluntatis suæ, ad dispensationem plenitudinis temporum, restaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt. In ipso & Dauid: Dominus regnauit, decorem induit, induit dominus fortitudinem, & præcinxit se; manifestat etiam ipse, quemadmodum Christus confortauit totam nostram massam, uerbo dispensationis circuncingens primitias, quam & appellauit fortitudinem, quia per ipsam & nos fortes facti sumus. Quis aut sit dispensationis modus, Ioannes ait: Verbum caro factum est. Ideoq; cydarim & zonam ait Moyses byssinam esse opus uariatum: byssus enim de terra quum sit, carnem demonstrat, quæ ex terra nostra est; opus plumarij, domini uerbum, qui artifex & uariator totius est creaturæ. Ipse sibi carnem à nobis sumptam operatus est, uarians in ea mysteria quodammodo, & creationis miracula. Post hoc subdidit secundum LXX. Et posuit super ea rationale. Et quomodo? Quædam *ἀντίτυπα* habent, super eum. Sed utraq; ad idem respiciunt. Quod astringens cingulo, aptauit rationali, in quo erat doctrina & ueritas. LXX. autem ædiderunt: Et imposuit super logium ostensionem & ueritatem. Hoc autem alibi sacerdotalem exponens stolam, rationalem iudicij appellauit: secundum rationale enim Christi, id est doctrinam, & prædicationem iudicij futuri regitur. Ostensionem ergo, id est, manifestationem, & cum ea ueritatem habet, utpote manifestante hominibus ignotam mysteriorum ueritatem. Quatuor aut uersuum ei rationale, id est ex quatuor generalibus uirtutibus, & ex duodecim lapidibus partialibus quodammodo, & specialibus fieri præcepit. Quæ sunt autem hæc? Vtiq; de quibus scribebat Paulus: Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, sicut dei dispensatorem. Sed quomodo irreprehensibilis, id est accusatione mundus, & à querela omni liber sit, his quæ postea sequuntur ostendit: Non superbum, non iracundum, non uiolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitem, benignum, castum, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem. Hæc enim unicuique quidem conuenit assequi, maxime tamen sacerdoti. Siquidem figuram gerit CHRISTI, qui prædictos duodecim lapides, super pectus proprium portauit. Cydari quoque texit caput. Siue secundum LXX. Et posuit, inquit, super caput eius mitram. Sed quia & mitræ siue cydaris operationem non ignoramus, & CHRISTI caput esse patrem didicimus, audiamus quod sequitur.

Et super eam contra frontem posuit laminam auream, consecratam in sanctificationem, sicut præceperat ei dominus. Non frustra eorum quæ præcepit dominus Moyse, memoriam facit, sed commemorare nos ea, quæ de lamina in tabernaculi constructione dicta sunt, uolens: illic enim aperte eius utilitas, & uirtus posita est, quum dicit: Facies & lami-

C na de auro purissimo, in qua sculpis opere cælatoris sanctum domino.)
 Vel sicut LXX. & facies laminam auream puram, & formabis in ea for-
 mationem signi sanctitatem domini. Quam autem formationem, uel quod
 Exod. 39. signum, iam non dicit: dicit autem & in alio loco: Fecerunt & laminam
 sacræ uenerationis de auro purissimo, scripserunt que in ea opere gemma-
 rio sanctum domini. Secundum LXX. autem, & fecit laminam auream,
 deductionem auri puri, redemptionem sancti, & insculpsit literas de-
 formatas signis, sanctitatem domino. Sed tamen non dicit quæ erant
 ipsæ literæ, nec uidere, nec audire possumus. Illam ergo notam signifi-
 cat etiam formatio, de qua Paulus dicit: Qui quum sit splendor gloriæ, &
 Hebr. 1. figura substantiæ eius. Quia enim multa de incarnatione unigeniti in hac
 Ioh. 1. functione dicta sunt, ut non omnia humilia de eo putentur, ad substantiam
 incarnati uerbi principium, de quo Ioannes dicebat: In principio erat
 uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: subleuare
 nos legislator uolens, mitram, siue cydarim super caput, propter patrem
 memorauit. Per laminam & sculpturam, seu formationem sanctificatio-
 nis incarnati dei uerbi, qui & sacerdos noster factus est, dignitatem in prin-
 cipio, quam simul cum patre habet, manifestum est quia exposuit. Pro-
 pter quod illam & super cydarim seu mitram, & contra faciem mitræ, siue
 D cydaris imponit, dicit autem:

„ Ligabis que eam uitta hyacinthina.) Siue secundum LXX. Et super-
 Hyacinthus re impones hyacintho retorto: hyacinthum retortum, humanitatem CHRIS-
 tortus. T I intelligens, pro eo quod inseparabiliter coniuncta est diuinitati.

„ Et erit super tiaram imminens fronti pontificis.) Vel sicut LXX. Et
 erit super mitram contra faciem mitræ. Erit super mitram, quia pater in
 filio, & filius in patre. Et ante faciem mitræ, qui enim uidet filium, hic uide-
 re & patrem dicitur: quemadmodum Philippo de patre percontanti Chri-
 Ioh. 14. stus apud Ioannem respondet. Ergo omnis nunc sanctio euidenter in unige-
 niti explanata est mysterium.

„ Tulit & oleum unctionis, quo liniuit tabernaculum, cum omni su-
 „ plectile sua. Quum que sanctificans aspersisset altare septem uicibus, un-
 „ xit illud, & omnia uasa eius. Labrum quoque cum basi sua sanctificauit
 „ oleo.) Ego uisiones multiplicauit, & in manibus prophetarum assimila-
 Osee 12. tus sum, propterea ante loquutus in prophetis dicebat, ut cognosce-
 retis, qui eius uolebat scire mysteria, quod non per unam imaginem, nec
 per unum quoddam signum, sed per multa, quia & multa operatur, ma-
 xime per carnem dispensatam ab eo, salutem hominum comprehensuri
 eramus. Et sicut non solum pastor, sed & ouis, & sacerdos, & ostium
 dicitur: pastor quidem, ut qui hominem conuertit, siue reduxit erran-
 tem; ouis autem, ut qui pro nobis sacrificium factus est; sacerdos uero,
 ut qui

Multis modis
 diuina miseri-
 cordia nobis
 patet.

A ut qui semetipsum obtulit: ostiū autem, ut qui uiam nobis ostendit scientiæ. Sic eius prophetæ multi similitudinem afferunt, & unicuique quædam credita sunt, ut nostræ dispensationis significaret operationem. Hinc quia ipse erat qui ungebat eos, ipse qui ungebatur, ungens uerbo diuinitatis, secundū quā ei omnia communia cū patre, & spiritu sunt, à quo ungi dicitur. Nam Dauid patrem ungentem dixit, quū ait: Propterea unxit te deus deus tuus. Esaias autem unctiōnem filij ad spiritū retulit, dicēs: Spiritus domini super me, eo quod unxit me. Quæ autem pater & spiritus, hæc eadem & filius facit. Ergo ratione diuinitatis ipse est semetipsum ungens, & ipse est qui ungitur dispensatione humanitatis. Similiter offert, & offertur, unde & Daniel, oblatū illum quidem uidet, non uidit autem qui eum obtulit, quia ipse erat qui semetipsum offerebat. Ergo ut saluetur figurarū ueritas, ungit quidem, & offert Moyses, imaginem & ipse Christi gerens, de quo Iudæis dicebat: Prophetam uobis suscitabit dominus de fratribus uestris, sicut me. Quod dominus ad semetipsum referens, dicebat: Si crederetis Moyse, crederetis utique & mihi, de me enim ille scripsit. Aaron autem iterum, ut figura ueri sacerdotis, ungitur, & aperta est illius imago mysterij. Aspergit ergo Moyses altare, corpus uidelicet dominicum, septies: quia domini unctio, tota est spiritus plenitudo, qui in septem operationibus designatur, quemadmodū Esaias dixit. Ungit autē & omnia uasa eius, tam apostolos, quā eos qui eis in tantū similitur uiuunt, ut domus Christi, & uasa recte nominentur. Sic & dominus Paulū eligens, Ananiæ dixit: Vade, quia uas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israël. Sanctificat & luterem, siue labrū, baptisma uidelicet cum basi sua, per quam intelligimus poenitentiam. Supposita est autem hæc baptismati, quia gratiā eius quam sæpe nostro facimus titubare mendacio, per poenitentiam corrigimus, & fulcimus.

Esai. 61.

Deut. 18.

Ioan. 5.

Esai. 4.

Act. 9.

Ephe. 3.

Et tabernaculum cum omni suppellectile sua sanctificauit.) Sanctificatione enim nostra, superna quoque creatura participata est, quæ sancta quidem fuit & antea, sed maiorem sanctificationem adeptā est per carnem dominicam, quam sumpsit ex nobis. Non autem ridiculum uideatur quod dicitur, quia ea quæ in nobis facta est sanctificatione superna, participata est creatura, postquam concessam nobis in Christo participata est scientia, quod manifestat Paulus dicens: Vt notum fieret principibus, & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientiæ dei, secundū dispositionem seculorū, quam fecit in CHRISTO IESU domino nostro. Ergo per ecclesiam superior creatura maioris particeps effecta est scientiæ, si quidem eius sanctificatio iusta dicta est. Qui fundens super caput Aaron unxit eū, & consecrauit, siue sanctificauit.) Et si Christi caput secundū Pauli uerbum, diuinitas intelligitur, non frustra tamen, nec extra ordinem, in hoc mysterio sacerdotis ungi nunc caput legislator scripsit: ut cognoscamus,

C quoniam quemadmodum caput à pedibus diuidi non potest, sic neq; Chri-
 sti diuinitas, post unitionem ab humanitate diuiditur. Sed siue ungi dicatur,
 siue generari, siue pati, siue resurgere, siue assumi dicimus, hoc incarnatum
 uerbum non diuidentes, & dicentes hominem quidem unctum, deum autē
 non unctum, sed deū eundem simul & hominem. Hoc enim & Dauid sine
 aliqua dubietate approbat, quū dicit: Sedes tua deus in seculū seculi, uirga re-
 cta est, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē, propterea un-
 xit te deus deus tuus. Cernis deū dici qui unctus est, quia omnia carnis suae
 manifestum est quod sibi metipso qui incarnatus est, uendicat. Quae enim &
 eius erat unctio, nisi omnino ipsa incarnatio? Secundū hunc modum, caput
 intelligibilis sacerdotis ungebatur, & ipse sanctificabatur. Filios quoque
 eius oblatos uestiuit tunicis lineis, & cinxit baltheo, imposuitq; mitras, ut
 iusserat dominus.) Tunicae filijs Aaron similes Aaron, & zonae, seu balthei
 similes, & cydares siue mitrae imponuntur. Ipsum enim induit, ipso cingun-
 tur, ipsum portant in capite, unde & Paulus dicit: State praecincti lumbos
 uestros in ueritate, ueritas autem Christus: & induti lorica iustitiae, ipse au-
 tem qui factus est nobis à deo sapientia & iustitia. Sed & galea nos salutis
 Paulus indui praecipit. CHRISTVS enim salutare est, sicut Simeon testi-
 ficatus est: Nunc dimittis seruū tuū domine, secundū uerbum tuū in pace,
 quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Quicumq; enim Christo induuntur,
 per eum & patrem induuntur.
 Obtulit & uitulū pro peccato, quūq; super caput eius posuissent Aaron
 & filij eius manus suas, immolabit eū, hauriens sanguinem, & tincto digito,
 tetigit cornua altaris per gyrum. Quo expiato & sanctificato, fudit reliquū
 sanguinem ad fundamenta eius. Adipem quoq; qui erat super uitalia, reticu-
 lumq; iecoris, duosq; renūculos, cū aruenulis suis adolebit super altare. Vi-
 tulū cum pelle, & carne, & fimo cremans extra castra, sicut praeciperat do-
 minus.) Quae praedictae sanctionis sit uirtus, & quomodo unumquodq;
 eius capitulū in unigeniti sacrificiū accipiatur, praecedens continet sermo.
 Vitulus pro peccato sacerdotis, sed & pro populi congregatione offertur.
 Quae intelligentes, & ea quae nunc dicta sunt, plene intellecturi sumus. Hæc
 autem nunc dicimus, quae sola de sanctione immutata sunt: ibi enim Aaron
 imponere manus uitulo, hic autē & filios eius nō frustra hoc custodiens, sed
 etiam unctos scripsit. Quando autem & nos ungemur, & offerimur baptis-
 mati, socij dominicæ efficimur passionis, cuius gerit imaginem baptisma,
 quod etiā docent hæc Pauli uerba: Quicumq; enim in Christo baptizati su-
 mus, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti ergo ei per baptismum in
 mortem eius. Necessarie filij Aaron sacrificio manus, quū sint ei communi-
 cantes, imponunt.
 Obtulit & arietem in holocaustum, super cuius caput quū imposuissent
 Aaron & filij eius manus suas, immolauit eum, & fudit sanguinem eius per
 altaris

Psal. 44.

Unctio Christi
incarnatio fuit

Eph. 6.

Luc. 2.

Filij Aaron im-
ponūt manus.

Gala. 3.

A altaris circuitū, ipsumq; arietem per frustra cōcidens, caput eius, & artus, &
 • adipem adolebit igni, lotis prius intestinis, & pedibus, totumq; simul arie-
 • tem incendit super altare, eò quod esset holocaustū suauissimi odoris domi-
 • ni, sicut præceperat dominus.) Non unū nobis tantum peccatum, sed multa
 ex unigeniti sacrificio sunt donata, id est totius generis humani remissio;
 uita in philosophia perfecta, & singularis mysteriorum noui testamenti in-
 troducō, ad quorum exemplaria & figuras sacrificia, quæ personæ assi-
 gnantur pontificis, offerebantur, maxime umbram cœlestium, per ea quæ
 in terris agebantur, ostendentia. Quod manifestat Paulus, sic de domino di-
 cens: Si enim esset super terram, nec esset sacerdos, quū essent qui offerrent
 secundum legem munera, qui exemplari & umbræ deseruiunt cœlestium.
 Dicit autem eos, qui in templo Hierusalem tunc immolabant. Quia uero de-
 pinxit unū & eundem hominem, sedentem, currentem, & rursus stantem:
 differentes etiā operationes uolens exponere, uarias figuras ad unū quodq;
 eius opus diuidere recte compellitur. Propterea lex sacerdotem, in multis
 imaginem ferentem domini, nunc uitulū pro peccatis immolare, & extra ta-
 bernaculū incendere præcepit. Sic enim & domini sacrificiū, ad ablutionē
 naturæ nostræ peccatorum factum est. Nunc autem iterum ei sacrificium
 aliud in holocausto arietis præcepit fieri. Crucifixus enim mundus, & re-
 nunciatus mundo conuersatio, quæ est holocaustum, **CHRISTVM** habet
B primitias, doctoremq; & exemplū, propter quod dixit: Qui nō accipit cru-
 cem, & sequitur me, non est me dignus: id est, qui sic non renunciat mun-
 do, sicut à me ei traditū est, hoc est enim eum sequi, non est me dignus. Sed
 • cuius rei gratia diuiditur holocaustū? Pedes autem eius, & intestina, siue
 • secundum **LXX.** uenter lauantur.) Interpretatio holocaustomatis, quæ in
 initio libri facta est, sufficienter expleuit: quod autem immutat de sacrificio,
 hoc necessarie dicitur, quia ibi quidem partes fieri oblationum dixit, cor-
 pus per hoc significans & animam debere offerri, in nobis autem hæc diuisi-
 ones, utpote quæ sibi inuicem sunt contrariæ, secundū quod Paulus ait, no-
 minantur: In Christo autem non sunt diuisiones, hominem quippe mundū
 à peccato incarnatus est, qui non est diuisus in operibus carnis, quibus ad-
 uersatur spiritus, propter quod nec diuisionū in eo sacrificio lex memoriam
 fecit. Pro eo autem quod uitulū quidem in peccato, arietem autem in ho-
 locaustū sacerdos offeret, hoc absolute lex significat: ut quia cōuersatio per-
 perfecta per holocaustomatis oblationem cognoscitur, aries necessario in sacri-
 ficiū offeratur: hic quippe ducātū præbere ouibus euntibus in pascua, & ad
 egressum, ingressumq; à caulis, & in caulas solet, sicut & Christus dux perfe-
 ctæ conuersationis est, à quo uidelicet sumpsit exordium, atq; ideo intrare
 per se, & exire ouibus præcipiebat.

Sacrificij Chri-
 sti efficacia.

Hebr. 8.

Luc. 14.

Roma. 7.

Aries Christi
 symbolum.

• Obtulit & arietem secundum, in consecrationem sacerdotum, posue-
 • runtq; super caput eius Aaron, & filij eius manus suas. Quem quū immo-

C lasset Moyses, sumens de sanguine, tetigit extremū auriculæ dextræ Aaron,
 » & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis dextri, obtulit & filios
 » Aaron. Quumq̄ de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auricu-
 » læ singulorum dextræ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquū fudit super
 » altare in circuitu. Adipem uero & caudam, omnemq̄ pinguedinem quæ
 » operit intestina, reticulumq̄ iecoris, & duos renes cum adipibus suis, & ar-
 » mo dextro separauit. Tollens aut̄ de canistro azymorū, quod erat coram do-
 » mino, panē absq̄ fermento, & collyridam cōspersam oleo, laganūq̄ posuit
 » super adipes & armum dextrum, tradens simul omnia Aaron ac filijs eius.
 » Qui postquā leuauerunt ea coram domino, rursus suscepta de manibus
 » eorum, adoleuit super altare holocausti, eo quod consecrationis esset obla-
 » tio, in odorem suauitatis sacrificij domini. Tulit & pectusculū, eleuans illud
 » coram domino de ariete consecrationis in partem suam, sicut præcepit ei do-
 » minus.) Aperte hæc sanctio, eorum quæ circa nos aguntur mysteriorū ex-
 » ponit traditionem, & pascha mysticum, quod Christus cum discipulis suis
 » comedit, significat, quod docent ea quæ per partes in sacrificio peragi præci-
 » piuntur. Obtulit & arietem secundum in consecratione sacerdotum.)

LXX. autem ædunt: Obtulit Moyses arietem secundum explicationis.

*Sacrificium ex-
plicationis.*

Recte eorum quod in nos celebratum est mysterium, sacrificium explica-

D ab imperfecta lactis educatione produxit, id est ab ea quæ in lege est, de qua

Hebr. 5.

Hebr. 7.

Paulus dicit: Omnis enim qui lactis est particeps, expertus est sermonis iusti-
 tiæ, paruulus enim est. Et rursus: Nihil autem ad perfectū adduxit lex, sub-
 introductio autem maioris spei quæ data est, in hac nos spe constituit. Ve-
 runtamen sacrificium hoc eam, quæ dicta est maior spes, per quam semper
 propinquamus ad seruiendum deo, innuit. Cur autem aries, secundus hic

Secūdus aries.

nunc aries nominatur? Quia uidelicet prius figuratam ouem, cum apostolis
 cœnans dominus, postea suum obtulit sacrificium, & secundo sicut ouem
 ipse semetipsum occidit, quod demonstrant sequentia. Posueruntq̄ Aa-
 ron & filij eius manus suas super caput eius. Quem quū immolasset Moy-
 ses.) Necessarie simul cum Aaron, & filij eius super caput arietis manus im-
 ponunt, quia communem cœnam festiuitatis paschalis cum suis Christus di-
 scipulis celebrauit. Quū enim quosdam discipulorū ad præparationem do-
 mus, in qua pascha celebraturus erat, dirigeret, sic ait: Dicite patrifamiliās,
 quia magister dicit: Vbi est diuersoriū, ubi pascha cū discipulis meis man-
 ducem? Sed Moyses sacrificium hoc celebrat, quia magist̄ ab alijs ipse Chri-
 sti figuram gerit. Tunc autem maxime sacrificium suū Christus celebrauit,
 unde & illud incipit, uide enim sequentia.

Luc. 22.

*† Ab alijs, pro
præ alijs.*

» Quē quū immolasset Moyses, sumens de sanguine, tetigit extremum au-
 » riculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis de-
 » xtri, obtulit & filios Aaron. Quumq̄ de sanguine arietis immolati tetigisset
 » extremū

A extremum auriculæ singulorum dextræ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum.) Quis sit sacrificij huius effectus, unctio aurium, & manuum, pedumq; demonstrat; pro obedientia quippe nostra, actio bona, atq; conuersatio celebratur. Vnde & aures nostræ unguuntur, ut inobedientia Adam carentes, unigeniti obedientiam consequantur. Post hæc extrema manuum unguuntur, & pedum, quia non solum manus, sed & pedes pro actione accipiuntur, quod probatur ex eo quod Dauid dicit: Pes meus stetit in uia recta. Et rursus; Statuit supra petram pedes meos. Quia autem actiones quasdam bonas, quasdam autem malas habemus, & figuram malorum sinistra gerit, recte dextra ungitur. Confortantur enim ea quæ unguuntur, & destruuntur, atq; disperduntur ea quæ non unguuntur; quod aperte demonstrat disperdens Aegyptum angelus, quia ubi unctio immolati inueniebatur, non percutiebat. Sed tamen primus sacerdos sanguine, & post eum filij eius, secundum legem ungebantur: quia & ipse dominus primus in coena mystica intelligibilem accepit sanguinem, atq; deinde calicem apostolis dedit. Sed ecce legislator hic post unctionem Aaron & filiorum, subdidit: De sanguine reliquum fudit super altare per circuitum.) Quod & Christum fecisse inuenimus, bibens enim ipse, & apostolis bibere dans, tunc intelligibilem sanguinem super altare, uidelicet suum corpus, effudit. Corpus autem Christi ecclesia est, & omnis plebs eius, quod specialiter dicentem Marcum inuenimus. Et sumens, gratias agens, dedit eis, & biberunt ex eo omnes, & dixit eis; Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effusus est. His conueniunt ea quæ sequuntur:

*Psalm. 39.
Sinistra manus
figuram malorum
actionum
habet.*

*Intelligibilis
sanguis à Christi
sumptus in
coena.*

Mar. 14

B Adipem autem & caudam, omnemq; pinguedinem quæ operit intestina, reticulumq; iecoris, & duos renes cum adipibus suis, & armo dextro separauit.) Pro cauda LXX. lumbum, & pro intestinis, uentriculum, & pro reticulo iecoris, pinnam epatis adiderunt. Cuius autem hæc figuram gerunt, in salutari sacrificio, seu pacificorum, per singula discussum est. Non frustra autem ea nunc in ariete consummationis commemorat, sed quia Christi mysticum pascha, & eorum perceptio, ad salutem hominum prouenit, quibus doctorem superædificare sequentia, nostri mysterij præparat uirtus. Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram domino, panem absq; fermento, & collyridam conspersam oleo, laganumq; .) Pro canistro azymorum, LXX. canistrum consummationis adiderunt. Per canistrum autem consummationis, linguam domini intelligimus: Sola quippe præcipuam perfectamq; doctrinam introduxit. Propter quod dicebat: Non ueni soluere legem, sed implere: utpote ipse implens quæ minus erant in lege. Bene autem eam & canistrum, tam propter contextum dictorum uocauit, quum multa in parabolis dixerit, ita ut Iudæi non omnia intelligerent, quum quia ferculum quodammodo, & mensa totius doctrinæ erat. Quia ergo rationale erat mysterium, & ea quæ efficiuntur, ex ratione subsistunt, recte de canis-

*Canistrum azymorum,
linguam
domini significat.*

Matth. 5.

Cstro consummationis, id est, de lingua sua panem mysticum proponit. Quo modo autem eum proponit panem? Absque fermento, & collyridam conspersam oleo, id est apostolicam doctrinam, legalemque, & propheticam.

Exod. 12. Lex enim & prophetæ, & apostoli eius memoriam faciunt: lex quidem, Esa. 55. dicens: Hic est panis, quem dedit uobis dominus comedere. Prophetæ autem: Panis ei dabitur, & aquæ eius fideles sunt, regem in decore suo uidebunt. Apostoli autem uberius exponunt Christi mysteriū, unde nec lagnum, nec collyridā, panes autē doctrinæ, utpote magis nutrientes, dicuntur. Quos enim secundū hic LXX. de oleo panes appellauerunt, hos secundum hos ipsos LXX. collyridas in scenopegia canistrum consummationis exponens, quod accipiebatur in unctione sacerdotis, legislator appellauit, per collyridam significans legis eloquium. Quantum autem collyridæ deteriores sunt panibus, nulli est dubium. Vnde apostolorum sermones, prophetarū & legis præponuntur sermonibus: quia maiorem perceperunt gratiam, ita ut Paulus diceret: Posuit deus in ecclesia primum apostolos, deinde prophetas. Deinde ipsi post euangelicam traditionem, introducunt Christi mysteria, introducunt autem, legis, prophetarumque utentes testimonijs. Propter quod eis collyridæ, & lagana simul subiecta sunt, & coniuncta. Sed quid his adiciat intendamus. Posuit super adipem & armum dextrum, tradens simul omnia Aaron ac filijs eius. Illud lex cōtestatur, quia omne desiderium, omnemque actionem bonam offerri mysterio sit necesse, si tamen uis illud secundū dei intentionem, legisque suscipere. Sed & prædictum sequens ordinem, ait: Tradens simul omnia Aaron, filiisque eius. Prius siquidem Christus sua mysteria inchoauit, & tunc ea nobis, qui facti sumus filij eius per lauacrum regenerationis tradidit. Et leuauerunt ea coram domino. Ipsum enim mysterium, quod nobis tradidit, hoc cū sua carne in cælos leuauit. Dicens autem, leuauit eam coram domino, modum quo obtulerit eis qui post futuri erant, exposuit.

Rursumque suscepta de manibus eorum, adoleuit super altare holocausti, eo quod consecrationis esset oblatio, in odorem suauitatis sacrificij domini.)

Cant. 1. Altare holocausti, Christi corpus dicitur, sed et odor suauissimus, de Christo enim aperte in Canticis canticorum dicitur: Vnguentum effusum est nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te. Sacrificij domini.) Id est sacrificij & holocaustomatis. Sicut mādauit dominus, Ipse enim mandauit: Quotiescunque hoc bibitis, mortē domini in uobismetipsis annunciate.

Luc. 22. Tulit & pectusculū, eleuans illud coram domino de ariete consecrationis. Seu secundū LXX. consummationis in partem suam, sicut præceperat ei dominus. Sicut in sacrificio pacificorum, seu salutari pectusculum, sic & hic offertur, utique intelligibili Moyse, id est Christo pectusculū arietis consecrationis, seu cōsummationis separatur: quia per pectusculū, fides & confidentia figuratur, sicut pridem diximus. Quum autem ipsius sit sacrificium, necesse

A necesse est ut & fides ipsi quæ in eo est, deputetur. Assumēs ergo ungen-
 tum, & sanguinem qui erat in altari, asperit super Aaron & uestimēta eius,
 & super filios eius, ac uestes eorū. Quumq̄ sanctificasset eos in uestitu suo.)
 Quod unigeniti sanguis, & unctio spiritus, unius sint operationis atq; uirtu-
 tis, & nimis recte oleū unctionis, & sanguinē altaris, id est, dominici corporis
 legislator unxerit, audi Ioannem dicentem: Tria sunt quæ testimoniū præ- *1. Ioan. 5.*
 bent, & tres unum sunt, spiritus, sanguis, & aqua. Vnum enim effectū san-
 ctificationis habēt. Multum recte uestem Aaron ab stolis filiorum Aaron
 lex separauit. Nam etsi ad imitationem, domini uestem, qui ab eo adoptati su-
 mus, habemus, ueruntamen quantum pontificis differat uestis, per anterio-
 ra didicimus, aut quid sit, & quā multiplex. Tunica enim illam dixit habe-
 re super humerale, & rationale, unde recte & nunc pluraliter nominatur. Ea
 autem quæ est filiorum Aaron, etsi uniformis est tunica, tamen & ipsa est.
 Sed quia multas uirtutes una tunica, seu stola habet, Christi enim tunica siue
 stola, qua hi qui ab eo uncti sunt, induuntur, adoptionē habere, incorruptionē
 habere, & in cœlis requiē, et alia talia cognoscit; propterea appellatur tunica
 siue stola, licet una sit omnium. Quicūq; em̄ in Christo baptizati sumus, Chri- *Gala. 3.*
 stum induti sumus. Sed tamen propter abundantiam donorū, quæ ex ea sunt,
 pluraliter nominatur, & nimis recte, propter ueritatem quæ in ea figura-
 tur. Figurans eam forma, siue distinctione acri, uiam quæ in ea est, præter-
 mittere cogitur. Ecce enim quum uniformis sit tunica, siue stola filiorū Aa-
 ron, multas tamen, & non unam tunicam nominauit. Si autem intelligibilē
 sanctificari Aaron asperione sanguinis & olei cognouimus, non admire-
 mur quod dictum est: ipse enim CHRISTVS ad sanctificationem nostrā,
 asperione proprii sanguinis uidelicet, passionem suam pro nobis obtulit,
 unde filios Aaron & tunicas seu stolas cū Aaron dixit sanctificari, quia quæ
 cūq; in nobis contingūt, ad eū, ut caput scilicet totius corporis, necessario
 reducūtur. Ad probationē autem eorum quæ dicta sunt, domini sumamus
 uerba: quum enim crucifigendus esset pro nobis, hæc sub orationis forma,
 ad instruendam obedientiam apostolorū dixit: Sicut me misit pater in mun- *Ioan. 20.*
 dum, & ego misi eos in mundum, & pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint
 & ipsi sanctificati in ueritate. Ergo aperte sanctificationem, sacrificium quod
 pro nobis obtulit, ex quo & nobis sanctificatio proficit, appellauit.

Quumq̄ sanctificasset eos in uestitu suo, præcepit eis dicens: Coquite
 carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. Panes quoque conse-
 crationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi dominus,
 dicens: Aaron & filij eius comedent eos. Quicquid autem reliquum fue-
 rit de carne, & de panibus, ignis consumit. De ostio quoque tabernaculi
 non exhibitis septem diebus, usque ad diem quo complebitur tempus con-
 secrationis uestre. Septem enim diebus finitur consecratio, sicut & in præ-
 sentia factum est, ut ritus sacrificij compleretur. Die ac nocte manebitis in

C tabernaculo obseruantes custodias domini, ne moriamini, sic enim mihi præceptum est. Feceruntque Aaron & filij eius cuncta quæ præcepit dominus per manum Moyse. Præcipua nunc legislator prouidit, discretiue que mysteria, & figuraliter per ea quæ nunc contemplatus est, tradidit, intra ecclesiam ea perfici, & nullatenus prophanorum uisibus & auribus publicari, nec cuiuslibet uolenti prophanandi ea esse facultatem. Vnde quia tabernaculum testimonij dei coelum esse, atrium autem tabernaculi huius ecclesiam, quia ipsa est ante coeli introitum collocata, ipsa Hierusalem quippe celestis tenet imaginem, sicut olim prædiximus, intus in ea carnem sacrificij coqui præcepit. Ait enim:

Mysteria ecclesie.

Præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. Et sicut addunt LXX. in loco sancto. Est autem locus sanctus altare, ibi enim sanctus sanctorum requiescit. Sed quid addidit? Et ibi comedite eas. Panes quoque consecrationis, siue ut LXX. ædunt, & panes qui sunt in canistro consummationis edite, sicut præcepit mihi dominus. Aaron & filij eius comedent eos. Quomodo ergo in his non admiranda sit sapientia spiritus? nullam quippe dubietatem huiusmodi intellectui dereliquit: propterea carnes cum panibus comedi præcipiens, ut nos intelligeremus, illud ab eo mysterium dici, quod simul panis, & caro est, sicut corpus Christi panis uiui, qui de coelo descendit. Propter quod Heliae secundum

Carnes cum panibus comedere.

D LXX. æditionem, carnes mane, panes autem uesperis deferebant corui superne, præfigurare hoc mysterium domino uolente: quod intus oportet in ecclesia, in loco sancto, id est, ad altare coqui, & comedi: alibi uero nequaquam. Propter quod Paulus Corinthijs præcipiebat: Conuenientibus autem uobis in unum, iam non est dominicam coenam manducare: unusquisque enim suam coenam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam dei despicitis? Et hoc ideo, ut illic absolute mystica coena deberet celebrari. Aaron & filij eius illud recte comedunt: nisi enim Christus rogatus ore sacerdotum, ipse uenerit, & coenam sanctificauerit, & initiauerit ea quæ aguntur, nullatenus sacrificium dominicum fiunt. Sed hoc quod reliquum est de carnibus, & panibus, in igne incendi præcepit. Quod nunc uidemus etiam sensibiliter in ecclesia fieri, ignique tradi quæcunque remanere contigerit inconsumpta, non omnino ea quæ una die, uel duabus, aut multis seruata sunt: sicut enim apparet, non hoc legislator præcepit: sed quod reliquum est, incendi iubet. Dies autem non commemorauit, ut quæcunque cuiuscunque rei causa emergente remanserint inconsumpta, siue tempus in causa sit, siue quid aliud fuerit, ignis opus & consumptio fiat. Ergo ex hoc quod agitur sensibiliter, significatio cuiusdam intelligibilis rei, eis qui intendunt, prouenit: ut quando ad comestionem sacrificij deficiamus, & comedere illud integra non possumus,

Quid sit quod Heliae corui mane carnes, panes autem uesperis attulisse in libris Regum legatur 1. Corinth. II.

Vide morem incendiarum reliquiarum coenae dominicæ.

mente

A mente forsan lassescence, siue deficiente, utrum ea quæ uidentur, corpus oporteat intelligi domini, in quod oculis nec angeli possunt prospicere, non re-
 Inqui, sed etiã tradi ea igni oportet spiritus, ut ea comedat, quæ nobis sunt ex
 infirmitate inesibilia. Quomodo autem comedat, quum cogitauerimus, uir-
 tuti spiritus esse possibilis ea quæ nobis impossibilia uidentur. Vnde & sub
 sequenter disputare legislator uidetur. Dicit enim sic: De ostio quoq; ta-
 bernaculi non exhibitis septem diebus.) Septem cur? Quia quinquagesima
 dies, septenario numero in semetipso multiplicato, & uno ei adiecto perfici-
 tur. Vnde & hebdomadarum eam festiuitatem apud Moysen dici, manife-
 stant sequentia, ait enim secundum LXX. Vsq; ad diem completionis quin-
 quaginta dierum, Pentecosten dicens: complet enim septenarium numerũ
 in semetipso multiplicatum. Et cuius rei gratia dierum consummationis di-
 cuntur, sequentia ostendunt. Septem enim diebus finitur consecratio, siue
 consummatio, sicut in præsentiarum factum est.) Quia non semel eos con-
 secrauit sanguine, & panibus, sic enim cognouimus in præcedentibus per-
 actam consecrationem seu consummationem. His similia & Lucas tradit, ait
 enim de domino, & discipulis: Quibus & præsentauit semetipsum post
 mortem suam, in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis,
 & loquens de regno dei, et conuescens, præcepit ab Hierosolymis ne disce-
 derent, sed expectarent promissionem patris. Cernis quomodo consecra-
 bat, siue perficiebat eos, apparēs eis, & docens de regno dei, & conuescēs,
 B Dicens autem ab Hierosolymis non discedere, non præcepit ianuam taber-
 naculi progredi uel egredi, id est, non permittit prædicare, usq; dum pro-
 missionē spiritus, quæ facta est quinquagesima die, acciperent. Non autē exi-
 re de ianua tabernaculi testimoniũ, uacare est à uerbo doctrinæ, & non præ-
 dicare euidenter: quia ostium semetipsum Christus, utpote qui initium est
 omnis diuini uerbi, & scientiæ, insinuauit. Introire autem eius ostiũ, & egre-
 di, ut præsumere in ipso intelligamus, ipse nobis tradidit, quando quosdam
 aliena docentes, & in errore mittentes, ante præsentiam suam, reprehendēs
 dicebat: Omnes quotquot ante me uenerunt, fures fuerunt, & latrones, sed
 non audierunt eos oues. Et post hæc subdidit: Ego sum ostiũ, per me si quis
 intrauerit, ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Ingressum per se-
 metipsum, & egressum, diuinarum scripturarum appellans profectum.
 Quia autem completio dierum illa maxime dicitur, plane per Lucam spiri-
 tus tradit: Et dum complerentur dies pentecostes, erant omnes simul: fa-
 ctus est autem repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus ue-
 hementis, & repleuit totam domum, in qua sedebant: & apparuerunt illis
 dispersitæ linguæ, sicut ignis, seditq; supra singulos eorum, & repleti
 sunt omnes spiritu sancto. Non frustra ergo dies completionis dierum, &
 cōsummationis pentecostes dicitur, sed ut cōpletionē quidē dierũ septenarũ
 habens, gerens autem spiritus plenitudinē, implens eos perfectione, quibus

Act. 1.

Ioan. 10.

Ingradi.
Egredi per
ostium.

Act. 2.

C infundebat spiritum. Quod si dicatur, quia quadraginta quidem dies cum apostolis, perficiens eos Christus, fuit; qui autem secundum legem sunt perfectionis septem dies, integram, sicut diximus, pentecosten describunt. Scien- dum est, quia nec in medijs inter ascensionem & pentecosten diebus, ab apo- stolis separatus est: nam quomodo dixit eis: Ecce ego uobiscum sum omni- bus diebus. Et rursus: Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Pro- pterea legislator subdidit: Sicut in praesentiarum factum est, ut ritus sacri- ficij cōpleretur. Vel sicut LXX. in die hoc sic praecipit dominus facere, ut detis pro uobis. In qua die enim tradidit cenae mysteriū, in eadē die depre- cationem, siue propitiationem insinuauit, id est peccatorū remissionem, di- cens: Hic est meus sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur, in re- missionem peccatorum. Verbis etiam ipsis, ea quae in euangelio scripta sunt, praedicat, sicut cognoscere ex his quae subsequuntur potes. Die ac nocte manebitis in tabernaculo. Vel sicut LXX. Ad ianuam tabernaculi testimo- nij sedebitis septē diebus, die & nocte. Dominus uero apostolis ait, Vos au- tem sedebitis in ciuitate, usq̄ dum induamini uirtute ex alto, sic plane sedebi- tis, ait. Et ipse discipulos hebdomadam dierum, nihil agentes manere, & non praedicare praecipit. Vnde ex toto non docentes apostolos, antequam cō- plerentur praedicti dies, inuenimus: completis autem diebus, Petrus mox praedicationem incipit, quando & additae sunt animae circiter tria milia: sic & ipsi per singula mandatum hoc custodierunt, & maxime in eis comple- tur ea, quae in subsequentijs dicuntur.

Apostoli ante pentecosten diē non docuerūt.

Aaronem cum filijs suis con- iungi.

D Observantes custodias domini, ut non moriamini. Sic enim mihi praeci- pit dominus. Feceruntq̄ Aaron & filij eius cuncta quae loquutus est domi- nus per manum Moysi. Si quaeritur cur Aaron filijs suis cōiungat, inuenie- tur causa omnino necessaria, & ad rei cōsiderationem opportuna. Non em̄ exire de ianua tabernaculi testimonij, id est, non interim attrahari euangeli- cam praedicationem, his qui praedicti sunt praecipit. Quum ergo Christus apparuit apostolis, suam ianuam non egrediebatur, ipse siquidem erat, qui & praedicandus erat, & qui in apostolis loquebatur. Propterea cum filijs & ipse Aaron consecrari, seu consummari dicebatur. Quis sit autem conse- crans siue consummans, legislator nequaquam subdidit, ait enim: Septē die- bus finitur consecratio, siue secundum LXX. consummauit manus uestras, sicut & fecit. Manifestum est autem, quod ipse erat qui filios consecrabat, si- ue perficiebat, qui & perfici in eis siue consecrari, utpote in membris pro- prijs, dicebatur.

C A P V T I X.



H Acto autem octauo die, uocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores natu Israēl, dixitq̄ ad Aaron: Tolle uitulū pro peccato, & arietem in holocaustum, utrosq̄ immaculatos, & offer illos co- ram domino, & ad filios Israēl loqueris: Tollite hircū pro pec- cato.

eato, & vitulum, atq; agnum anniculum, & sine macula, in holocaustum, bo-
 uem, & arietem pro pacificis, & immolate eos coram domino in sacrifi-
 cio singulorum, simulam oleo conspersam offerentes, hodie enim dominus
 apparebit uobis.) Sicut aliquando imago animalis cuiusdam, aut uirgulti for-
 te depingitur, aut scribitur, aut in aere exprimitur, & non quidem aperta in
 initio operationis, aut scripturae, aut aeris expressio est, in processu autem
 operis, principali augmento perficitur: sic & quaecunq; legislator nunc in fi-
 gura exponit, clariora additamento eorum quae per partes sancit, & planio-
 ra fiunt. Quia ergo diem consummationis, seu consecrationis pentecosten
 intelligi oportet, ostendimus, & quia usq; ad eum diem dominico mandato
 praedictio inhibita est, propterea non exire ianuam tabernaculi testimonij
 filios Aaron praecipit. Considerandum est, qualia consummari & in hac die
 lex praecipit. Diem enim octauum pentecosten appellat, quia pentecosten
 dies incidit in hac, qua saluator resurrexit, quae esse octaua creditur: quia figu-
 ram gerit primitiarum futuri, sed & consummationis praesentis seculi, quae
 in septem reuoluitur diebus. Pentecosten autem circulus sub praedicto nu-
 mero est, ergo recte incidit in praesenti seculo. Consummatione, simulq; re-
 surrectionem significat pentecosten dies: oportebat enim, ut in qua die sur-
 rexit Christus, in eadem & spiritus adueniret. Tunc ergo uocari Aaron, &
 filios eius, & maiores natu Israel ait, ecclesiam quodammodo, per eorum qui
 dicti sunt, aedificans uocationem. Tunc quippe prius conuocatum est ecclesiae
 spectaculum, in qua intelligibilis Aaron, id est Christus, sacerdos esse credi-
 tur: filij autem eius, qui sublimis sunt conuersationis, & ideo sacerdotij mini-
 stri, & cooperatores sunt. Maiorum natu autem Israel, presbyterorum or-
 do est, ex his quippe corpus ecclesiae componitur. Sed Aaron quidem acce-
 pit ibi vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, utrunq; immacula-
 tum, & obtulit coram domino. Tunc enim Christus sacrificium suum inno-
 tescere coepit, ex quo spiritus adueniens, Parthos, & Medos, & Elamitas, &
 omnium gentium primitias, ad apostolorum coenaculi superiora collegit.
 Accepit autem & ordo maiorum natu Israel, quem presbyterorum esse dixi-
 mus, utpote ipse sortem, & figuram doctorum gerens, & qui ad docendos
 nos utilis est, uitamq; perficere in ecclesia conuenientium potest. Quae autem
 sunt haec quae accepit:

Legislator sta-
 tuarios & pi-
 ctiores imita-
 tur, dum uideli-
 cet quaedam ru-
 dia, & lineis
 tantummodo
 aduibrata pro-
 ponit.

Pentecosten dies

Octauo die
 Christi resurre-
 xisse quid.

Innotescere,
 pro notum fa-
 ce, noue dixit.

Hircum pro peccato.) Pro poenitentia uidelicet sacrificium. Et uitulū,
 & agnum anniculum in holocaustum immaculatos.) Perfectam uidelicet,
 & consummatam uitam, siue conuersationem, quae per hostias, id est per holo-
 causta significatur. Et bouē, & arietē pro pacificis) sed ad sacrificium salu-
 tare: mediocrem conuersationem, quae tamen potest saluare eos qui offerunt,
 sicut supra diximus. Corā domino autem omnia praecipit fieri: oportet quip-
 pe omne uirtutis opus, utpote uidente deo, peragi, & non corrumpi, neque
 uitiari, quum permiscemus ei uoluntatem nostram. Sacrificium simulae

C conspersæ oleo.) Theologiam cum eleemosyna, hoc enim prædicta sacrificia subtiliter nobis olim discussa innotuerunt. Quid autem his nunc subdit: Quia hodie dominus apparebit uobis.) Hoc conclusio & probatio est, quia de pentecoste prædicta omnia dicebantur: in ea enim eis apparuit dominus, spiritus uidelicet, de quo Paulus dicebat: Dominus autem spiritus est. Quomodo autem apparebit in eis, dixit Lucas: Visæ sunt eis dispersitæ linguæ, sicut ignis, & federunt supra singulos eorū. Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses ad ostium tabernaculi, quum ibi omnis staret multitudo.) Aperte hic ecclesiam exposuit. Ad ostium tabernaculi.) Vel sicut LXX. ante tabernaculum testimoniū, uidelicet cœli. Si enim ecclesia frequentia est angelorum primitiuorum, qui scripti sunt in cœlis, ante tabernaculū testimoniū, id est ante faciem cœli: sic enim & Aquila ante faciem interpretatus est, hoc quod dictum est secundum LXX. ante dominum. Si ergo ita est, pro eo quod ad illam se conuersionem aptat, ante tabernaculū recte intelligitur. Hic autē omnis multitudo, siue synagoga omnis accedit, id est ea quæ ex omnibus, & undiq; est congregatio: omnis quippe contrita anima, & omnis peccator, omnis misericordiam necessariam habens, omnis ab errore se conuertens, in hac ecclesia congregatur: non solum eos qui de plateis & uicis sunt, sed & eos qui de uis, & de sepibus uocari præcipiens, ut regalē cœnam ingredientibus implerent. Ait Moyses: Iste est sermo quem præcepit dominus, facite, & apparebit uobis gloria eius.) Gloriam esse domini spiritum, manifeste ostendit quod Paulus ad Corinthios scripsit: Nos omnes reuelata facie gloriam domini specularantes, in eandem imaginem transformamur, de gloria in gloriam, sicut à domini spiritu. Ut ergo gloria domini uideretur, id est ut aduentus celebraretur spiritus, iste est sermo, inquit, quē præcepit dominus, facite, uidelicet mysticus, de quo præceperat dominus: Hoc facite in meam commemorationē. Sermonem autem legislator ex consuetudine illud uocat, quia plus sermone subsistit huius dispelatio mysterij, maxime dominico uerbo ea quæ apparent, in aliud aliquid maius & intelligibile transferente. Vnde quū manna imaginē panis uitæ, qui descendit de cœlo, præsentaret: Hic est panis, ait, quem dedit uobis dominus ad comedendum, hic est sermo quē constituit dominus. Quid ergo ex his quæ dicta sunt legislator significat, nisi quia sine dubio agentibus eis sanctum mysterium, & dominicam cœnā celebrantibus, aduenit spiritus? Quod etsi nō planius expositum habemus, multa quippe studio breuitatis scriptura diuina prætermisit, quæ fas est ex alijs colligere. Erat enim dies qui appellatur dominicus, in quo oportebat modis omnibus agere apostolos mystica et sacra. Nam & nos illorum sequentes traditionem, dominicā diuinis conuentibus sequestramus. Inuenimus autem & Christum similiter post resurrectionem à mortuis, per mysticæ cœnæ, & panis fractionem manifestatum: quod aperte quidem Lucas, planius tamen etiam Ioannes euangelista tradit.

Multa dedit
 nobis dominus
 ex uerbis suis
 coniectanda.

A dit. Dixit ad Aaron: Accede ad altare, & immola pro peccato tuo, offerēs
 „ holocaustum, & deprecare pro te, & pro populo. Quumq; maētaueris ho-
 „ stiam populi, ora pro eo, sicut praecepit dominus.) Vbi nostra trāslatio pla-
 „ nius habet, pro te & pro populo: pro teipso, & pro domo tua LXX. adide-
 runt. Qui autem sunt domus intelligibilis sacerdotis, Paulo dicente cogno-
 „ sce, ait enim: Christus autem ut filius in domo sua: quæ domus nos sumus,
 „ si fiduciam, & gloriam spei usq; ad finem firmam retineamus. Ergo hi qui
 „ profecerunt, & perfectiores sunt, domus eius iuste appellantur: pro quibus
 „ deprecatur, & pro omni populo, utpote qui nostra factus est propitiatio.
 „ Sed & pro semetipso, cur hoc, quum propitiatione non egeat, magis autē
 „ ipse præstet propiciationem? Sed ut nostrum peccatum suscipiēs, etiā pro
 „ semetipso deprecatur: euidēter enim hoc hominis est, & dei, id est, sicut ho-
 „ minis propiciationem suscipientis, & sicut dei, sibimet præstantis. Alter em̄
 „ homo sibimetipsi propiciationem præstare non potest.

Heb. 5.

Domo dei.

Aaron pro se-
ipso orat, quo-
modo intelligē-
dum.

„ Statimq; Aaron accedens ad altare, immolauit uitulum pro peccato suo,
 „ cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui. In quo tingens digitum, tetigit cor-
 „ nua altaris, & fudit residuum ad basim eius. Adipemq; ac renūculos, & reti-
 „ culum iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat
 „ dominus Moyli. Carnes uero & pellem eius extra castra combussit igni.
 „ Immolauit & holocausti uictimam. Obtulerūtq; ei filij sui sanguinem eius;
 „ quem fudit super altaris circuitum. Ipsam etiam hostiam in frustra concisam,
 „ cum capite, & membris singulis obtulerunt. Quæ omnia super altare cre-
 „ mauit igni, lotis prius aqua intestinis, & pedibus.) Et cuius rei gratia hæc eti-
 „ am in hoc loco sacrificia peraguntur, superius diximus. Non ergo necesse
 „ est, iterum eorū uirtutem per singula dicere, quæ in hoc sacrificio peragun-
 „ tur, quum olim ea per ordinem discussimus, & cuius comparisonem ge-
 „ rant, nihil intermittentes ostenderit. Et quemadmodum in domini sacri-
 „ ficio, quod quum unum sit, non tantum nobis peccatorum præstans re-
 „ missionem, sed & uitam perfectam in philosophia, & consummatā efficiēs,
 „ necessarie & in uitulum, qui pro peccato est, & in arietem hunc, qui in holo-
 „ caustum immolatur, oportet reputari: unde & in persona sacerdotis utrun-
 „ que perspicimus oblatum: iam ergo & ad subsequētia ueniamus.

„ Et pro peccato populi offerens, maētauit hircum, expiatoq; altari, fecit
 „ holocaustum, addens in sacrificio libamenta, quæ pariter offerantur, & ado-
 „ lens ea super altare, absq; ceremonijs holocausti matutini. Immolauit & bo-
 „ uem atq; arietē, hostias pacificas populi. Obtulerūtq; ei filij sui sanguinem,
 „ quem fudit super altare in circuitu: adipem autem bouis, & caudam arietis,
 „ renunculosq; cum adipibus suis, & reticulum iecoris, posuerunt super pe-
 „ ctora. Quumq; cremati essent adipēs super altare, pectora eorum, & armos
 „ dextros separauit Aaron, eleuans coram domino, sicut præceperat ei Moy-
 „ ses.) Cuius figuram ea quæ dicta sunt habeant, & quemadmodum pro pec-

Doctrina ois
debet inchoare
à sacrificio
Christi.

Cato hircus poenitentiae sacrificium significet, holocausta autem crucifixi conuersationem: Theologiam uero similia; salutare autem, seu pacificorum sacrificium, uitam quae nos saluare potest, etiam mediocriter sapientes: sacrificiorum discussio praecedens, unctionem sacerdotis ostendit. Ergo qui huius sanctionis nescit explanationem, illic cum subtilitate perquirens, etiam haec per singula sciet. Illud autem nunc necessarie addimus, sancti spiritus in pentecosten prouenisse descensionem, quum in unum congregati essent apostoli, omnia quae secundum legem ecclesiae agerent, significare considerauit legislator, recte praecedere sacerdotis sacrificia, ac deinde subinferri populi praecipit: oportet enim ecclesiae doctrinam à sacrificio unigeniti inchoare, ut introducantur docentes, quid nobis passio dominica profecerit, aut contulerit: atque ita subinferatur sermo poenitentiae, quem omnes utique, ut homines, necessarium habemus. Vnde & dominus unam doctrinam praedicat, id est poenitentiam, totumque perfectus subinferri conuersationes, atque Theologiam illis per miscendas: subdit autem, & quae corrigentes, siue uncti saluari possimus, quamuis non sublimiter conuerseremur. In his enim oportet ecclesiam congregari, & manifestationem dei gloriae suscipere. Haec sine dubio diebus pentecostes maxime agebant discipuli domini, propter quod in unum tunc collecti erant, quod manifestat Lucas dicens: Et dum complerentur dies pentecostes, erant omnes simul unanimiter. Quid autem erant collecti agere, nisi ea modis omnibus, quae dicta sunt: Nam etsi palam non praedicabant, & propterea intus erant, in superioribus sedentes, necdum uerba disseminantes, siue palam loquentes, quia de ostio tabernaculi testimonij non erant iussi egredi, usque dum de excelso indueretur spiritus uirtute: ueruntamen in semet ipsis quia haec agebant, manifestum est: & quaecumque decent ecclesiam, meditari non cessabant, ut ipsum uidelicet in semetipsis haberent Christum, qui est caput ecclesiae. Vnde & Matthiam ad apostolatam, cum concionatus fuisset Petrus, & proposuisset diuinae scripturae expositionem, atque testimonia, sorte separauerunt. Siue autem concionari, id est populum exhortari, siue prophetas interpretari, & clericos sociare, ecclesiasticae dispensationis & ordinis fuit. Ergo manifestum est, quia quemadmodum in ecclesias collecti in illis diebus erant, quod & legislator modis omnibus significari considerans, consequenter & ea quae subsequuntur, addidit:

» Et tendens manum contra populum, benedixit ei. Sicque completis hostijs pro peccato, & holocaustis, & pacificis, descendit. Intende, quia omnem nobis euidenter figuram ecclesiae uult exponere: nam postquam dixit, descendit, postquam fecit pro peccato, & holocaustis, & pacificis, ostendit quia completionem sacrificiorum, intellexit expositionem eorum, & propterea dixit, descendit, per descensionem doctoralem sedem designans, de qua post expositionem sacerdotes, quibus figura intelligibilis Aaron credita est, descendunt, & per orationem manus ad caelum leuant. Elevationem enim

manuum

Descendere.

A manuum, orationem etiam Paulus intellexit. Dicit autem sic: Volo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus. Tendens siue leuans ergo manus, benedixit illos: quia per leuationem manuum, per orationem uidelicet, sacerdotes populo benedicunt. Sed unde benedictionem praestent, ostendunt sequentia.

Ingressi autem Moyses & Aaron tabernaculum testimonij, & deinceps egressi, benedixerunt populo. Quamobrem prius in tabernaculum testimonij ingrediuntur, & postea benedictionem praestant: nisi ut non ignoremus, quia de intelligibili tabernaculo, uidelicet de caelo, benedictionem proferunt sacerdotes, dicentes sicut Paulus: Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali, in caelestibus in Christo. Hoc enim nobis & ipse tradens dominus, quinque patres, & rursus septem benedicens, ad caelum respiciebat. Cur autem non solum Aaron, sed & Moyses synagogam, seu populum benedicunt: nisi ut discamus, quia non propria uirtute sacerdotes benedictionem praestant, sed quia figuram ferunt Christi, possunt propter eum qui in ipsis est, praestare benedictionis plenitudinem. Vnde & Moyses, utpote cui imago est domini credita, ad benedicendum recte comprehenditur. Sed & illud per ea quae dicta sunt, lex significat: quia non solum is qui sacerdotium sortitus est, sed & omnis iustus Christum habens in semetipso, & figuram domini sui per bonam conuersationem, quemadmodum Moyses existens, idoneus est ad donandam benedictionem. Haec ergo discipulis domini agentibus, spiritus aduenit, propter quod audiamus sequentia.

Benedictiones
proferendae e
caelo.

2. Corinth. 1.
Matth. 14.

Qui possunt be
nedicere.

Apparuitque gloria domini omni multitudini. Et ecce ignis egressus a domino, deuorauit holocaustum, & adipem qui erat super altare. Quod quum uidissent turbae, laudauerunt dominum, ruentes in facies suas. Putasne aliqua interpretatione praesentia uerba legislatoris opus habent? Ipsa namque uerbis concordant his, quae sunt de aduentu spiritus in apostolicis actibus scripta.

Apparuit enim, inquit, gloria domini omni multitudini. Quomodo dicat forsitan quispiam? Vtique talis, qualem Ezechiel super Cherubin uisam descripsit, aut qualem Michaeas, uel Esaias: quorum unus quidem Seraphin in circuitu, alter uero caelestem exercitum uidit. Sed nequam fuit una, quae omnibus, & ubique spiritalibus apparuit gloria, sed differentes uisiones, utpote incomprehensibiles praebat uidentibus: praesens tamen similis erat illi, qua intelligibilis egressus est ignis a domino die pentecostes, propter quod ait:

Esa. 1.

Apparuit gloria domini, & egressus est ignis a deo. Ergo in specie ignis apparuit, quemadmodum & Lucas exponit: Et factus est de caelo focus spiritus uehementis, & impleuit totam domum in qua erant sedentes, & uisae sunt illis diuisae linguae, sicut ignis. Populi etiam omnis memoriam le-

Act. 1.

C gislator facit, quod & Lucas hoc modo exponit: Et erant in Hierusalem habitantes Iudæi, uiri religiosi, de omnibus gentibus quæ sub cælo sunt. Facta autem hac uoce, conuenit multitudo, & mente confusa est. Quia enim non solum conuenit, sed expauit, & ipse hoc demonstrat, dicens: Obstupescabant enim, & admirabantur, sed & super faciem ceciderunt, etsi non hoc sensibiliter, tamen intelligibiliter pertulerunt: non enim intelligebant quod factum erat, alter autem ad alterum dicebat: Multo pleni sunt hi, quod proprium erat in terram faciem mentis prosternentium. Quid autem egressus ignis fecit? Deuorauit omnia quæ erant super altare holocaustomata, & adipem, quæ ex pacificis, & pro peccato oblata, altari superposita erant. Tradit ergo nobis sermo, quia necesse sit prædicta sacrificia, & eorum expositiones superponere intelligibili altari corporis Christi, ut ad illud festinet nostra imitatio, & tunc nutrimenta intelligibilis ignis, id est, spiritus fiunt, de quo dictum est: Dominus deus noster, ignis consumens est. Vnde & nunc pro deuorare, Symmachus consumere ædidit.

Hebr. 12.

C A P V T X



A reptis que Nadab, & Abiu filij Aaron thuribilis, posuerunt ignem, & incensum de super offerentes coram domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Hic eos qui aliena docent, qui in ipsum spiritum dei blasphemant, qui inspiratam ab

2. Tit. 5. eo scripturam, de qua ait Paulus, omnis scriptura à deo inspirata, utilis est, aliter interpretantur, necessarie ab intelligibili igne puniri posuit: qui filij Aaron, ut doctorum habentes habitum, & spiritualia docere fingentes, dicuntur. Vnde & linguæ eorum ignis appellatæ sunt: audiuius quippe, quia in specie ignearum linguarum spiritus aduenit. Thymiamata autem thuribulis, uel ignibus linguarum superimponunt, legalia & prophetarum dogmata, de quibus ecclesia Christo in Canticis canticorum dicebat: Odor ungentorum tuorum super omnia aromata. Sed ignem alienum offerunt, neque enim secundum intentionem, aut uirtutem spiritus interpretantur. His egreditur ignis à domino non absolute, qualis prius: Per illum enim sacrificia incedit dominus, & gloria domini dictus est, hic autem ignis poenalis est. Vtrunque enim ecclesia habet, hunc quidem ad illuminationem iustorum, & oblatoꝝ perfectionem: illum autem ad poenam impioꝝ, quæ his qui blasphemant, sacerdotes indicunt, ex subministratione spiritus, quæ in eis requiescit, eum succendentes. Propter quod & Paulus Hymeneum & Alexandrum, ut alia scilicet docentes, punit. Hi coram domino moriuntur, uidente ipso, & in hac eos morte condemnante, ne imitatione sui alijs causam præbeant mortis. In quo & nimis admiratur legislator, cur ex eo quo debuerant uita frui, id est coram domino, sustinent mortem, quæ male interpretates diuinas scripturas, patiuntur: in ea re ex qua eos oportebat benedictionem promereri, maledictioni

Thymiamata thuribulorum.

Cant. 4.

Ignis ecclesie duplex.

1. Timoth. 1. Excommunicatio.

A dictioni se subijciantes. Vide tamen qualia subdidit.

Dixitq; Moyses ad Aaron: Hoc est quod loquutus est dominus. Sanctificabor in his qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron, siue ut LXX. adūt, & compunctus est Aaron.) Et ubi omnino hæc deum dixisse inuenimus? Quando uidelicet Moyfi dicebat: Descendens contestare populum, ne forte appropinquent ad deum, & cadat ex eis multitudo: Et sacerdotes qui appropinquant domino deo sanctificetur, ne forte recedat ab eis dominus. Hæc ergo etsi uerbis ab his quæ dicta sunt, differunt, ueruntamen intentionem ipsam immutabiliter habent. Præcepit enim populum nō approximare deo, & cognoscere, non quemadmodum intidens eis uisionem, sed ut imperfectis, & minus tantæ contemplationis capacibus parcens. Sacerdotes autem appropinquantes sanctificari iubet, ut digni ad uidendū, & contemplandum fierent deum: quia ueram scientiā à deo nemo potest sine sanctificatione conquirere. Propter quod Paulus: Pacem, inquit, sequimini cum omnibus, & sanctimoniā, sine qua nemo uidebit deum. Conspectum eius, scientiam eius dicens, id est eius contemplationem, unde sacerdotes sanctificari præcepit. Vide quomodo minatur in subsequentibus. Ne forte recedat ab eis dominus.) Id est ne fugiat ab eis, ea quæ dei est scientia, perditio enim eis, scientiæ discessio fit. Sed nūc ea, quæ sicut ex persona dei per Moysen dicta sunt, uerba aggredi-

Exod. 19.

Hebr. 12.
Videre deum
quid sit.

B amur. Et sanctificabor in his qui appropinquant mihi.) Sanctificationem suam uocat prophanorum, siue malorum emundationem, quia corpus nos habet: corporis autem emundatio, sordium abiectio est. Hoc ergo ut bonus, & pius in his qui approximant ei, secundū multitudinem uidelicet scientiæ, uel secundum aliquod diuinum ministerium operatur, ut per ipsos terreat, & in conspectu totius populi glorificetur, id est laudetur & manifestetur: utrunq; enim glorificationis uerbum manifestat, & quæ ex hoc laus dei, et manifestatio sit. Dauid dicit: Quia iustus dominus iustitiam dilexit, æquitatem uidit uultus eius. In his tacuit Aaron. Siue ut LXX. cōpunctus est Aaron.) Ecclesia uidelicet, qua corpus intelligibilis Aaron ecclesia est, unde ipse dixit: Saule Saule, quid me persequeris? Item discipulis de suscipientibus eos dixit: Qui uos suscipit, me suscipit.

Glorificari.

Psal. 10.

Act. 9.

Mar. 9.

Vocauit autem Moyses Mizaëlem & Elisaphan filios Ozihel patrum Aaron, & ait ad eos: Ite, tollite fratres uestros de conspectu sanctuarij, & asportate extra castra. Statimq; pergentes tulerunt eos sicut iacebant, uestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, ut sibi fuerat imperatum.) Ab his qui eos eiecerunt, eos qui sublati, siue eiecti sunt, intellige. Qui autem fuerunt, qui sustulerunt: Mizaël & Elisaphan, siue Misaddai & Elisaphan, quorum unus attrectatio dei, id est Misaddai; Elisaphan autem, dei mei specula interpretatur. Quicunq; ergo scit attrectare deum, insuper autem & speculari, & Christi quidem carnem contrectare: speculari autem per oculos mentis

Misaddai.
Elisaphan.

C diuinitatem, sicut Thomas manu contrectans carnem, & fide specularis diuinitatem, dicebat: Dominus meus, & deus meus. Hic ignem alienæ doctrinæ auferre, & eicere illum cum tunicis, à facie sanctorum potest, quia personæ sanctorum sunt sacerdotes: tunicæ autem sacerdotum, conuersatio & uita, quæ in sacerdotij induuntur habitu. Ergo cum sacerdotio, quod ei forte obuenit, à portione sacerdotali expelluntur, non solum autem à sacerdotum, sed & populi, unde addidit: Extra tabernaculum. Tabernaculum enim dei, ecclesiæ populus est: filij autem patris Aaron, siue fratris Aaron, hi qui hæc facere possunt, rationabiliter nominantur. Si enim pater intelligibilis Aaron Dauid est, & per eum omne corpus prophetarum creditur: prophetiæ quippe cum manifestum faciunt, atque quodammodo ignorantibus pariter. Frater autem germanus, & ut ita dicatur, frater prophetiæ, euangelium est: omnia enim quæ in euangelij acta sunt, à prophetis prædicta sunt. Propter quod prophetico sermone adiuuari ad perfectam scientiam, quia frater fratrem adiuuans, sicut ciuitas firma, Petrus præcepit, ait enim: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes, sicut lucernæ lucenti in obscuro loco, usque dum dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris: id est, usque dum in uobis euangelica scientia clareat. Filij fratris patris Aaron, bene & nimis apte hi qui euangelicam conuersationem didicerunt, dicuntur, & hos qui alia docent, arguere & repellere, utpote perfectam habentes scientiam, necessario sunt dispositi. De qua Ioannes dicebat: Omnis qui præcedit, & non manet in doctrina Christi, deum non habet. Qui manet in doctrina, hic & filium, & patrem habet. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non afferet, nolite recipere eum in domum, nec ei dixeritis, aue. Ergo proprium est eorum, qui edocti sunt euangelicam doctrinam, eos qui adulterina, & aliena prædicant, à facie sanctorum & tabernaculi expellere, atque proijcere.

Loquutus est Moyses ad Aarō & ad Eleazar, atque ad Ithamar filios eius: Capita uestra nolite nudare, & uestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, & super omnem cœtum oriat indignatio. Fratres uestri, & omnis domus filiorum Israel plangant incendiū, quod dominus suscitauit. Vos autem non egredimini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe sanctæ unctionis est super uos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moyli. Non ignoramus quid cydaries significant sacerdotum, scilicet quia omnis uiri caput Christus, caput Christi autem, deus: necessarie cydaries significatio quodammodo est simul unigeniti humanitatis, & diuinitatis: hoc enim & per cydaries compositionem superius demonstraui. Ergo quæ oporteat custodire sacerdotes & doctores præcepit: id est, ut nec diuinitatem Christi, nec humanitatem negent, nec contradicant, quia deus ex deo, & uerbum est ex patre. Hoc est enim cydarim non auferre à capite, uidelicet non nudare intelligibili cydare. Sed nec dispensationem renuant, aut blasphemant. Qui enim Christi dispensationem blasphemant,

Cydarim non
auferre à capi-
te.

sphemat.

A sphemant, sacerdotalem rumpunt stolam: quia omnes quidem homines qui in Christum crediderunt, multo magis autem sacerdotes, sunt qui Christum induerunt: siquidem quicumque in Christo baptizati sumus, Christum induimur. Hæc agentes sacerdotes, nec morientur, nec congregationi superinducunt iram. Præpositorum enim uitia offendiculum sunt subiectis, & multo magis doctorum, discipulis eorum iræ dei sunt occasio. Propter quod & omnem domum Israël, omnem uidelicet ecclesiam, plangere incédium quo incensi sunt à deo uult: quia damnum ecclesiæ unius membri, & cuiuslibet casus est, quanto magis doctorum, & sacerdotum perditio. Ita ut Paulus de eo qui fornicatus fuerat, Corinthiis scribat: Et uos inflati estis, & non magis luctum habuistis. Si autem uno ex populo fornicate, omnem ecclesiam lugere præcepit, multo magis quando sacerdotes, & doctores impie agentes, uel blasphemantes inueniuntur. His ita se habentibus, illud quæri oportet, quomodo quum per præcedentem sanctionem, septem solos dies non egredi de tabernaculo testimonij præcepisset, his completis, hæc enim in octaua die aguntur, rursus eis Moyses præcepit, de ostio tabernaculi non egredi: Non ergo contraria sibi sancit, sed manifestum est, quod alium hic eis egressum ostij tabernaculi testimonij præcepit custodire. Nam addidit: Ut non moriamini.) Atqui hæc non scripsit in superioribus: Ergo **B** additamēto comminationis, aliud quippiam se sanxisse significauit: quia enim ut ignem alienæ doctrinæ offerentes quidam sacerdotes perierunt. Alijs non exire ianuam scientiæ, uidelicet Christi, & traditionis eius, per ea quæ dicta sunt præcepit, id est non transgredi eam quam ipse mandauit prædicationem, sed sequi dominicum præceptum per omnia: sic enim unusquisque non morietur. Hoc sacerdotibus præcepit, quibus ut magistris, & prædicatoribus uerbi ministeriū ex dono spiritus creditū est, de quo nūc legislator ait: Oleū quippe sanctæ unctionis est super uos.) Huius aut unktionis uirtutē, Ioannes nobis euangelista demonstrat, dicens: Et uos unktionem quam accepistis ab eo, maneat in uobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat uos sed sicut unctio eius docet uos de omnibus, & uerum est, & non est mendaciū. Hæc Moyses per spiritū præcepit, & ecclesia custodit. Ergo consequenter legislator subdidit: Qui fecerunt iuxta præceptum Moyse.

» Dixit quoque dominus ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini, quia præceptum sempiternum in generationes uestras, & ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, & inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israël omnia legitima mea, quæ locutus est dominus ad eos per manum Moyse.) Hanc usque nunc legem in ecclesijs inuenis custodiri: Neque enim omnimodo abstinere à uino præcepit, sed quando ad tabernaculum testimonij, aut ad altare ascendimus, id est quando quodcumque ministerium doctrinæ coelestis contingimus. Ministe-

Principum uis
tia plebi ad
peccandum fe-
nestrā aperit

1. Corinth. 5.

1. Ioan. 2.

A uino absti-
nere.

Crij enim, altare figura est: tabernaculum autem testimonij, cœlestium rerū
 1. *Timoth. 5.* contrectationis, unde & Timotheo Paulus scribebat: Vino modico utere,
 propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Qui autem mo-
 dico utitur, hic tempore ministerij uidelicet & doctrinæ, ab omni uinolentia
 & ebrietate se abstinet. Similiter autem ut sacerdotes hi qui student, legē
 custodiūt, propter quod nō solum Aaron, sed & filijs eius, sublimiora uide-
 licet adeptis, mandatum hoc tradidit. Similia autem his & Paulus ad Ephe-
 2. *Eph. 5.* sios scripsit. Nolite inebriari uino, in quo est omnis luxuria, sed magis imple-
 mini spiritu sancto: hebetem quippe ebrietas mentem reddit, & sobrietatē
 eius in deterius uertit, ut non intelligantur quæ aguntur, quæ testificatur Esa-
 3. *Esa. 5.* ias, dicens: Væ qui confurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potan-
 dum usq; ad uesperam, ut uino æstuetis. Cithara & lyra, & tympanum, &
 tibia, & uinum in conuiujs uestris, & opus domini non respicitis, nec ope-
 ra manuum eius consideratis. Qui autē opera domini non uident, quomodo
 diuidere inter sancta & prophana, aut munda & immunda, uel quomodo
 exhortari, & illuminare populum de scripturis possunt? Vnde hoc manda-
 tum sublimius ostendere cupiens, ipsum hoc ait loquutum fuisse dominum.
 Sed intende, quemadmodum nec hoc à distinctione eorum quæ in pente-
 4. *Act. 2.* costæ acta sunt, alienum sit. Quod enim hic præcepit non fieri, factum esse
 quibusdam suspicantibus, quādo spiritus gratia aduenit, & dicētib; Quia
 D musto pleni sunt hi, Petrus ut prohibitū negauit, dicēs: Non enim sicut uos
 suspicamini, hi ebrj sunt, quū sit hora diei tertia. Illud autē oportet quærere
 quod quum ea quæ legis sunt, docere filios Israël sacerdotes præcepit, lo-
 quutum esse deum per Moysen, nō per linguam, sed per manum dicit. Aut
 omnino dignitatem legis ostēdere uoluit, quia exposuit quidem eam deus,
 scripsit autem Moyses, excepit uero eam, deo quæ disposita sunt iubēte.
 » Loquutusq; est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, atq; Ithamar filios eius
 » qui residui erant: Tollite sacrificium quod remansit de oblatione domini, et
 » comedite illud absq; fermēto iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. Co-
 » medetis autem in loco sancto, quod datū est tibi, & filijs tuis de oblationibus
 » domini, sicut præceptum est mihi. Pectusculum quoq; quod oblatum est,
 » & armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui, ac filiaē
 » tuæ tecum. Tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostijs salutaribus filio-
 » rum Israël, eo quod armum, & pectus, & adipēs, qui cremantur in altari, ele-
 » uati sint coram domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua,
 » sicut præcepit dominus. Quia pectusculum cōfidentiam offerētium, & fidē
 » significat: & brachium, promissæ ab eis cōuersationis actionē, & correctio-
 » nem: satis à nobis in his quæ de sacrificio pacificorum, seu salutarī per par-
 » tes discussa sunt, demonstratum est. Sed quamobrem Aaron & filijs eius, ea
 » quæ dicta sunt, deputauit, illic enim & eorum distinctionem legislator ex-
 » posuit, quid hi quidem qui Aaron sunt filij, quid autem ipse Aaron habet
 » præcipuum

A præcipuū. Sacrificiū enim quod remansit de oblatione, siue ab holocaustis domini, hoc dixit, quod superest de similia. Aperte ergo Aquila ædidit, dicens: Donū quod reliquū est de frumēto. Huius interpretatio est etiā hoc quod legislator subdidit, ait enim: Et comedite absq; fermēto iuxta altare.) Vbiq; doctrinam Theologiæ hanc significat sacrificium similæ sine fermento esse, quantum ad exteriorem doctrinam uolens, similiter etiam ostendēs, quia participalis quædā apud nos est Theologia: in coelis quippe eius est plenitudo. Propter quod hoc quod remāsit, id est hoc quod superest, comedi præcepit, ut ostendat summā apud eum esse, atq; seruari. Oportet autem eam comedi iuxta altare, id est Christi corpus, ex eo enim nobis Theologia omnis ministrat. Sed quod remansit de similia, Aaron erit & filiorū eius. Quæ uero de sacrificijs pacificorū siue salutaribus, sunt Aaron & filiorum eius: siue secundum LXX. & domui eius, omnis uidelicet populi.) Theologiam quippe studere non omnium est, sed sublimium, & appropinquantū domino, atq; eorum qui sequuntur Christum. Consequi autē ea quæ ad pacifica, seu salutem pertinent, totius plebis sunt, quæ domus intelligibilis sacerdotis nominatur. Est autem ecclesia, de qua & Paulus dixit: In magna domo non sunt solum aurea uasa, & argentea, sed lignea & fictilia. Propter quod non est omnium Theologiam assequi.

*Semiplena est
nostra Theologia.*

*Theologiæ nō
omnes sunt idonei.*

2. Timoth. 2.

B Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato, quum quæreret Moy- ses, exustum repperit. Iratusq; contra Eleazar & Ithamar filios Aaron, qui remanserant, ait: Cur nō comedistis hostiā pro peccato in loco sancto, quæ sancta sanctorum dicitur, & data est uobis, ut portetis iniquitatem multitudinis, & oretis pro ea in conspectu domini: præsertim quū de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere eam debueratis in sanctuario, sicut præceptum est mihi?) Quia omne peccatum per poenitentiam deletur, & quia hi qui prædictum peccatum alterius doctrinæ, & blasphemiæ commiserunt, saluati non sunt, causam legislator huius, quæ eis sine misericordia uenit, mortis exponit. Hinc introducit Moyzes hircum pro peccato, poenitentiae uidelicet oblationem: quia quærens exquisiuit, sicut LXX. ædunt, quod est, ualde quæsiuit. Iratusq; ait his qui relictī erāt filijs Aaron, quod nō comederint hoc quod pro peccato erat in loco sancto, id est pro eo quod poenitentiam, in ecclesiam commissi peccati peragi ut sacerdotes, non fecerint: ipsis enim comedere quæ pro peccato sunt, & orare orationem, quæ est pro poenitentia congregationis, & acquirere præceptum est. Quare? Quia Christus eos in proprium locum ecclesijs constituit. Ipse autem suæ oblationis sanguinem, quæ pro nostro sanguine oblata est in sanctum, intus uidelicet in coelestem habitationem, in conspectu patris sui obtulit. Et in loco sancto, dicimus autem ecclesiam, comedi hoc sacrificium, ad remissionem, & propitiamonem peccatorum præcepit. Propter quod ait Moyzes: Quemadmodum præceptum est mihi.) Id est, quemadmodum præceptum

Episcopi.

C pi & mandauit : Christi enim gerere personam etiam Moysen diximus. In-
 quirat autem non ignorans, nam quomodo in praecedentibus causam ad-
 didit, quum dixisset enim hircum pro peccato quaerens exquisiuit Moyses,
 illico subdidit : Et hic incensus erat, siue exustum reperit.) Ostendens, ut
 quia alterius doctrinae peccatum, blasphemia est in sanctum spiritum, pro-
 pter quod Stephanus doctores Iudaeorum, ut praeruaricantes legem, & in-
 obedientes, sed durae ceruicis, & duri cordis appellat. ut autem male inter-
 pretantibus legem, & prophetas dicebat: Vos semper sancto spiritui restiti-
 stis, necessarie eis ab intelligibili igne, uidelicet spiritus, pro poenitentia obla-
 tio ablata est, & propterea pro peccato hircus exustus dicitur. Quia scien-
 tes, & uoluntarie peccantes, etsi se dicunt poenitere, non poenitent pure, bla-
 sphemia enim cor eorum caecatum est. Propter quod & Paulus dicebat: Vo-
 luntarie enim peccantibus nobis post susceptam cognitionem ueritatis, iam
 non pro peccato relinquitur hostia. Dominus autem dicit: Omne peccatum dimittit-
 ur hominibus, blasphemia autem contra spiritum non relinquetur. Hoc
 Petrus ipso opere ostendit, quia enim Ananias & Sapphira spiritui sancto
 mentiti sunt, ait ad eos: Quare caecauit Satanas cor uestrum mentiri spiritui
 sancto? Non estis mentiti hominibus, sed deo. Tempus enim poenitentiae
 eis non dedit, sciens quia cor caecatum in transgressione, & blasphemia spi-
 ritus habentes, poenitere non paterentur. Mox enim eos poenali condemna-
 uit morte. Ea ergo quae sequuntur, magis astruere, & explanare ea quae nunc
 dicta sunt, possunt.

Respondit Aaron: Oblata est hodie uictima pro peccato in holocausto
 coram domino, mihi autem accidit quod uides. Quomodo potui comedere
 re eam, aut quomodo placere domino in ceremonijs mente lugubri? Quod
 quum audisset Moyses, recepit satisfactionem.) Hodie, quod tempus oportet
 intelligi, aperte nobis Paulus tradidit: Quum dixisset enim Dauid: Hodi-
 die si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione.
 Et interpretans ipse, quia de praesenti quidem tempore usurpatine,
 proprie uero, de tempore quod post aduentum domini est, oportebat intelli-
 gi quod dictum est: uide quid subdidit: Quoniam ergo superest quosdam
 introire in eam, & hi quibus prioribus annunciatum est, non introierunt pro-
 pter incredulitatem, iterum terminat diem quandam, hodie in Dauid dicen-
 do, post tantum temporis, sicut supra dictum est, dicens: Hodie si uocem eius
 audieritis, nolite obdurare corda uestra. Si enim eis IESVS requiem praes-
 titisset, nunquam de alio loqueretur. Post hanc diem ergo his quae praedi-
 cta sunt ostenditur, quia aperte tempus post aduentum saluatoris significat,
 in quo intelligibilis sabbati hominibus requies praedicata est. Hoc ergo Aa-
 ron ex persona dicere ecclesiae, ut figuram gerens non solum Christi, sed &
 ecclesiae uidetur: ut quia hodie obtulerunt quae pro peccato suo sunt, & ho-
 locausta sua, id est, quia post aduentum saluatoris deputati sunt ministrare,
 & offerre

Peccatum in
spiritu sanctu.
Act. 7.

Hebr. 10.
Matth. 12.

Act. 5.

Hodie.

Psal. 94.

A & offerre pro pœnitentia, & philosophicã uitã exponere, alia docētes reprehensi sunt, & talia in eis ecclesiæ acciderunt, ut sacerdotũ & magistrorum luget ex blasphemia accedentem mortem, recte comedere hodie pro peccato non potuit, nec orationem adeptus est pœnitentia, quia uidelicet domino CHRISTO displicebat. Subdidit aut, hodie, ut ostēderet, quia si ante remissionem saluatoris hoc peccassent, forsitan & ignosceretur, ut necdũ perfecta effusa scientia, unde & dominus ait: Si non uenissem, & loquutus eis fu-

Ioan. 15.



ISYCHII PRESBY.

TERI HIEROSOLYMORVM IN LEVITICVM LIBER TERTIVS.

PRAEFATIO.

B



VENIADMODVM deus non frustra creaturam uarietate compleuit, sed ut ex differentia conditionis, nos disciplinam artificis, & quis sit conijceremus. Nam qui caelos intendunt, ex uarietate astrorum maximum eorum artificem, atq; cōditorem intelligunt deum. Sed & qui terram considerant, ex differenti positionis eius habitu, id est ex animalium, uirgultorũq; & seminum, omniq; eius differentia eum cognoscunt. Sed & hi qui ad immensam aquarum diffusionem transferunt uisus, ex spirituum per diuersa proueniente motu, insularum quoque, cetorumq; magnitudine, & distantia piscium, innumerabiliumq; generum natione, deum esse factorem huius etiam uisibilis sentiūt creaturæ. Sic etiam legē ornat omnibus præceptis, producēs uidelicet hominem, & nunc in sacrificiorum oblationibus, nunc autem in ciborum abstinentia, nunc etiam in curatione corporalium morborum, aliquando autem & in quibusdam contractibus, quales esse debent hi qui semper uolunt esse cum deo, præcepit. Ergo iam ad ipsa legis uerba ueniamus.

Ex multiplici ornatu huius mundi factorē deum intelligimus.

P

Coquutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens: Dicite filijs
 „ Israëli, Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cunctis ani-
 „ mātibus terræ. Omne quod habet diuisam ungulā, & ruminat
 „ in pecoribus, comedetis: quicquid aut̄ ruminat, & habet ungu-
 „ lam, sed non diuidit eam, sicut camelus & cætera, non comedetis illud, inter
 „ immunda reputabitur. Chirogryllus, qui ruminat, ungulamq; non diuidit,
 „ immundus est. Lepus quoq; nam & ipse ruminat, sed ungulam non diuidit:
 „ & sus qui quum ungulam diuidat, non ruminat: horū carnibus non uesce-
 „ mini, nec cadauera cōtingetis, quia immunda sunt uobis.) Hæc de quibus
 „ nunc sermo est, ad ipsa diuina eloquia maximam uidentur habere contrarie-
 „ tatem, qui enim Noë dixit: Omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibū:
 „ & quasi holera uirentia tradidi uobis omnia: quomodo nunc quædam co-
 „ medi de his, quæ prius concessa sunt, prohibuit? Quomodo etiam, quando
 „ faciebat bestias terræ secundum genus suum, & pecora, & reptilia, dictum
 „ est: Et uidit deus quod essent bona. & rursus: Viditq; deus cūcta quæ fecit,
 „ & serant ualde bona? Nullatenus autem esse bonum, maxime & ualde, hoc
 „ quod immūdum est, potest. Nūc autem, tanquam oblitus quam de eis pro-
 „ tulerat sententiam, quædam quidem animalium munda, quædam dixit im-
 „ munda. Ergo quædam erunt bona, quædā non bona. Sed non est ita, nam
 „ et si ad modicum castigare Iudæorum *γασπιμασγιαρ* uolebat, tamen uera le-
 „ gis consideratio manifesta est, & spiritalis præceptorum expositio. Quales
 „ que oportet esse legi studium dantes, docendi intentionē legislator habet.
 „ Si enim non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de
 „ ore dei, sicut panis nutrimentū est corporis, sic & lex dei nutrimentū est ani-
 „ mæ, utpote rationalis rationali uirtus & subsistentia. Et sicut in superioribus
 „ ex his quæ immolātur, figurat eos qui offerūt, per ouē significās simplicem,
 „ per uitulū mandatorū operatorē, per hœdū uero pœnitentē, sic etiam nūc si
 „ gnificat per animalia, eos qui eis uescuntur, ait enim sic: Loquutus est do-
 „ minus ad Moysen et Aaron dicēs: Dicite filijs Israëli, Hæc sunt animalia quæ
 „ comedere debetis de cūctis animātibus terræ.) Cōmunis est lex, mandatum
 „ hoc ad omnes pertinet, totiusq; populi est iustificatio. Loqui em̄ filijs Israel,
 „ omni uidelicet populo, præcepit. Quid aut̄ præcepit loqui? Hæc sunt ani-
 „ malia quæ comedere debetis, de cūctis animantibus terræ.) Nequaquā aut̄
 „ diceret, de animantibus terræ, nisi intentionē haberet ab animalibus coelesti-
 „ bus distinguēdi: ibi em̄ leonis esse uultū, et uituli, & aquilæ, sicut & hominis,
 „ dū Ezechiel animalia Cherubin tradit edocuit. Ergo i coelestibus animalibus
 „ custodia, aut alia circūspectione nō egemus, ut cognoscamus quæ sint mūda.
 „ Oīa em̄ similiter munda & sancta sunt, sicut sancto deo, & eos qui in circuitu
 „ eius sunt, sanctificat astātia. Terræ uero animalia nō oīa sunt mūda, nō pro-
 „ pter naturā, sed ppter nostrū excessum, & quia per iniquitatē naturā depra-
 „ uauimus

Gene. 9.

Gene. 1.

D
 Præcepta cibo-
 rum qualiter
 interpretanda
 sint.

Deut. 8.

Luc. 4.

Filij Israëli
 omnes sumus.

Ezech. 1.
 Adami trans-
 gressio deriva-
 nit in animalia
 quædā immū-
 ditiam.

A uauimus. Sed quemadmodum munditiam eorum cognoscamus, uel immunditiam, ex his quæ sequuntur intuendum est. Omne quod habet diuisam unguam, & ruminat, in pecoribus comedetis. Animalibus maxima uirtus in unguibus esse creditur, quæ etiam cognationem habent cum dentibus. Unguium siquidem est, ea discerpere quæ apta esui per dentes fiunt, quod utrunque nobis Daniel tradit, quando forte proponens regnũ, dicit: Aspiciebam in uisione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atq; mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atq; comminuens, et reliqua pedibus suis conculcans. LXX. autem specialius dicunt: Ungues eius ærei. Quia ergo ita est, figurate demonstrat, qui sint qui se ad meditationem deuouerunt legis, utrum mundi, an immundi; ruminare enim eos, & diuidere unguam præcepit. Illa autem animalia unguam findunt, quæ cunctis unguibus usq; ad ipsam inferiorem diuidunt pellem. Ergo ille munda animalia comedat, qui non solum meditatatur legem, sed & ruminat, id est reconfert, & eructat actione atq; operibus. Eructatio enim uerborum dei, & ruminatio, mandatorum est & executio, propter quod audi David dicentem: Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi. Ad denunciationem eorum quæ consequutus est operum, hanc eructationem bonorum, atq; ruminationem proculdubio intellexit. Non autem ruminare, sed & diuidere legis unguam, & distinguere literam ab spiritu, & tradere quædam secundum historiam solam, quædam secundum contemplationem, quædam uero secundum utrunq; intelligere, districtam custodientes in eis diuisionem opus habemus. Qui enim talis est, hic consummatus atq; perfectus est, & propterea mundus recte dicitur. Quicumq; autem unum de his, quæ dicta sunt, minus habet, hic manifeste immundus est, sicut ipsa docet legis litera, ait enim:

Ungues cū dentibus cognationem habent. Danielis 7.

Quæ animalia unguas findat

Ruminare. Psalm. 44.

Non comedetis illud, inter immunda reputabit. Quicumq; ruminat, & habet unguam, sed non diuidit eam, sicut camelus, & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabit. Camelum comedere tumens per superbiam Iudæus recte intelligitur, id est scribæ & pharisæi, ad quos dicebat dominus: Liquantes culicem, camelum autem glutientes. Esaias etiam dixit: Hæc enim dixit mihi dominus: Vade, & pone speculatorẽ, & quodcumq; uiderit, annunciet. Et uidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli. Per asinum, gentium: per camelum, Iudaicam conuersationem significans. Figuratur etiam literam legis, eorumq; graue iugum camelus, utpote qui consueuit onera portare: unde seruus Abraham, decem camelos portantes de bonis domini sui, ad desponsationem Rebeccæ duxit. Figurabant autem hi decem præcepta legis, quæ non omnia bona dei, sed tamen de omnibus bonis gerunt, propter hoc quod participalem iustificationem habet lex. Ergo scribæ, & pharisæi ruminantem comedunt, quia in legalis literæ gloriatur meditatione, & in cultu sabbati, purificationisq;

Camelum comedere.

Matth. 23. Esa. 21.

CAMELV9.

Gene. 37.

Iudæi ruminantia comedunt.

C & sacrificiorum, aliorumque similiū. Ungulam autem non diuidunt ea, quæ ab eis comeduntur, neque discernunt ab spiritu literam, & propterea eorum scientia immunda est. Tales sunt & qui leporem comedunt, & qui chirogryllum: ruminant enim & ipsi, sed unguam non diuidunt. In populari autem multitudine, Iudæorum genus utrunque esse accipitur: debilia quippe esse animalia hæc dicuntur, teste Dauid, & Solomone, utrorumque animalium debilitates. Solomone quidem quum ait: Lepusculus, plebs inualida, posuit in petra cubile sibi. Dauid uero: Petra refugium erinacis, siue Chirogryllis. quorum unum est uelox, & timidum, cum infirmitate, id est lepus: aliud autem debile quidem, sed rapax, & bestiale, atque mortiferum dicunt, id est chirogryllus, quod omni quidem plebeio, maxime autem Iudæorum inest populo, de quibus dixit Dauid: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Timidi autem quantum, & infirmi filij Iudæorum sint, uox diuina ostendit, quum dicit: Væ cordibus trepidis, & manibus remissis. In iustitia autem quantæ, et feritas apud eos erat, audi Esaiam dicentem: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij: iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Post hos suem dicit esse immundum, quia diuidit unguam, & non ruminat. Qui ergo sint qui æmulentur, ac propterea comedere illum dicuntur, Petrum expositorem & magistrum suscipe: eum quippe qui habet scientiam diuinorum, sed non illa bene utitur, actionibusque incongruis eam polluit, uitæque immundæ semetipsum tradit. Suem etiam ipse appellauit dicens: Melius fuisset eis non cognoscere uiam iustitiæ, quam cognita ea, retro reuertî a tradito sibi sancto mandato: contigit enim illis res ueri prouerbij, Canis reuersus ad uomitum suum, & sus lota in uolutabro coeni. Quia ergo ostendimus eum qui legi operam dat, ruminare debere, is qui talis est, utpote sordidam habens uitam, & non implens legem, recte non ruminare quæ legis sunt, dicitur. Unde et uomit, utpote indigestum cibum meditationis legis, & minime ad effectum peruenientem. Ergo etsi unguam diuidit, & literam diuidere scit ab spiritu, tamen immundus est. Sed quid his quæ dicta sunt addidit? (Horum carnibus non uescimini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt uobis.) Nec camelum, nec leporem, nec chirogryllum, nec suem, inter munda iudicauit: per hæc etiam cætera animalia designans, quæ lex ex his, quæ dicta sunt, manifesta fecit. Ideo ergo hæc quatuor numero posuit, quia quatuor sunt generales uirtutes, prædictorum autem animalium significatio uirtutibus caret, quatuor quippe uirtutibus est contraria. Nam camelus in scribarum & pharisæorum superbiam sumptus, sapientiæ contrarius est: stultorum quippe est proprium superbire. Quia autem utroque hoc morbo scribæ & pharisæi tenebantur, audi ad eos dominum dicentem: Stulti, & cæci, quid maius est, aurum, aut templum quod sanctificat aurum? Et rursus, superbiam eorum hoc modo retundit: Amant enim primos accubitus in coenis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus

Ungulam diuidere.

Iudæorum gens sub leporis & chirogrylli simbolo intelligitur.

Prouerb. 30.

Psalm. 103.

Psalm. 13.

Esa. 1.

Suem immundum comedere quid.

D
2. Pet. 2.

Camelus pharisæos significat.

Matth. 23.

Anibus Rabbi. Sic ergo stulti quidam de ipsis erant & superbi. Lepus ut timidus, fortitudini contrarius est; Chirogryllus, ut rapax, iustitiæ; Sus ut uita fordida uiuens, & immunda, de quo dictum est: Sicut circulus aureus in naribus suis, sic mulier pulchra & fatua; castitati contraria est. Horum nec carnes comedamus, id est, nec quam uidentur habere uirtutem sequamur, in hypocrisis enim illam, & non in ueritate sectantur. Multo magis autem morticina eorum tangenda non sunt, nec malis eorum communicandum actionibus, ipsa enim huiusmodi proculdubio morticina sunt uiri.

Lepus.
Chirogryllus,
Sus.
Prouerb. 11.

Hæc sunt quæ gignuntur in aquis, & uesci licitum est. Omne quod habet pinnulas & squamas, tã in mari, quàm in fluminibus, & stagnis, comedetis: quicquid aut pinnulas, et squamas nō habet, eorū quæ in aquis mouentur, & uiuunt, abominabile uobis & execrandū erit. Carnes eorū non comedetis, & morticina uitabitis. Cuncta quæ non habent pinnulas, & squamas in aquis, polluta erunt. Ex eo quod non aperte diuina scriptura genera pisciū exposuit, à quibus abstineri uult, superfluum est hæc in præsentia quærere, nusquam enim piscium in ea inueniemus uocabula. Semetipsam etiã ergo in hoc imitatur loco. Veruntamen illud nūc notari oportet, quia quæadmodum in spontaneis sacrificijs, quæ & dona legislator appellauit, aliquando quidem operatores legis, aliquando autem simplices, aliquando uero contemplatores per oblationum significauit modos, aliquando eos qui saluatur

Quamobrem
nomina pisciū
immundorum
non recessat.

Bex gentibus, quibus & sacrificia de similia, ut simplicibus, deputauit, quod ostendit ex eo quod dicit, Si anima obtulerit donum domino: non addens, si anima de populo terræ: quemadmodum in aliorum sacrificiorum enunciationibus solet: sicut ergo in illis, sic & hic per ciborum abstinentiam, quales debent esse qui legem meditantur, ostendere cupiens: per ruminare siquidem, & unguam diuidere, Iudæū significauit, qui debet legis implere mandata, & ab spiritu literam diuidere, & legem spiritaliter intelligere. Per hæc autem quæ nunc dicta sunt, ostendit de gentibus se loqui. Vnde existimo, non expressis nominibus piscium memoriam factam, quia nec nomina suorum scribi super terram cupit ecclesia, unde & illa David ait: Scribatur hæc in generatione altera, uidelicet futura in coelis: ibi enim filiorum eius scripta sunt nomina, de qua Paulus dicit: Accessistis ad montem Sion, & ad ciuitatē dei uiui Hierusalē coelestem, & multorū miliū angelorū frequētiae & ecclesie primitiuorum, qui conscripti sunt in coelis. Et dominus ad apostolos ait: Nolite gaudere quia demonia uobis subiiciuntur, sed gaudete & exultate, quia nomina uestra scripta sunt in coelis. Probant autem hæc etiam huius sanctionis uerba, aiunt enim: Hæc sunt quæ gignuntur in aquis, & uesci licitum est. Intelliguntur per hæc hi qui ex gentibus saluati sunt, utpote regenerationem habentes in aqua baptismatis, de quibus & Esaias dicebat: Ecce gentes quasi stillæ situlæ: Sive ut LXX. sicut aquæ multæ, gentes multæ. Vnde & eis cōueniunt quæ sequuntur. Omne quod habet pinnulas,

Psal. 101.

Hebr. 12.

Luc. 10.

Esai. 40.

C & squamas, tam in mari, quàm in fluminibus, & stagnis comedetis.) Eadem etiam his qui ex gentibus sunt, de meditatione legis alijs præcepit uerbis: Vult enim eos habere in meditatione legis pinnulas, uitamq; sublimem, atque cœlestem, sed expositionem legis huic similem, propter quod non pinnulam habere, sed pinnulas eos uult. Quia autem ignorãtia diuinæ scripturæ gentes obtinuerat, non enim susceperant legem, neq; prophetas, nec alia in eis erat scientia diuina subtilior, ne ergo hoc morbo permanenti, & perpetuo laborarent, squamas eos habere uult, quæ facile auferrentur. Quia autem squamæ temporalem, & qua facile careatur, ignorantiam significant, demonstrant ea quæ de Paulo descripta sunt in Apostolorum actibus: quum enim zelo Iudaico ecclesiam persequeretur, ignoraretq; eum quem persequeretur, facile caruit zelo propter ignorantiam: postquàm cognouit quẽ persequeretur, uocatus à Christo, & postquàm ei ab Anania euangelizatũ est, ceciderunt squamæ ab oculis eius, & mox uidit. Ergo in modum squamarum superiacebant instantes ei temporales ignorantia. Vnde nimis cõsequenter legislator subdidit.

Squamæ ignorantia temporaria significat Act. 9.

„ Quicquid autem pinnulas, aut squamas non habet, eorum quæ in aquis mouentur & uiuunt, abominabile uobis & execrandum erit.) Sunt enim quædam piscium genera, testam pro pelle habentia, quorum squama auferri nõ potest. Tales sunt qui nec squamas ignorantia uerbo dei deponere, nec cultrum spiritus suscipere patiuntur. Hi etsi in mari inueniãtur baptis-

Pisces quidam testã pro squamis habent.

D tis, etsi in fluminibus pœnitentiæ, abominabiles sunt in omnibus quæ mouentur, & uiuunt in aquis. Et quum uitam sortiti sint in baptisate, uocationem tamen, regenerationemq; corruerunt; dum pinnulas, & squamas nõ habent, sublimem uidelicet uitam, cognitionemq; diuinorum, quæ cœlestis est, sed cor cœcum in ignorantia detinent: & propterea in his qui squamas habent, nõ adnumerantur. Intende autem, quanta subtilitate sermonum, ut uidelicet maxima per eos mysteria, & admirabilia significans, legislator utitur: pinnulis enim squamas coniunxit, quia quemadmodum piscibus, quibus sunt squamæ, his sunt omnimodo & pinnulæ: sic quibus ignorãtia temporalis est, & qua propterea cito careri possit, his & cognitio sublimis, & uita cœlestis adijcitur. Horum ergo qui non sunt tales, nec carnes comedere, sed nec morticina tangere, nec aliquam cõmunionem omnino cũ eis habere oportet, quod testatur Paulus, dicens: Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Adulter, aut auarus, aut ebriosus, aut detractor, non habet pinnulas, ut uitam uidelicet habens sordidam, & immundam. Idolorum autem cultor, in his qui squamas habent, non computatur, duram quippe, & in morem testæ, atq; insanabilem habere uidetur diuinorum ignorantiam; aliãs nequaquam, postquàm deo coniunctus est, ultra seruisset idolis.

Pinnulis pisciũ quare squamas coniunxerit.

1. Corinth. 5.

A Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & uitanda sunt uobis.

» Aquilam, & gryphem, & haliaëtū, & miluū, ac uulturē iuxta genus suum:

» & omne coruini generis in similitudinem suam; Struthionem, noctuam, &

» larum, & accipitrem iuxta genus suum: bubonem, et mergulum, et ibin, cy-

» cnum, & onocrotalum, & porphyrionem, herodionem, & charadrium iux-

» xta genus suū; upupam quoq; & uestertilionem.) Nec eorum qui ad con-

» templationē uacant, uitam in hoc legislator indiscussam reliquit, sed quem-

» admodum in oblatione sacrificiorum, proprium eis legis capitulum deputa-

» uit, ita & in inquisitione ciborum, fines eis proprios dedit, quos producens,

» & terribiliores faciens, non sicut de pecoribus & de piscibus, etiam de his

» sancit. Ibi enim ait: Hæc sunt animalia, quæ comedere debetis de cunctis

» animantibus terræ. Et rursus: Hæc sunt quæ gignuntur in aquis, & uesci lici-

» tum est. Hic autem: Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & ui-

» tanda sunt uobis. Vere abominatione dignum est, & ualde inter illicita, at-

» que nimis euitanda connumerandum, contemplationi uacantem quempiã

» sponte, tales habere maculas, quales per dinumeratas aues legislator signifi-

» cat, ait enim: Aquilam, et griphē, & alietū, & miluū, ac uulturem iuxta ge-

» nus suum.) Rapaces, & cibum alienum male sectantes, quæstibusq; iniustis

» gaudentes, per prædicta significat. Quia enim quidam inueniuntur in ec-

» clesijs, inter eos qui putantur contemplationi operam dare, qui non quem-

» admodum debent, ad hoc uacant, sed frustra instantur, audi Paulum dicen-

» tem: Si quis alia docet, & nō acquiescit fanis sermonibus domini nostri IES-

» SV CHRISTI, & ei qui secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, ni-

» hil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas uerborū, ex quibus ori-

» untur inuidiæ, contentiones, blasphemias, suspiciones malæ, conflictationes

» hominum mente corruptorum, & qui à ueritate priuati sunt, existimantiū

» quæstum esse pietatem. Hos ergo significant ea quæ nunc dinumerata sunt

» animalia, uictum ex rapina conquirentia. Quædam autem ex his, alias aues

» inuadunt, & ex uenationibus earum nutriuntur: alia uero in domos ingredi-

» entia, diripiunt quæ repererint, ne quidem gerentium obsonijs parcentia,

» quibus sunt similes quidam, qui penetrant domos, & captiuas ducunt muli-

» erculas oneratas peccatis, quos Paulus arguit. Vultur rixis & bellis gaudet,

» propter cadauera præliorum, intantū ut etiam sequatur exercitū. Non ergo

» oportet aliorum casibus pasci, atq; nutriri eum qui contemplationi dat ope-

» ram. Coruini uero generis animalia sunt affectionis expertia, quod manife-

» stum est ex eo, quod emissus à Noë, ex prima eum coruus auolatione trās-

» gressus est, cui similis Iudas circa suū magistrum fuit, & dominum. Stru-

» thio, auis quidem est, sed uolare non potest, totamq; uitam suam circa ter-

» ram occupat, quales sunt quidam deo militantes, & seculi se negocijs impli-

» cantes. Noctuam uero, pro qua LXX γλαύκια dixerunt, hanc asserunt in

» nocte acuti esse uisus, sole autem apparente, minus utilitate oculorum frui.

Per aues immū-
das uitia que
dam hominum
significantur.
Ab aquilarum
genere abstinere.

1. Timoth. 6.

2. Timoth. 3.
Vultures.

Corui.

Struthio.

Noctua.

C Tales sunt qui legis gloriantur contemplatione, & scientia, lucem euangelicæ conuersationis capere non ualentes. Larus animal est in utroque uiuens, id est aqua, & terra, qui sicut auis quidem uolat, ut aquatile autem natat: Cui non male comparantur hi, qui simul circuncisionem uenerantur, & baptisma, ad quos Paulus dicit: Si circuncidemini, Christus uobis nihil prodest. *Larus amphibius.* *Gala. 5.* Accipiter inter rapaces aues est, habet autem quiddam aliud, propter quod à legislatore positus est, mansuescit quippe, & cooperatur ad rapacitatem: *Accipitres qui* Quem imitantur hi qui mansueti quidem uidentur esse, & sensu tranquilli, sunt autem cum potentibus, & auaris, atque rapacibus. Nycticorax animal est, quod in nocte tantummodo repit, atque operatur: sicut sunt gentes, in intelligibiles noctis operibus, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, idolorum cultus, & his similia. Ibis & porphyrio, & quem LXX. nominant *Cygnus.* pelicanus, & cygnus, & herodius, et charadrius, longi esse colli, trahereque cibum ex altitudine terræ, atque aquarum dicuntur: quæ animalia imitari oportet, nec de inferioribus euellere cibum, sed de cœlestibus. Ille siquidem cōtemplationi uacat, qui ad superiora mente contendit, & non solum intelligibilem, *Matth. 6.* sed & sensibilem cibum à deo expectat: unde ait dominus: Nolite solliciti esse animæ uestræ, quid manducetis, neque corpori, quid induamini: scit enim pater uester cœlestis, quia omnibus his necesse habetis. *Vpupa lugubris.* Vpupa lugubre animal, amansque luctum est: seculi autem tristitia mortem operatur. Propter quod oportet eum qui diligit deum, semper gaudere, sine intermissione orare, in omnibus gratias agere: quia gaudium, fructus est spiritus. *Vespertilio.* Vespertilio nes circa terram uolant, ita ut pennis pro pedibus utantur quando ambulat: quod indignum est in eis, qui contemplationi dant operam: quorum enim est uolatus circa terram, horum etiam contemplatio proculdubio in terrenis occupatur. Non ergo incredulus sis, nec dubites, quod hæc etiam quæ nunc dinumerata sunt animalia, ad ostensionem figuramque eorum, à quibus abstinere debent contemplationi uacantes, posuit legislator. Sed inquires: Quomodo horum animalium non cibus, sed imitatio prohibetur, quum pelicano, & nycticoraci David propheta semetipsum comparauerit, dicens: Similis factus pelicano sum, factus sum sicut nycticorax in domicilio: *psalm. 101.* *Exod. 19.* Per aquilam autem Moyse ipsum significat deum, dicentem ad Israël: Quomodo portauerim uos super alas aquilarum. Nam & propheta leonem Christum appellant, leonem autem è diuerso esse Petrus diabolus dicit: Nec tamen secundum hoc, leo Christus, secundum quod diabolus, dicitur. Absit à nobis, absit ista impietas: sed quia simul regium, nec non rapax, atque immitte est animal, quumque dignitatem laudabilem, uituperabilem tamen operationem gerat: quod quidem laudabile habet, hoc in Christi regno accipitur, quod autem uituperabile, in diabolo, id est rapacitas, immansuetudo. Quod & in aquila considerantes, sine aliqua dubietate reperimus: propter altitudinem enim uolatus eius, figuram eius in deum sumpsit Moyse: quia uero rapax

A pax, à cibo eius abstinendum dixit. Propheta autem David, lugens hominem in peccato constitutum, nycticoraci hunc, sicut in nocte uiuētē, comparauit. Per pelicanum autem, utpote per animal amans solitudinem, figurauit eum, qui forsan amicis desolatus est, aut cognatis, aliorumq; similium societate destitutus.

Psalm. 101.

Pelicanus.

Omne de uolucris, quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit uobis. Quicquid autem ambulat quidem super pedes quatuor, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terrā, comedere debetis, ut est bruchus in genere suo, attacus, atq; ophiomachus, ac locusta, singula iuxta genus suū. Ab omni mundos esse peccato, atq; actione sordida, eos qui contemplatiuam uitā pollicentur, oportet. Propterea quicunq; quidem uolatilibus similes sunt, supernorum uidelicet assequi contemplationem promittentes, quæ ducit ad coelos, sed reptilibus comparantur, quia depascuntur terram, & concupiscentiis operam dant, etiam si in quatuor ambulant pedes, id est, etsi euangelicam simulant prædicationem, quæ dicit: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Et: Non habent necesse sani medico, sed qui male habēt. A quo latro saluatus est, & adultera iustificata est, & qui plus debebant, plus diligere ignoscentem dicuntur. Sed tamen quia non secundum ueritatem, socialem amplectuntur uitam, abutuntur autem com-

Luc. 5.

Matth. 9.

passione prædicationis pro suis uoluptatibus, immundi sunt, atq; abominabiles, utpote qui in tali conuersatione, & in tali sciētia, turpem quandā ingrediuntur, & immundam uitam. Quibus autem sunt crura excelsiora pedum, ut per ea exiliant à terra, inter munda propterea ponuntur, quia quum sint in carne, non secundum carnem militant, sed à sordidis exiliunt actionibus, & secularibus hominibus, ut doceāt eos atq; instruant, permiscētur: ita ut et cum adulteris aliquando, & cum publicanis habitent, & tamen immundis eorum non commisceantur actionibus: resiliunt enim ab eis, & auolant, & quum societatem peccati ipsorum refugiāt, peccatoribus tamen, ut eos à peccatorum sordibus liberent, atq; reuocent, plerunq; cohabitant: Sicut dominus, qui peccatum non fecit, nec in ore eius dolus fuit, cum peccatoribus comedebat, & bibebat, doctrina eos, institutioneq; iustificans, & ad sui prouocans æmulationem, nihil eorum ipse imitans, nec ab eis inquinatus. Propter quod dixerūt Cantica canticorum: Ecce iste uenit saliens in montibus, transiens super colles. Oportet ergo nos habere crura sublimiora pedibus, non qualia ludæorum pedes habent, qui in utriusq; uestigijs suis, in lege uidelicet & prophetis, claudicant: sed qualia habent ea, quæ dicuntur Cherubin, de quibus dictum est: Et crura eorū crura recta, & pennati pedes eorū, recte & indeclinabiliter in euangelicis pedibus: de quibus dictum est: Calcianti pedes in præparatione euangelij pacis. Hic quamuis super terram ambulat, quamuis cū peccatoribus dispensationis cuiusdā gratia, iuaminisq; conuersetur, illud implēs apostolicū: Si quis uos uocat infideliū ad coenā, & uul-

Crura excelsiora habentia munda quam obrem.

Matth. 9.

Cant. 2.

Ephe. 6.

Ctis ire, omne quod uobis appositum fuerit, comedite, nihil interrogātes propter consciētiam: tamen uolatile permanet, & mundus est, sciens à terra emicare, atq; exilire, & non adhærere secularibus actionibus. Bene autem taliū animalū etiam uocabula protulit legislator, bruchū, & locustam, attacum, atq; ophiomachū nominās. Cuius autē operationis sint, siue uirtutis, Naum propheta satis explanat, ait em̄: Bruchus expansus est, & auolauit: custodes tui quasi locustæ locustarum, quæ confidunt in sepibus, in die frigoris. Vel sicut LXX. emicuit sicut attacus commixtus tibi, sicut locusta quæ transcendit maceriam, in die frigoris. Ex quibus cernis, quia etsi peccatoribus commisceamur, etsi in die gelu siue † pruinae, id est abundantiae peccati, quū enim, inquit, abundauerit peccatum, refrigerat charitas multorū, transiliamus maceriam, spinosam uidelicet peccatorum exacerbationem, non similes effecti eis, sed subiicientes eos nobis, ut fiant doctrinae obediētes, aperte saluamus, & saluabimur, unde ait Paulus: Factus sum Iudæis sicut Iudæus: his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, quum ipse sub lege non essem: his qui sine lege sunt, quasi sine lege essem, quum ipse sine lege dei non essem, sed sub lege essem Christi. Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem. Sed tamen in morem bruchi, impetū facere & euolare necesse habemus, ut sicut locusta, siue attacus esse, qui pro huiusmodi attacū dicunt, exilire possimus, & emicare. Sic enim apte conueniet, quod in eodē propheta sequitur: Sol ortus & eleuatus est, & nō est inuentus locus eius: quoniā orto iustitiæ sole, qui illuminat abscondita, emicant, atq; exiliunt hi qui cum peccatoribus conuersantur, ad solatium iustitiæ, & nō iam locus illorum ille esse cognoscitur: cuius habitū pridē demonstrabant, quū quodammodo uterentur, quos & erat necesse saluari. Ophiomachi autē ab appellatione manifestatur et uirtus, quē imitari bonū est, & intelligibilibus repugnare serpētibus: reminiscens quod non sit nobis conuictio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae in coelestibus. Hi sunt quippe intelligibiles serpentes, & uenenati dracones. Quicquid ex uolucris quatuor tantū habet pedes, execrabile erit uobis: & quicūq; morticina eorū tetigerit, polluetur, & erit immūsus usq; ad uesperū. Et si necesse fuerit, ut portet quippiā horū mortuū, lauabit uestimēta sua, et immūsus erit usq; ad solis occasum. Omne animal quod habet quidē unguā, sed nō diuidit eam, nec ruminat, immundū erit, & quicquid tetigerit illud, cōtaminabitur.) Quod reptilia uolatiliū, quæ in quatuor ambulant pedes, eos qui abutiuntur euāgelica uita, & uitā sectantur sordidā & immundā, significēt: diuidere autē unguā, sicut hic LXX. dicunt, sed non ruminare, id est legem, quemadmodum oportet, meditari, & literam diuidere ab spiritu, sed non ea quæ in ea scripta sunt operari, neque ita conuersari, in præcedentibus ostendimus. Vnde necesse est eorum morticina, id est actiones, in quibus peccati morte intereunt, fugere præcepit.

† brumæ.
Diem frigoris
dixere prophete
de abundantia
peccatorum.
1. Corinth. 9.

Ophiomachus

Ephe. 6.

Volatile reptile
abutiētes euā
gelio significat

A cepit, & nullomodo participari talibus, nec contingere ea. Non solum autē tangentes, sed & portantes, aut accipientes quippiam ex eis, polluuntur. Portat autem peccata, qui dicit malum bonum, & amarum dulce, & tenebras lucem, quod Esaiaē prophetā reprehenditur uoce, quia per hoc exercens alium ad iniquitatem, & inuitans ad malum, à quo prohibere debuerat, super semetipsum quodammodo suscipit iugum. Non autem oportet quempiam peccatum alterius in semetipsum transferre: ob hoc enim & Dauid ait: Et ab alienis parce seruo tuo. Si enim alienorū participes efficiamur peccatorum, immundi usq; ad uesperam permanemus, id est, usq; dum agamus poenitentiam. Hanc enim uesperam Dauid ait: Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Propterea lauari quoq; uestimenta legislator præcepit, aperte demonstrans, quod immundi simus, usq; dum actiones nostras lachrymis diluamus.

Esa. 5.

Psal. 18.

Psal. 29.

Quod ambulat super manus, ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit. Qui tetigerit morticina eorum, polluitur usque ad uesperum: Et qui portauerit huiuscemodi cadauera, lauabit uestimenta sua, & immundus erit usq; ad uesperam, quia omnia hæc immunda sunt uobis. Nullum lex tacite præterit peccatum, sed quæcūq; actiones per euangelicum testamentum prohibita sunt, textit has prius ænigmatibus, ut utriusq; sanctionis consonantiã discens, cõfitearis deum, qui in eis loquutus est, timensq; recedas ab omnibus quæ prohibuerunt. In quatuor ergo incedit, qui ad euangelicã conuersationem migrat. Ambulat autem in manibus, qui quæstus eam causa, lucrifq; turpis adipiscitur, manus cito imponens, ut ex ea quippiam capiat. Commodè hic omnibus recte connumeratur, atq; comparatur bestiis. Siue enim adulterum dicas, siue auarum, siue homicidã, siue detractorem, siue blasphemum, in his omnibus est, utpote omnium peccatis communicans, per iniustã manus impositionem. Huius morticina sunt hi, quibus manus imposuit, in ipsis enim patitur peccati mortem. Qui ergo tangit ea, & qui leuauerit ex eis, recte polluitur: qui quidē tangit ea, id est, qui conuersatur, dicit: quia nullatenus competēter dignitatem arripuerunt, quam cauponantes olim omnimodo, per hanc iustificati sunt, si post hæc in antiquis iniquitatibus non permaneant. Sed & qui portauerit ex his, ueluti portans falsum testimoniū, perhibendo & docēdo dignū, qui indignus est. Immundus erit usq; ad uesperam. Quam superius diximus poenitentiã. Lauans autem uestimenta mundabitur.

Quadrupedia
Incedere manibus.

Hoc quoq; inter polluta reputabitur, de his quæ mouentur in terra, mustela, & mus, & crocodilus, singula iuxta genus suum. *μυγάλη* & cameleon, & stellio, ac lacerta, & talpa, omnia hæc immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit usq; ad uesperum. Nec nunc dei creaturam legislator accusans, immunda haberi hæc præcepit animalia, nam quomodo ea alio diuinæ scripturæ loco reperies esse laudata? Solomon quippe in

C Proverbijs dicit: Quatuor sunt minima terræ, & hæc sunt sapientiora sapientibus. Inter quæ leporem, siue secundum LXX. herinaccū, & stellionem computauit: quorum unum superius cum camelo & lepore, ut immundū, lex accusauit. Stellionis autē nunc mentionē fecit. Nō ergo natura eorum immunda est, sed nec omnis actio, nam quomodo poterant ista laudari? Sed quædam circa ipsa sunt actiones aptæ irrationabilibus animalibus, & quæ nullum iudicium exigunt, quæ nec nobis aptæ sunt, nec proprie nostræ sunt: atq; propterea quando à nobis continguntur, immundos nos faciūt.

Os homini sublime dedit, coelumq; tueri.
 Per terram uero repere, non est hominum, quibus concessum est ut recti incedant, coelumq; respiciant: quia super terrā repere, est sordida opera, terrenaq; gerere. Quæ per differentiam animalium, quæ nūc dinumerata sunt, legislator significauit, ait enim sic: Hoc quoque inter polluta reputabitur, de his quæ mouentur in terra. Non quia aliqua repentia sunt munda, omne enim opus quod per terram repit, & trahitur, sine dubio immundum est.

Philip. 3. Propter quod Paulus talia de his qui agunt ea, dicebat: Quorum deus uenter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt, Ad huius autem probationem, paulō post inuenies legislatorem dicentem: Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec adsumitur in cibum. Ergo genera nunc reptilium dinumerauit, non quod alia sint munda, alia immunda, sed ut per hæc cōsequenter reptilia respui discamus, ex horum uita omne genus conijciantes reptilium. *Mustela.* Mustela enim animal est dolosum, & ualde furtis uacās. *Mus.* Mus, propter uentris ingluuiem multa quotidie pericula sustinet. *Crocodilus.* Crocodilus duri corij, & malitiosus est, lutoq; pascitur, *μυγάλη* animal est compositum, non natura, sed uitæ conditione ad deridendum aptum, id est ut dolos faciat, et rapiat, uentremq; repleat: propter quod compositum nomen accepit ex utroq; animali, ex quo hæc habet uitia. *Cameleon.* Cameleon in malo miserescit, & præ infirmitate mansuetum esse se fingit, quū sit immansuetum animal. *Stellio.* Stellio, id est *ἀσκαλαβώτης*, nimis quidē paruulus, uel miserrimus, uenenosus tamen est. *Lacerta.* Lacerta in sepulchris habitat. *Talpa.* Talpa cæcum est animal, quod de terra generatur: dicunt enim eam de terra, simul & pluuia creari, corrupto luto, quum prius pluuiam suscipit. Hæc ergo immunda sunt de omnibus quæ repunt super terrā, non quia alia non sunt immunda, sed quia hæc maxime sunt. Propter quod pollutionem maiorē habent, siue malitiā.

Omnis qui tetigerit morticina eorum, immundus erit usq; ad uesperā. Bene ergo probat intentionem legislatoris ipsa litera. Si enim immunda natura essent ea quæ nunc dicta sunt animalia, oporteret immundum esse & qui ea uiuentia tangeret, nunc autem qui tetigerit morticina eorum, ipse solus immundus est. Morticina autem eorum, sunt prædictæ actiones, id est dolus, furtum, duplicitas, siue ironia, & circa alia occupatio, necnon circa terrena festinatio, ex qua mentis cæcantur oculi. Quia ergo in his animæ contingit mors, morticina recte nominantur: & qui ea tangit, id est, qui in eis polluitur.

Morticina quæ sunt.

A polluitur, sicut & Paulus ait, Bonum est homini mulierem nō tangere, proculdubio immundus est. Nihil enim sic hominem polluit, ut peccatum. Vsq̄ quedum uespera ueniente, de qua Dauid dicebat: Ad uesperum demorabitur fletus; ait autem de poenitentia intelligibili: purificatione diluamus.

Psalm. 29.

Et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorū, polluitur, tam uas ligneum & uestimentum, quā pellis & cilicium: & in quocunq̄ sit opus, tingentur aqua, & polluta erunt usq̄ ad uesperam, & sic postea mundabitur. Vas autem fictile, in quod horum quicquam intro ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum est.) Admirabili diuisione etiam nunc utitur legis-

Proverb. 25.

lator: quia enim aliquando ex negligentia, aliquādo peccamus ex opere, malorumq̄ studio, sicut illi de quibus Solomon in Prouerbijs dicebat: Cui uae, cuius patri uae, cui irae, cui rixae, cui sine causa uulnera, cui suffusio oculorum: Nonne his qui student uino, & uacāt calicibus epotandis? Recte hos inter eos qui tangūt morticina, posuit. Qui uero per euenientem animae negligentiam, & ob stuporem, defectumq̄ uirtutum delinquant, quemadmodum Dauid surgens meridie de strato suo, & ambulans in solario, & Vriæ uxorem lauātem se uidēs, captus à muliere est, quæ nimis pulchra erat, qui adulterium simul homicidiumq̄ commisit, in hos cadere morticina dicuntur. Neq̄ enim ipsi ad peccatum festinauerunt, sed inciderūt in eis, & quodammodo super se cadens peccatum suscipiunt. Quia autem omnino susce-

Tangunt morticina qui ex industria peccāt.

B perunt, & non resisterunt, propterea recte immundi sunt, tam uas ligneum, & uestimentum, quā pellis, & cilicium: id est, siue uitam leuem quandā et mediocrem habeat, talia sunt enim uasa lignea, aut ad tingendum sufficientem, sicut est uestimentum, siue patientem, quam pellis significat, siue eam quæ est patientium, hanc enim cilicium, siue saccus significat. Omnino autem uas est, in quo opus possit agi uirtutis: sic enim intelligis, in quocunq̄ que fit opus. Polluta erunt usque ad uesperam.) Id est usque tempus poenitentiae. Tingetur autem aqua lauacri, uel lachrymarum, & mundabitur. Vas autem fictile, qui totus terrenus est, id est luto seculi conspersus, in hoc si inciderit morticinum, peccatum quod ad mortē est, interiusq̄ eum penetret, domineturq̄ ei, sicut Dauid dicebat: Et induit se maledictionē sicut uestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, qui non solum ingredi maledictionem, sed & dominari in eo, in quo ingressa est, dicit: necessarie illud conteri præcepit: neq̄ enim eius immunditia sicut aliorum, facile purgari potest, labore quippe multo, & contritione, & quodammodo reformatione contritæ atq̄ humiliatæ mentis eget, sicut ait Dauid, si mundari uult. Vnde & beatus Paulus, eum qui cum uxore patris fornicatus est, intantum contriuit, ut satanæ eum traderet in interitu carnis, quatenus in tali contritione saluaret spiritum.

Incidit in nos morticina quādo præter opinionem in peccata incidimus

Psalm. 108.

1. Corinth. 5.

Omnis cibus quem comeditis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit: & omne liquens quod bibitur de uniuerso uase, immundum erit.) Cis-

Cum esse & potū in omni uase bonas actiones intelligimus, propterea enim dixit: cibus quem comeditis, & liquens quod bibitur: quia malarum actionū & cibus, & potus prohibetur, id est earum communicatio. Si ergo in aliqua bonarum actionum, quæ in omni uase sunt, id est in omni homine, siue principe, siue plebeio, siue sapiēte, siue imperito, unum quodlibet eorū quæ dicta sunt, inciderit morticinorum, necessario immundus erit. Nam etsi nō ab initio mala quadam intentione actionem bonā cœperit, sicut hi faciunt, qui propter negociationem, uel lucrum, pietatem fingunt, postea autem inciderit actioni eius superbia, dolus, aut hypocrisis, uel simile quippiam, quod morticinum, utpote mortem quodammodo participantem inferens, dicitur, erit & hic immundus, bonā siquidem actionem mala subingrediens intentio polluit. Quid autē addidit legi quæ est de cibo? Si fusa fuerit super eū aqua. Ostendit, quia eas, quæ sunt post baptisma, actiones quæsiuit, & sermo ei de fideli, & baptizato est, de infideli autem actione nullam mentionē facit. Quod probat beatus Paulus dicens: Scripsi uobis in epistola, nō commiseri fornicarijs, non utiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus, alioqui debueratis de hoc mundo exisse. Nūc autem scripsi uobis, si is qui frater nominatur, est fornicator, aut immūduus, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriofus, aut rapax, cū huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Intantum nullus ei sermo est de actione, siue conuersatione eorum qui foris sunt.

Et quicquid de morticinis istiusmodi ceciderit super illud, immundum erit. Siue clibani, siue chytropodes, destruentur & immundi erūt. Fontes uero, & cisternæ, & omnis aquarum congregatio, munda erit. Qui morticina eorum tetigerit, polluetur. Extranea quodammodo esse ea, de quibus nunc tractat legislator, apparent: cuius enim rei gratia clibanos & chytropodas intantum ait esse immundos, ut eorum mundationē præciperet: fontes uero & cisternas, aliasq; cōgregationes aquarum esse mundas scripsit? An forsitan quia hæc non solent pollui. Si enim aquarum collectiones, pollutiones nostras diluunt, quomodo pollui possunt? Omnino ergo inuenies cohærentem legisliteræ contemplationem spiritus, quod cognoscimus, si uerborum interpretationem secundum uirtutem suā scrutati fuerimus. Quid enim clibani uel forte chytropodes nocētur, morticino in eis cadente mure? Si autē clibani & chytropodes nocentur, quomodo non magis aquarum collectiones, in quibus contingit animalia hæc incidentia computrescere? Sed quid putas clibani, uel chytropodes significāt? Magistros uidelicet, in quibus cibi sacræ doctrinæ coquuntur, operationis spiritus igne supposito. Non est autem mirum, clibanos eos per metaphorā, & chytropodas appellari, quia in multis scimus diuinam scripturam talibus usam nominibus. Nam David Moab, id est gentes, lebetem appellauit, ait enim: Moab olla spei meæ, propter

Paulus nihil rei sibi esse uoluit cū illotis.

Quamobrem aqua non polluat.

Passiue dixit nocentur, noue pro deterioribus fiunt.

Metaphoræ frequētes in sacra scriptura. Psalm. 109.

Apter baptismatis aquas, quæ in eis calefiunt. Sed & Ezechiel lebetem Hierusalem appellat, sed plenum carnibus. Siue ut LXX, ueneno: uiros in ea male docentes, & uiuentes significans. Secundum hanc ergo rationem, clibani et chytropodes, quibus coquantur cibi, uidelicet populi doctrinæ, dici possunt. His ergo si inciderit morticinum, id est, si peccati mortificantis actio superuenerit, immundi fiunt, & destruantur: quia qui docent non furari, furantur, & qui prædicant non mœchari, mœchantur: doctrina si quidem bona est, non est immunda. Nec diuina propter hoc abominamur eloquia, quod ex eis quidam forsitan immundi prædicatores effecti sunt, & propterea fontes, uidelicet opulentis doctrinæ: & cisternas siue lacus, linguas loquentes mediocria, & doctrinam mutuam habentes. Sed & collectiones aquarum, eos qui undique huiusmodi uerborum affluentiam congregant, esse mundas legislator dixit. Sed quam consequentiam habuit, ut de clibanis & chytropodis loquens, subinferret: Exceptis fontibus aquarum? Sed quia per illam magistrus significauit, necessarie fontes, & cisternas, & collectiones aquarum subdidit, quæ, sicut ostensum est, in doctrina accipiuntur. Propter quod ad Samaritanam dominus dicebat: Quicumque biberit de aqua, quam ego dabo ei, non sitiet iterum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Bene autem lex subdidit: Qui morticina eorum tetigerit, polluetur. Vbi LXX, ædunt: Qui uero tetigerit omnem immunditiam animæ morticinorum ipsorum, immundus erit. Et animam addiderunt, ne forte putetis de repentibus sensibilibus, aut bestijs dici: nam eorum qui tangit morticina, non animæ, sed corporis immunditiam tangit. Ergo de doctoribus intelligendum est, qui immundi facti sunt immunda quadam & mala actione. Horum enim doctrinis, quando fuerint secundum legem dei, intendere, operibus eorum autem nullomodo communicare, nec tractare ea, uel omnino contingere debemus, reminiscentes uerborum dei, quæ ad confirmationem præsentium dixit ad populum, siue discipulos: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia quæcumque dicunt uobis, facite, & custodite: secundum autem opera eorum nolite facere.

Ezech. ii.

Chytropodes destruantur, si morticinum incidit. Roma. 2.

Nō ideo fontes sunt contēnendi, quod ex his nonnunquā serpentes ueniunt occasiones habent.

Ioan. 4.

Matth. 23.

Semen perfluum aqua.

Matth. 13.

B Si ceciderit super sementem, non polluit eam. Sin autem quispiam aqua semetipsum perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. Nihil indiscussum relinquit legislator, sed omnia in subsequenti discutit, perfectionem legis spiritalem probare desiderans, & si imperfecta eis uidebatur, quando solam intuebantur literam. Differentiam igitur hic infidelium, qui necdum baptizati sunt exponit, & semen utroque appellat, utpote qui susceperunt regni prædicationem. De quibus dominus parabolam seminis proponens, dicebat: Bonum semen, filii sunt regni, sed semen quod necdum seminatum est, unde LXX, ædiderunt: Semen satiuum quod seminabitur, id est, quod necdum seminatum est, seminandum autem est, illos qui necdum baptizati sunt, baptizandi autem sunt, recte appellauit: super hos siquid prædictorum

Venia digni sunt qui per ignorantiam peccant.
 C morticinorum cadat, quia necdum cautelam mysteriorum acceperunt, nec integram dei agnitionem conquisuerunt, quae illos possit remouere à superuenientibus ex negligentia peccatis, mundi esse dicuntur, propter praedictam causam uenia digni. Super quos uero fusa fuerit aqua, uidelicet baptismatis, hi necessario immundi fiunt, si unum ex his, quae morticina sunt, super eos inciderit: oportuerat quippe tanti participatione, dona ad eorum pertinere custodiam. Terret igitur deus spiritus eos, qui olim perceperunt baptismum, ut non ex negligentia peccantes immundi fiant.

Mors peccati labem significat.
 Si mortuum fuerit animal, quod licet uobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit usque ad uesperam. Et qui comederit ex eo quippiam, atque portauerit, lauabit uestimenta sua, & immundus erit usque ad uesperam. Quae admodum peccatores permanentes in peccatis, abominandi sunt, nequaquam autem recedentes, ac poenitentes: ita iustis omni studio concurrendum est, scientibus nobis quia ex eis sanctificamur. Si autem mortui fuerint, graui peccati morte, non debemus tangere illorum uitam, nec eorum conuersationis esse participes, scientes quod si quis tetigerit, immundus erit, usque quo etiam ipse poeniteat. Sed & qui comederit de morticinis eorum, id est, qui eos defenderit, quasi aduocatus peccatorum ipsorum, uel auxiliator, & propterea illorum in se peccata suscipiens, necesse habet lauare uestimenta sua, uidelicet actiones, quia & ipse usque ad uesperum, id est usque dum poeniteat, immundus erit.

Comedere de morticinis est patrocinari sceleribus.
 D Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum. Quicquid quadrupedis super pectus graditur, & multos habet pedes, siue super humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est. Nolite contaminare animas uestras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi sitis. Iam & haec superius legislator exposuit. Nunc autem ideo repetit, ut frequenti meditatione ad custodiendam legem moueat auditorem. Quamobrem & à nobis recapitulanda sunt, quia & quiddam noui addidit praesenti sanctioni, necessariam eis adiiciens actionem meditationis. Quae reptant ergo super terram, hi sunt qui terrena sapiunt: & qui lutulentis pascentur actionibus, super pectus, siue super uentrem similiter gradiuntur, galtrimargiae operam dantes. In quatuor gradiuntur super terram, qui praedicationem euangelicorum librorum, pro eo quod salus in eis peccatorum praedicatur, abutuntur in luxuriosam uitam: non intelligentes, quia peccatores non ut maneat peccatores, sed ut cessent à peccatis, prouocat praedicationis. Sed eis qui in quatuor ambulat, addidit, & multos habet pedes, ostendens, quia licet si non solum ex euangelicis libris, sed ex alijs scripturis, atque ex uaria, sicut ipsis uidetur, doctrina hoc confirmare cupiunt, erunt & sic immundi. Et ut breuiter dicatur, omne quod reptat super terram, id est qui terrena sapiunt, declinare nos oportet, & refugere: scientes, quia eorum communicatio polluit, & similiter immundus est agens, agentique concurrentis.

Repere super terram. Super pectus.
Pedes.
 Ego enim sum dominus deus uester. Sancti estote, quoniam & ego sanctus

A **S**anctus sum. Ne polluat^s animas uestras in omni reptili, quod mouetur super
 " terram. Ego dominus qui eduxi uos de terra Aegypti, ut essem uobis deus.
 " Sancti eritis, quia & ego sanctus sum.) Omnino prohibet esse nos socios eo-
 rum qui terrena sapiunt, nec si potentes quidam sint, nec si iustitiam, aut sa-
 pientiam fingant, ne si forte sacerdotio, uel aliquolibet amiciantur dignitate.
 Vnde breuiter omnium reptium, quæ super terram mouentur, mentio-
 nem fecit, non simpliciter hoc quod est repere respuens, sed super terram re-
 pere: nam humiliari quidē bonum est, ut autem ad terrenam declinetur sa-
 pientiam, nō est bonum, nec utilis est animabus talis humilitas, à qua libera-
 re uolens: Ego sum, inquit, dominus deus uester.) Id est, ad cuius imaginē
 " facti estis, ut coelestia sapiatis, eum qui in coelis habitat imitantes. propter
 " quod subdidit: Sancti eritis, quia sanctus sum.) Qui non hoc adderet,
 nec duplicaret in nobis sanctificationem, nisi eius essemus participes, & cō-
 " sortes eius sanctificationis effecti, custodire eam per philosophiam, & san-
 " ctam conuersationē opus haberemus, unde ait: Ne polluat^s animas ue-
 " stras.) Primum quidem, quia donatum est animæ, esse ad imaginem dei: &
 maxime in ea esse sanctificationem uult, utpote quæ principatum super om-
 " nne animal tenet. Deinde ostendit pollutionem, quam odio habet, non esse
 de mortuis corporibus, aut cibis immundis, corporibus, sicut quidam pu-
 B tant, factam, sed eam quæ animabus ex actionibus malis euenit. Dicens au-
 tem, non oportere in cunctis reptilibus, quæ mouentur super terram, ani-
 " mas nostras pollui, omnino competenter addidit: Ego dominus qui eduxi
 " uos de terra Aegypti, ut essem uobis in deum.) Per Aegyptū, Aegypti de-
 monstrans mala, & omnia opera tenebrarū. Aegyptus em, cōtenebratio in
 " interpretatur. Quibus si quis uere carere uoluerit, & eū qui uere est deus, ha-
 bere suū deū, non solū idololatriā cauere debet: sed si uere ei adhærere desi-
 " derat, quia ille sanctus est, ipse quoq; sanctimoniam studeat, sine qua nemo ui-
 " debit deū. Ista est lex animantiū, & uolucrū, & omnis animæ uiuētis quæ
 " mouetur in aqua, & reptat in terra, ut differētiās noueritis mūdi, & immūdi,
 " & sciatis quid comedere, aut quid respuere debeatis.) Recapitulatione mo-
 re suo nūc etiā legislator utitur, ut norint legētes, de quibus iam lex dixit, &
 facile ea perscrutentur. Quod autē nunc addidit, admirabile, omnisq; ple-
 num iuuaminis, notandum que est: prolatam quippe dixit legem dinume-
 ratis animalibus: nec solum ut separaret inter munda & immunda, sed ut
 sciant filij Israël, uel cognoscant inter uiuificantes ea quæ comeduntur. Ergo
 non cibi nos mundos reddunt, nec pollunt, sed nos eos, siquidem nos ui-
 uificamus ea quæ comeduntur. Et quemadmodum omnis cibus bonus,
 & nihil reijciendum est, quod cum gratiarum actione percipitur, sancti-
 ficatur enim per uerbum dei, sicut ait Paulus, & orationem: sic ea quæ co-
 meduntur, ea uidelicet quæ nutriunt animam, id est bonas actiones, nos ui-
 uificamus, si bene eis utamur. Sin autem male, non uiuificamus, sed mor-

Repere super
terram humili-
tati non repu-
gnat.

Pollutiones ue-
re unde orian-
tur.

Aegyptus, con-
tenebratio.

Nos polluimus
cibos, non ipsi
nos.

1. Timoth. 4.

Ctificamus. Qui enim ex iniquitate facit eleemosynam, mortificat eius uirtutem, siue potentiam. Et qui à cibis abstinent, per linguam uero fratribus detrahunt, de quibus Dauid dicit: Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis: mortificant hi abstinentiam, propter quod beatitudinis est, nosse discernere inter uiuificantia ea quae comeduntur animalia, & ea quae non comeduntur, id est inter eos qui bene bona agunt, & malas actiones. Haec sunt enim animalia quae non comeduntur, & discernit non solum sciens, sed qui scientiam confirmat operibus. Quod pauci in hoc studet seculo, multis eam per dolos inficietibus, multisque adulteratibus per hypocrisin, ut quidam iam dubitet, etiam in ueris bonis, quae sint comedenda, quae non comedenda, propter quod ait:

.. Ista est lex) Non solum discernendi, sed sciendi filios Israël. Cognoscuntur autem, uel sciuntur ea de quibus dubitatur, quorum dubitationem docendo compefcimus, quando legis doctrinae conuenientia docemus.

CAPVT XII.

Loquutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruae. Die octauo circumcidetur infantulus. Ipsa uero trigintatribus diebus manebit in sanguine purificationis suae. Omne sanctum non tanget, & nec ingredietur sanctuarium, donec impleatur dies purificationis eius. Sin autem foeminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui. Et sexaginta & sex diebus manebit in sanguine purificationis suae.) Manifesta est legislatoris intentio, antiquum generis humani significantis excessum, atque ideo ex omnibus his conferre nobis desiderat, ut euitemus seculares res, & actiones carnis: utpote nobis non bene ualentibus profligare sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deum. Nam mundus quidem per seipsum bonus est, ortum solis cerne re, lunam, stellasque caelum coronantes, terram distentam, diffusum mare, ut ex his omnibus sapientia colligatur, & coniiciatur opificis. Similiter & corpus bonum est, & nimis bonum, quod nobis in uirtutibus conlaborat. Habet enim instrumentum ad glorificandum deum, linguam, aliosque, qui in nobis sunt, sensus, per quos respicientes creaturam mundi, omnemque eius solatium, per haec aliud intuentes, coniicimus & ex his quae facta sunt, ea quae sunt inuisibilia. Sed quia & seculo, & carne male simul usi sumus, ita ut dominus de mundo diceret: Mundus in maligno positus est. Paulus autem: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae. Et rursus: Ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. Et rursus: Manifesta autem sunt opera carnis: quae sunt fornicatio, adulteria, immunditia, et quae his similia sunt. ab his lex nos liberare conatur, et de hac re multa scribere non cessat aenigmata, sicut & nunc communia, et specialia. Intende quibus uerbis

Ex intuitu rerum creatarum maxima sapientiae pars colligitur.

Corporis usus.

1. Ioan. 5.

Roma. 6.

Roma. 7.

Galat. 5.

A uerbis ad Moysen dominus loquutus est, ut ille filijs Israël eadem uerba mi-
 nistraret. Faciebat autem hoc non frustra, sed palam demonstrans, quod
 ipse quidem Moyse loqueretur, ut ad intelligendam uirtutem legis idoneo:
 Moyses autem populo, ut quia non totum capiebat, nec spiritale suscipere
 mandatum, nec deo loquente audire legem, sublimiora narrantē. Hinc est
 enim quod ipso deo legem dante, dicebāt ad Moysen: Loquere tu nobis, &
 audiemus: non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Sed & humili
 ter eam atq; secūdam humanā possibilitatē, homine uidelicet tradente, susci-
 piunt, ut ad spiritum paulatim ascendatur. Per literam igitur semen suscipi-
 ens est mulier, quæ uiri concipit ex semine. Hanc septem diebus esse immū-
 dam dicit, & hoc quamobrē? uidelicet quia fator immūdus est, utpote hæ-
 res Adam, qui per transgressionē immundus factus, atq; ita Euaē mixtus, om-
 nne genus humanū fecit immundū. Aperte autē hoc in sacra scriptura legi-
 tur, quod postquā exijt de paradiso, mulierē suā Adam cognouit, atq; ita
 deduci cœpit humanū genus. Septem autē dies ideo mulierem esse præcepit
 immundā, quia Adam, per cuius semen suscepit immunditiā, cum genere ui-
 tam nostrā polluit. Septem dierū numerus, significat per quem tempora re-
 uoluuntur. Propter quod etiam eius requies septima dies, id est intelligibile
 speratur sabbatum. Quomodo autem nostram polluit uitam? Inducens ei
 maledictionem, & transferens ad miseriam, eam quam sortiti fueramus ab
 initio beatitudinē. Quod manifestū est ex his quæ deus ad Adam dicit: Ma-
 ledicta terra in operibus tuis, spinas, & tribulos germinabit tibi. Propterea
 & nunc legislator dixit: Secundum dies separationis menstruæ. Vel sicut
 LXX. Secundō dies purgationis menstruæ immūda erit. Quid autē hoc sit,
 alij interpretes planius ædiderunt. Symmachus quidē dicens, secundū dies
 separationis, afflictionis; Aquila, separationis, miseriar: Theodotion, separa-
 tionis, doloris eius. Miseria autē, & afflictio, & dolor tunc esse cœpit, post-
 quā separatus à paradiso Adam, nostram sortitus est uitam, quia in sudore
 uultus comedere panē cōdemnati sumus. Huic sensui planiorē, & indubita-
 bilē addidit probationē, quū dicit: Die octauo circuncidetur infantulus.)
 Dies em̄ octauus, quoniā septimæ diei, quæ imago est præsentis uitæ, succe-
 dit, figurā gerit futuri seculi, in quo carnē præputij circūcidimus, opera car-
 nis oia deponētes; tunc quippe nō solū peccaturi, sed nec cōmessuri, aut bibi-
 turi, aut nupturi sumus. Erimus autē proculdubio, sicut ait dñs, ex corrupti-
 bilibus incorruptibiles, sicut angeli: & mūdi modis omnibus, ex immūdis
 efficimur. Seminatur igitur, ait Paulus, in corruptione: si igitur in corrupti-
 one seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. Ergo hic est modus,
 propter quē infantē octauo die iubet circūcidi. Incircuncisum autē perire de
 populo suo ostēdit, quia ante circuncisionē, abominabilē habet carnē, & im-
 mundā, propter causas uidelicet quas superius diximus. Mundať autē per cir-
 cuncisionē, quæ imaginem gerit resurrectionis mortuorum. Illud autē nimis

Exod. 20.

Gene. 4.

Gene. 31

Septimus dies.

Octauus dies.

Math. 22.

1. Corinth. 15.

Circūcisio ima-
go resurrectio-
nis.

C quærendū est, quamobrem puerum circuncidi lex præcipiens, ipsius quidem immunditiam tacet, matrem autem immundam esse dicit, usq; ad diem in quo infans circunciditur: octauo quippe præcepit die circuncidi, septem autem diebus ait matrem esse immundam: Aut forte quia inobedientiæ causa Eua seducta extitit, transgressio autem, siue inobedientia immunditiam nobis, sordemq; contraxit, ideo hoc quod est amplius, legislator in mulierem conuertit. Sed & quærendum est, cur huius rei gratia, in sanguine purificationis suæ manere mulierem præcepit, non sanguine sordido, sed in sanguine mundo, id est purificationis eius, sicut in his quæ sequuntur ostenditur.

Quare septem diebus immunda dicatur paries.

„ Hæc omne sanctū non tangit, & in sanctuario non ingreditur, usq; dum compleatur dies purificationis eius.) Si ergo in sanguine mūdo trigintatres dies, & omne sanctum non tangit, & in sanctuario non ingreditur, unde huiusmodi causam, nisi ex dierum perscrutatione reperiemus: Triginta quippe

Trigintatres dies manere in sanguine purificationis.

Gene. 1.

pe & tres dies ideo tradidit, ut adiectis septē, cuncti quadraginta fiant. Aliud ergo per hoc legislator significat. Quia ergo in diebus quadraginta masculus dicitur infans formari, duo hæc per ea quæ dicta sunt, probantur: id est, quia ipsa quidem substantia generis humani munda est, sicut à deo creata: Omnia em̄ quæ fecit deus, erāt ualde bona, & multo magis homo. Propter quod ait: In sanguine mundo, siue purificationis mulierē sedere. Quia autem per successionem Adæ transgredientis læsus est, necessarie quæ semen suscipit, & concepit, omne sanctum non tangit, & in sanctuario non ingreditur,

Imago dei nostre nature mundatio est.

D tur, usq; dum compleantur dies purificationis eius: id est usq; dum compleantur dies quadraginta, in quibus puer formatur: Ipsa quippe imago dei, mundatio est nature nostre, quamuis fuerit sordidata. Ergo nequaquam ingredi in sanctuario, nec omne sanctum tangere præcepti fueramus, nisi imago dei semel donata nostro generi, sanctorum nobis præstitisset ingressum. Propter quam saluandam ipse quoq; incarnatus est dominus, suam imaginem saluare uolens. Sed in quadraginta diebus ad coelum eam sustulit, secundum quod eam hominem plasmans, in uulua donat, & tunc ad uerum sanctuarium natura nostra ingreditur: Aperte autem hæc probantur per ea quæ de genere foemineo sanciantur. Quia enim octogesima die formari in utero foeminæ dicuntur, tantundem numerum ad impletionem dierum purificationis earum, quæ semen suscipiunt, præcepit, ait enim sic: Si foeminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui.) Et quum oporteret quatuordecim dicere, non sic dicit, sed duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui. Propter quod ad illum nos transmittit sensum, id est, ut in septem quidem diebus esse humanam uitam: fluxus autem menstrui, afflictionem eius, & dolorem, & miseriam intelligamus. Dixit autem duabus hebdomadibus recte, quia duplo genus muliebri mulctatum est: habet enim & Adam maledictionem, in sudore uultus sui manducans panem suum. Habet etiam ipsa terra, spinas, &

Foemella octogesimo die formatur in utero.

Genus foemineum mulctatum duobus modis.

tribulos

A tribulos germinantem, quæ quum ex terra orta sit, in terram reuertitur. Habet etiam pœnam specialem: in tristitia paries filios, & ad uirum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Et propterea duabus, inquit, hebdomadibus immunda erit, iuxta ritum fluxus menstrui. Sexaginta autem & sex diebus in sanguine mundo, id est in purificatione sedebit, sancta non tangens, usq̄ dum compleantur dies octoginta. Quatuor enim & decem, super sexaginta sex addita, octoginta faciunt, in quibus foemina formatur. Ergo sine aliqua dubitatione legislator ostendit, quia immundum factum maledicto nostrum genus, nequaquam intraret in sanctis, nisi per imaginem dei, quam semel sortitum est, & propterea suscipientes semen mulieres, diebus formationis pariendorum paruulorum, de sanctis uetantur. Quod si dicis, quam obrem non magis in utero habentes, diebus formationis, de sanctis matres prohibentur? Frustra hoc interrogas: incertum est enim ei quæ grauida est, utrum marem, seu foeminam paritura est: & unde manifestum esse poterat, quotquot diebus oportebat eam de sanctis prohibere? Ergo manifesta est causa pro qua hæc legislator in illis disposuit.

Quumq̄ expleti fuerint dies purificationis eius, pro filio, siue pro filia, deferat agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturæ pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonij, & tradat sacerdoti, qui offerat illa coram domino, & roget pro ea, & sic mundabitur à profluuiio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum, ac foeminam. Quod si non inuenit manus eius, nec poterit offerre agnum, sumat duos turtures, aut duos pullos columbæ, unum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitq̄ pro ea sacerdos, & sic mundabitur. Totam hic intentionem suam legislator aperuit, quia pollutionem non motus naturales faciunt, sed peccatum, de quo David dicebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Non suæ matris peccatum aliquod accusans, sed matrem naturam appellat: immunditiam peccati Adæ & Euæ, in omne genus nostrum descendisse significans. Et propterea quando completi fuerint dies purificationis, secundum prædictum modum, sacrificium pro peccato iubet offerri. Quia & agnum anniculum in holocaustum tunc immolari præcepit, euidenter illud ostendit, & approbat consideranti, quia dei imago perfectionem generi nostro tribuit. Nam formationem quidem dies ostendunt mundationis; perfectionem autem, sacrificium holocausti. Manifestum est enim, quia integram & perfectam cõuersationem denunciat holocaustum. Sed & agnum anniculum immaculatum sacrificio deputauit, ex utroq̄ designans perfectionem. Quid enim est agnum, aut aliquid tale aliud in sacrificio, forte non inuenientem columbam, aut turturem, offerre, & cur ad ostium tabernaculi testimonij, ad sacerdotem sacrificium ducitur, & quomodo ante dominum offertur, quomodo etiam propitiatio per sacerdotem obtinetur & agitur, in multis sacrificijs dictum est, quæ pro peccatis offeruntur.

*Psalm. 50.
Mater in David
de natura ac-
satur.*

C Sed hic propter hoc interim legislatoris sapientiã obstupescere, quia euenire poterat, ut studentes legem dicerent: quali deprecatione pariens infantem opus habebat, quæ ipsa non peccauit, non enim ex fornicatione, sed de nuptiis generauit. Interpretari necessitatem huius deprecationis uolens, addidit: Et mundabit eam à profluuiò sanguinis sui. Profluuiũ sanguinis, inobedientiam dicens: unde immunditia, & poena eius in totum genus humanum fluxit, quã & nos deponamus, sacrificia pro nobis quæ dicta sunt, offerentes: duos turtures, aut duos pullos columbarũ, legis meditationem, contemplationemq; & scientiam, siue cognitionem: horum enim habere figuram prædicta animalia demonstratum est. Quia autem negligentia legis, immunditiam hominibus introduxit, meditatio & scientia, per quam manifeste correctio prouenit, mundare, liberareq; nos ab illata pridem poena poterit, in CHRISTO IESU domino nostro, per quem, & cum quo gloria patri, & filio, & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Profluuiũ sanguinis.



ISYCHII PRESBY.

TERI HIEROSOLYMYMORVM IN LEVITICVM LIBER QVARTVS.

D

Festi dies animo, non corpore celebrandi.



Christus festa eloquio sacro celebravit.

IMPORTVNITATEM fieri pleriq; festiuitatibus putant, sed nesciunt quod summe, siue capitulo festiuitatis inuideant, & ad deteriora festiuitates trahunt: nõ anima quippe, sed corpore student festa celebrare: unde non negligenter ea dicere, sed ex opere festinant. Hoc etiam patiuntur, qui ianuas in die nuptiarum cantoribus, aut citharcedis clauserunt, qui plausu, & organorum cantu, lampadibusq; nuptialibus destituta sponsalia carpenta præmittunt, quicq; se amicos sponsi dicentes, cursibus sacris, & tubis, cultu festiuitates priuant, quæ sibi exhiberi, & nuptiis sponsæ, utpote cui fauendum erat, quum domi susciperetur, optaret. Sed CHRISTVS non ita: nam existens uerbum, festiuitates implebat eloquio. Et alij quidem uitulos, aut boues, aut oues, arietes, hircos, & capras, turtures, aut columbas: qui autem hæc non habebant, crustula, & lagana, & similia pro sacrificio ad sanctuarium offerebant. Ipse autem doctrina, sicut oportebat, hostias uariabat. Et nunc quidem, sicut uitulum nouellum cornua proferentem, & ungulas, per Theologiam uerbum uentilans, aduersarios immolabat.

A molabat, nunc autem pro columba mediatoriam doctrinam explanabat: & pro pari turturum, leges indicebat animæ contemplationis & castitatis. Erat autem ipse aries ad sacrificium coronans laudibus iustos, & hircos peccatores ex errore uenientes. His ergo & nos festiuitatem ornemus, ipso in sacrificio cultrum, linguam uidelicet præsentem materiæ qui immolauit, talia tantæque mutuante. Est autem hæc lepra, quam Moyses legislator proposuit, plurimas eius proferens species, multiplicem huius uarietatem passionis exponens, nec solum lepram quæ in homine, sed & quæ in lignis & in petris est, trama quoque, & stamine, & pellibus, in quibus operari potest, sed & in domo integra, similiterque accedentem uestibus, quum in nulla alia hoc custodisset ægritudine, ut etiam pigriores intelligant, legislatorem quippiam sublimius intueri, atque diuinius, meliusque quàm literæ prodit aspectus. Sed & quum sacerdoti serauerit discretionem, nec hanc tacet, sed quæ ad hanc sunt necessaria, per ordinem describit, ut tam ipsum constituat modum, quo uolens de his iudicare debeat, quàm absque inimicitia, uel gratiæ suspitione in iudicio conseruare eum, qui incidere facile in huiusmodi poterat existimatione, & hunc quidem per inimicitiam retinere, alium autem gratiæ causâ à passione resolvere, & amicitiae suspitionem dare: nisi forte planam de eis protulisset legem, quos oporteret separari à tabernaculo, utpote qui morbo tenerentur. Quos autem rursus mundatos à passione, suscipi: qui etiam ne ipso initio inter leprosos, ut de quibus frustra suspicio habita sit, computandi essent, quando de eo esse dubietatem lege quoque lata contingit. Et nimis obstupescendum est, quemadmodum eum qui in parte corporis lepram habet, eicit de tabernaculo, & poenæ subdit: eum uero qui toto corpore patitur, mundum dicit: & quemadmodum si nihil omnino passus sit, præcepit omnibus permisceri præiudicare, siquidem quodammodo eos qui ex parte leprosi sunt, uidetur & suadere ad non orandum, ut ab instanti liberentur passione, sed magis ut depascant, exundetque passio per uniuersum corpus: nam illud quidem disceptatione multa eget, & ad distinctionem legis cogit sacerdotem iudicantem. Istud autem inculpabiles custodit, & beatos ex multitudine periculorum reddit, sed & sanos in seruore ægritudinis, & sæua comprehensione passionis ostendit. Sed tempus est iam ad uerba legis pergere: ipsa enim nobis ad singula planè exhibent causas. Veruntamen auditores illud antea contestamur, ut is qui discere desiderat, minime indoctorum, sicut ego sum, dicta despiciat. Neque enim propria dicimus, ut fallaces accusemur, quippe quibus parua de proprio ministrantur: Dei autem est, qui ubi uult inspirat, & qui pueris, uel pigris hominibus, nimisque imperitis, maiora sæpe quàm prophetis reuelat. Quod manifestum est ex eo quod populus ille **IE** **S** **V** **M** super asinum sedentem laudans, uocem emisit, quæ amplius omni prophætica tuba notanda sit. Legem autem ecclesijs in mystico ministerio latam, scitis uos qui seruitis mysterijs, quamobrè non oportet prophanorum

*Cantio puero-
rum.*

Hos anna puerorum magno miraculo est fidelibus.

Ex poeta quod pia hoc Paulus Act. 17. citat.

C aures onerari uerbis, quorum prophetis pars non omnia capientibus, credita est: in quo & ego nimis admiror, & pro magno miraculo quod accidit, habeo, quia quod prophetica uox quae ante multas generationes praedicta est, latuit, populus indoctus ostendit, & ipse reliquum inspiratum, creditumque capitulum est, ita ut dicatur & a nobis aliquid, quod quidem auribus auditorum proficit, necdum autem ab anterioribus dictum, si deus donet ut libenter suscipiatur: In ipso enim uiuimus, mouemur, & sumus, sicut praecipit Paulus etiam nos dicere, & tantomagis quanto ut gubernetur lingua nostra de caelo, quum nimis simus indocti, opus habemus. Ita se habet legis littera, quae ab ipso deo ad Moysen dicta est, littera.

CAPVT XIII.

Loquutus est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Homo in cuius carne & cute ortus fuerit diuersus color, siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est, plaga leprae, adducetur ad Aaron sacerdotem, uel ad unumquemlibet filiorum eius. Qui quum uiderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsamque speciem leprae humiliorē cute, & carne reliqua, plaga leprae est, & ad arbitrium eius separabitur. Sin autē lucēs fuerit candor in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus, & considerabit die septimo. Et si quidem lepra ultra non creuerit, nec transierit in cute prioribus terminos, rursus includet eum septem diebus alijs, & die septimo cōtemplabitur: Si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum: quia scabies est, lauabitque homo uestimenta sua, & mundus erit. Quod si postquam a sacerdote uisus est, & redditus munditiae, iterum lepra creuerit, adducetur ad eum, & immunditiae condemnabitur. Plaga leprae si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, & uidebit eum. Quumque color albus in cute fuerit, & capillorum mutarit aspectum, ipsa quoque caro uiua apparuerit, lepra uetustissima iudicabitur, atque inolita cuti, contaminabit eum sacerdos, & non recludet, quia perspicue immunditia est. Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem, a capite usque ad pedes, quicquid sub aspectu oculorum cadit, considerabit eum sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit, eo quod omnis in candore uersa sit, & idcirco homo mundus erit. Quando uero caro uiuens in eo apparuerit, tunc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur: Caro enim uiua, si lepra aspergatur, immunda est. Quod si rursus uersa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, considerabit eum sacerdos, & mundum esse decernet. Item secundum LXX. textum: Et loquutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens: Homini cui facta fuerit in pellicula corporis eius cicatrix significationis, *τιλαυγής*, aut *αύγασμα*, & facta fuerit in pellicula corporis eius cicatrix ad maculam leprae, & uenerit ad Aaron sacerdotem, aut ad unum

A unum filiorū eius sacerdotem, & uiderit sacerdos maculam in pellicula corporis eius, & pilū in macula mutauerit albū, & aspectus maculæ humilior à pellicula corporis, macula lepra est: & uidebit sacerdos, & cōtaminabit eū. Si autē ^{αὐγαομα} album fuerit in pellicula corporis eius, & humilior non fuerit aspectus eius à pellicula, & pilus eius nō cōmutatus fuerit in album pilum, ipsa est obscura. Et separabit sacerdos maculam septem diebus, & uidebit sacerdos septima die, & ecce macula permanet contra eum, non decidet macula in pellicula. Et separabit eum sacerdos septem diebus secundo, & uidebit sacerdos septima die secundo, & ecce obscura macula lepræ non decidit in pellicula. Et mundabit eum sacerdos, significatio enim est, & lauens uestimenta eius, mundus erit. Si autem commutata decidit significatio in pellicula, postquam uiderit eum sacerdos, ut emundet illum, & uidebitur secundo sacerdoti, & uidebit sacerdos, & ecce decidit significatio in pelle, & contaminabit eum sacerdos, lepra est. Et macula lepræ si fuerit in homine, & uenerit ad Aaron sacerdotem, & uidebit sacerdos, & ecce cicatrix alba in pelle, & hæc mutabit pilum album à sano carnis uiuæ. Si fuerit cicatrix, lepra inueterata est in pelle corporis eius. Et contaminabit eum sacerdos, & separabit eum, quia immundus est. Si autem florens effloruerit in pelle lepra, & operuerit omnem pellem maculæ, à capite usque ad pedes, per totum uisum sacerdotis, & uidebit sacerdos, & ecce cooperuit lepra omnem pellem corporis. Et mundabit eum sacerdos à macula, quia totam commutauit in albo, mundus est. Et quacunque die apparuerit in eo corpus uiuum, contaminabit. Et uidebit sacerdos corpus sanum, immundus est, lepra est. Si autem restitutum fuerit corpus sanum, & commutatum fuerit in album, & ueniet ad sacerdotem, & uidebit eum sacerdos, & ecce commutata est macula eius in album, mundabit sacerdos maculam, & mundus erit. Profunda est, sicut cernis, lex, & non solum uerbis pluribus, sed etiam omnino ad interpretationem cautis egens: quam non tamen totam nobis ad medium deduxit lectio, sed prout auditus suscipiens, quantum habeant & reliqua uarietatis cōiicit, & ad semetipsum colligit mentem. Neque enim parua quælibet discenda sunt, sed quorum à deo præstolanda sit scientia, qui nullius horum inuidet cognitionem, & qui neque ea quæ petitur, indiget. Hoc enim ait Iacobus, qui domini frater est appellatus, improperantis esse proprium, propter quod in ipsum confidentes, simul que in nobis: dabit enim in his quæ dicenda sunt, gratiam. Interpretationem inchoemus. Ostendit enim sermo, ex parte quidem leprosum Iudæum populum, utpote in parte transgressorem legis, propter quod eum sacerdos, ut immundum, expellit: Toto autem corpore leprosum, gentilem, qui totam transgreditur legem. Veruntamen mundum eum sacerdos iudicat, quia legis iugo subiectus non fuit. Oportet autem, ut tamen arbitror, prius literæ decur-

Iaco. 1.

Totus leprosus gentilis.

C rere expositionem : Sic enim spiritalem intellectum ultro semetipsum ingerentem reperiemus: deficientē circa causas, & usq; ad finem sensum suum exere nō ualēte litera, sicut in præsenti cognoscimus. Sed primum quis sit qui legem fert, & ad quem proferat, attendamus.

Loquutus est dominus ad Moysen & Aaron.) Quando loquitur deus, duplex est fidelis auditus, sicut David propheta ait : Semel loquutus est deus, duo hæc audiui, literam uidelicet, & spiritum. Ergo spiritus, ut sublimior

Spiritus Moysi tanquam sublimiori creditus diuinarum rerum, Aaroni litera.

Exod. 4.

Lepræ species due.

ri Moysi: literam autem, ut subiecto Aaron loquitur: quia enim sublimis erat Moyses, & propterea dignus spiritu: Subditus autem Aaron, & aptus auditui populi, egentis litera, ipso deo dicente de Aaron ad Moysen: Ipse loquitur ad populum, & ipse erit os tuum: tu autem ei eris in his quæ ad deū pertinent. Ergo quod erat legis excelsius, hoc ad Moysen dicebatur: ipse quippe habebat ea quæ ad deum pertinebant, id est ea quæ sunt spiritus. Quod autem erat subiectum, & humilius, hoc ad Aaron: ipse enim Moysis erat os ad populum, legem secundum literam accipientem, quam & primam nos exponere promissimus. Lepræ ergo species, aut nimis, aut moderate obscura est, & quodammodo obumbrata, & interim occulta sub pelle, necdum efferuescente passione: quamobrem & nimia indiget deliberatione. Alia autem species eius est, quæ nimis clara est, & ualde perspicua, ita ut simplex sit, & aperta cognitio. Ex his primam speciem LXX, secundum quos penè

D totus hic sensus secundum literam exponitur, cicatricem significationis recte appellauerunt, id est cicatricem, passionem significantem. In duas autem partes hanc, id est in nimis dubitabilem, & in minus dubitandam diuiserunt. Ex quibus

τηλαυγίε, αἴγασμα.

unam τηλαυγίη, aliam autem appellauerunt αἴγασμα. τηλαυγίη quidem, quia de longe uideatur: αἴγασμα autem, quia nimis obscura est, paruumque habet passionis insinuationem, & hanc dubitabilem, ut proximi disceptatione egeat, quatenus & luce passionis hi qui iudicant, sicut hi qui lapides inspiciunt preciosos, egeant. In hac frequenter iubet sacerdotem considerare, & non credere obuientibus, siue occurrentibus primæ probationis aspectibus. Sed & si cōsideratio cicatricis necdum appareat humilior pelle, neq; in loco pilus commutatus à passione albus factus fuerit, septem tamen dies separabitur ad aliam considerationem, & rursus alios septem dies: forsitan enim efferuescente per tempus passione, manifestior morbus efficitur. Permanente autem obscura cicatrice, & nulla facta in pelle permutatione, significationem dixit, non autem lepram manifestam, cum qua significationem non subdidit, custodiens eam his qui secundum spiritum accipiunt legem, & qui quod minus est, uel magis, latet, reuelare, atque addere

καὶ οὐκ ἐπιτίθει τὴν χεῖρα ἐπὶ τὸν ἄρτον.

possunt contemplatiuis interpretationibus spiritus. Veruntamen non malum esse nimis significationem manifestauerunt: nam quomodo mundaturus erat sacerdos, id est, habentem mundum denunciaturus, qui nequaquam

A quaquam huius egeret, si ex toto fuisset liber? Propter quod eam obscuram appellauit, nec rursus inter munda post iudicium si mala fuisset, cuiusdam passionis facta est significatio. Si autem sic habens incidens significatio in pellicula, id est si effusa fuerit, & plus quam prius latior in pellicula processerit, & non immutatus fuerit pilus, hoc enim hic non reprehendit, polluit eum sacerdos, lepram esse passionem iudicans, ipsius quidem cognitione dubitabili, utpote obscura existente cicatrice. Alba autem existente, & similem mittente pilum pelli, polluit hunc sacerdos, & immundum eijci praecipit, etiam si fuerit pars cicatricis sana, & carnem habens uiuentem, id est sub passione leprae non constitutam. Cuius autem rei causa? Quia lepra, inquit, inueterata est. Admirandum est hoc, nimirum imperitiam, uel magis reprehensionem legali ingerens literae: unde enim debuit sanabilis arbitrari passio, id est ex uiuo corpore, uiuaque carne, illinc illam magis desperat, lepramque inueteratam dicit deus, id est, non sanabilem, sed diu manentem, & quasi passionis senescentem loco. De hac re rursus hoc quod sequitur, inuenies obscurius: quia eum qui toto leprosus est corpore, & a pedibus usque ad caput operius morbo, munda teneri lepra, hoc de eo iudicante sacerdote uult.

Paradoxa quaedam sacrae scripturae.

B Si autem in eo uisum fuerit aliquando corpus uiuens, reuocat sacerdos iudicium suum, & polluit eum. Si autem remutatus fuerit in albu, & tota pelliculis ad passionem leprae translata fuerit, mundat eum sacerdos, cui iudicare praecipit. Si autem & haec recte dicta sint, quamuis hoc nemo dicat: quam tamen satisfactionem ad aliam hanc reprehensionem reperiemus? Quia leprosus non uoluntariae passionis, sed quam inuitus sustinet, poenas soluit, & qui debeat a lege mereri misericordiam, punitur: quumque dignus esset auxilio propter infirmitatem, hoc caret, subiiciturque noxae. Qui si potuisset resistere, nunquam ei praeualuisset infirmitas: quique reprehendit naturam, cuius esse arbitratur accedentem molestiam, & non intentionis, aut uoluntatis suae. Quid enim ageret, ut in hoc non incideret morbo? Sed ait quispiam, peccati uindictam, uel poenam esse hanc passionem: & primum quidem Mariam, deinde Oziam proponit: quorum illa quidem fratri detraxit; ille autem dum esset rex, incensum inferre praesumpsit in sanctis: Solis quippe hoc sacerdotibus licebat, atque ideo non differente deo poenam eorum, leprosi effecti sunt. Ergo oportebat, ut hoc aperte lex diceret ad excusandum legislatorem, contra eos qui eum putant iniuste de leprosis sancire non: & solum hoc de leprosis, sed & de his qui uulneratos habent oculos, seu auditus, aut reliquos sensus, aliisque infirmis, & paralyticis aestimabit. Quod manifestum est ex eo, quod discipuli caecum a natiuitate uidentes, dominum interrogantes dicebant: Rabbi, quis peccauit, hic, aut patres eius, ut caecus nasceretur? Tu autem mihi non relidas Christi responsionem scienti quidem, sed quomodo multi habeant de passionibus, quae nobis eueniunt, quaerenti. Sed

*Num. 12.
2. Paralip. 26.*

Ioan. 9.

C & ipse dominus, Dimittuntur tibi peccata, uolens erigere paralyticum, dixit: Sicut ergo deo odibiles, etiam hos de tabernaculo expelli oportebat, & iniustitia leuis putaretur, si alij simul iniustitia potirentur. Si autem dicis, quia omnimodo in his passionibus peccata puniuntur, nam & eum qui fluxum seminis patitur, a tabernaculo prohibet, & eam quae fluxum patitur sanguinis. Verum quidem dicis, sed non hoc tam satisfactio est, quam rursus alia scriptoris accusatio, qui necessitates naturae condemnat, quas defensare debuerat, ut non factorem in naturalibus accusationibus iniuriaret. Quamobrem necessaria nobis est contemplatio legis, & utilis spiritalis interpretatio, mentisque oculum oportet oculo carnis praepone, ut hoc quidem ad intelligentiam eorum quae sanciantur, illo uero utamur ad legendum. Legis ergo rursus proponatur litera.

Mentis oculo
opus est in sa-
eris legendis.

Loquutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens: Homo in cuius carne & cute ortus fuerit diuersus color, siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga leprae, adducetur ad Aaron sacerdotem, uel ad unum quemlibet filiorum eius. Qui quum uiderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsamque speciem leprae humiliorem cute & carne reliqua, plaga leprae est, & ad arbitrium eius separabitur.)Simpliciter, seu generaliter hominem diuina scriptura appellat eum, qui dei imaginem, & nostrae conseruet naturae dignitatem. Propter quod audi sapietem, Magnum est, homo, preciosum, uir misericors, in Prouerbijis dicentem. Hominem uero aliquem peccatorem, quasi male formatum numisma describit, quod exprimit in parabola dominus, dicens: Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens: quid faciam, quia non habeo quomodo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animae meae: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comedere, bibe, epulare. Et rursus: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones: qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto. In utroque autem personam suscipit peccatoris. Quod autem in Iob continetur historia, nihil oberit nostris: quia dicens secundum LXX. Homo quidam erat in terra Ausitide, illi co subiunxit, cui nomen erat Iob. Additamento quippe nominis, insignificatum eum qui describebatur, minime dereliquit. Pellis autem, seu cutis nomine, nunc uniuscuiusque caro, nunc autem eius designatur cognatio. Propter quod in libro Iob ex persona diaboli decipientis, ea quae uiro illi fortissimo euenerunt tunc, quando cum alia substantia, filios, filiasque eius, domum super eos sepulturae uice congerens disperdidit, dicitur: Pellem pro pelle, & cuncta quae habet homo, dabit pro anima sua: id est, pellem quidem cognationis per filios perdidit, sed tamen sufficit ei, quod pellis carnis eius salua est, minimeque corrumpitur. Propter quod subdidit: Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc uidebit quod in faciem benedicat tibi.

Peccator tanquam adulteri
num numisma.
Luc. 12.

Luc. 10.

Iob 1.

Pellis cognationem
nonnumquam significat.

Iob 2.

A tibi. Quod autem nostra æditio habet: Homo in cuius carne, & cute ortus fuerit diuersus color, siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga lepræ.) LXX. transfulerunt; Homini si cui facta fuerit in pellicula corporis eius cicatrix significationis apparens: cicatrix significationis, peccatum significat, ex his quæ apparent, manifestans, quod occultum est, & latens animæ vitium. Ac deinde cicatricem hanc quidem *τηλαυγήρ*, illam autem appellauit *αὐγασμα*: quia peccatum hoc quidem aperte ex se, & sine aliqua diiudicatione denunciant ipsi motus animæ. Hæc autem necessaria habent, extra quod lucem peccatoris quis uidet, & considerationem iudicantis quale sit, utrum uerum, an falsum. Si ergo peccatori, sicut prædicti LXX. ædunt, cicatrix significationis in pellicula corporis fit, uidelicet peccatum in carne, quod significet animam quoque compati corpori: est autem *τηλαυγήρ*, hoc aut *αὐγασμα*, id est, aut nimis manifestum, aut insipientis egens disceptatione: sic hoc in maculam lepræ habebitur. Leporam autem intelligimus legis transgressionem: quia quemadmodum leprosus, dum totus sit sanus, ex parte aliqua leprosus factus, nihil iuuatur ex salute minime facti leprosi corporis, sed remouetur à tabernaculo, ut immundus: sic & qui legis præcepta ex aliqua transgreditur parte, nihil ex custodia mandati iuuatur alterius. Qui enim totam legem custodit, peccat autem in uno, factus est om-

*τηλαυγήρ.
αὐγασμα.*

Iaco. 3.

B Hic ad Aaron sacerdotem adducetur, aut ad unum quemlibet filiorum eius.) Filij autem sacerdotis, sunt cognati eius secundum spiritum, à quo & sacerdotij habent dignitatem. Sunt autem hi, in quibus perfecta est, plenaque philosophia, ut & discernere possint sublimia, & animæ iudicare motus absconditos. Sed quomodo iudicant? Vident lepram in cute, & pilum eius, si in album mutatus fuerit, ac ipsam speciem lepræ humiliorē cute, & carne reliqua.) Per pilos autē significat cogitationes, quibus ornatur anima, mensque contegitur, quum easdem ipsa pariat cogitationes: sibi nam, & caput capillos generat, & ornatur ex eis, ac tegitur. Propterea & capilli capitis nostri numerati dicuntur, cogitationes uidelicet mentis: Caput enim ipsa, quia principale est animæ, dicitur. Cur autem numerati sunt? proculdubio dicitur est, quia per eas utique iudex iudicaturus est hominem, id est accusantibus eis, uel excusantibus, sicut ait Paulus: In tempore quo nostra iudicabuntur occulta. Propterea intelligimus in Nazaræi capite ferrum non ingredi, dum alijs sine culpa inferatur: quia quibus sunt superflui capilli, non solum nihil nocet, sed & lucrum est, tonderi: quibus autem non sunt superflui, damnū est, propter naturalis decoris spoliationem, capillorum depositio. Sic quibuscunque superfluæ cogitationes importunæ sunt, bene ab eis commutatione consiliorum, uel obuenientium omnium phantasiarum, more tonsuræ carent. In Nazaræo autem non sunt, totus enim sanctus est. Propter quod ferrum in capite eius non ascendit, quū bono utatur consilio, & capillos co-

*Filij sacerdotis
qui sunt.*

*Pili cogitationes
significant.*

*Capillos capitis
nostri numeratos
esse, quid sit,
Matth. 10.*

*In Nazaræi,
quem sanctum
interpretamur,
non descendere
nouacula quid sit.*

*Mutari pilum
in alborem.*

gitationum necessarios, & nō superfluos habeat, ex quibus non incidit, quū non tractet deteriora, neq; commutat. Si ergo pilum in albo hic de quo nūc est sermo, commutauerit, cogitationem conuertens in impudentem conditionem, manifestamq; peccati, ipsaq; species lepræ humilior fuerit carne, & cute reliqua, hanc enim cōsiderat, et si uiderit apparuisse nimiam infirmitatem, atq; defecisse naturalem uirtutem, quod est species lepræ humilior cute, aut carne reliqua, separat & immundum eum recte sacerdos iudicat, utpote languentem quidem ex intentione sua, & uoluntate. Hoc enim qui pilum commutat, innuit nimis, quia est infirmus, et propterea semetipso humilior, unde & recte ueniam nō meretur. Vincti enim ab Abraham, & ab alio maiori, portabile est, ut quædam habitudo, uel potentia prodatur: uel bonum, quod ut operaremur, à deo percepimus. De quibus habitis quædam mihi Paulus innuere uidetur, inquiēs: unicuiq; sicut dominus diuidit, unūquēq; sicut uocauit deus: quū à semetipso quispiam deterior fiat, importabile est.

1. Corinth. 7.

» Si autem lucens fuerit candor in cute, nec humilior carne reliqua, & pilus coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus, & uidebit, & considerabit die septima. Et si quidem lepra ultra non creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursus includet eum septem diebus alijs, & die septimo contemplabitur. Si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia scabies est, lauabitq; homo uestimenta sua, & mundus erit. Quod si postquam à sacerdote uisus est redditus munditiæ, iterum lepra creuerit, adducetur ad eum, & immunditiæ condemnabitur.) Maximam in hoc legislatoris, dignamq; deo clementiam contuere: ipse quippe erat lator legis, qui ducatu literæ, ad huiusmodi cōtemplationem legis utitur. Quid autem hæc litera uult? Si autem lucens fuerit candor in cute, nec humilior carne reliqua, & pilus coloris pristini, mundum sacerdos iudicat, omniq; suspicione carētem.) Licet manifestum sit, quod in suspensionem uenerat peccatū, mens tamen quæ deliquit, quæ proculdubio per aspectum significatur secundum

Aspectus mentem significat.

Remoueri à tabernaculo, qd?

traditionem LXX, humilior carne reliqua non fuerit, id est semetipsa, neq; ab habitudine, quam sortita est, infirmior: nec per eueniēs peccatum immutauerit cor, delictrixq; peccatorum fuerit effecta: hoc est enim, nec candorem humiliorem uideri carne reliqua, & pilos esse coloris pristini: sed & obscuriorem aspectum, sicut LXX. ædūt, habeat, quem esse mentem diximus: adhuc quippe propter semel commissum delictum, obscura ac dubia est, tamen hunc remoueri nō præcepit: sed ut peccantem, septem dies, & alios totidē remouet à tabernaculo sacerdos, probationis simul, emendationisq; gratia munditiæ restituit. Post hoc, si inspiciens bis, obscuriorem inuenerit maculam, nec crescentem in cute: si enim creuisset peccatum, augmentatum transisset in carne reliqua, diffusumq; carni, immundum eum, qui in deterius proficit, ostenderat: quia non creuit, sed permansit similiter aspectus, siue species obscurior. Quid enim iniquitate obscurius est? de qua caligant oculi,

ut neq;

A ut neq; deum, neq; hoc quod expedit, perspicue intēdere permittamur. Vel si aspectum obscuriorem, dubiam quibusdam, incertamq; dixeris peccati suspicionem, id est utrum sit, an non, necessariam habet & hæc sacerdotem: ut pote qui nouit quomodo munditiæ restituat. Ille autem simpliciore eam denunciāns, breuemq; , aqua diluit uestimenta, baptismatis uidelicet, siue pœnitentiæ: est enim efficax aqua pœnitentiæ lachryma, quam nemo peccat gratiæ reliquias appellādo baptismatis. Quod ergo ita se habet, LXX. passionis significationem propterea ædiderunt: quia quæ sunt occulta, ex parte prodidit, & latere omnimodo non permisit, sed instituit sacerdotem medici uicem in hoc habentem, quod medicamentum debeat adhibere. Si quidem & adhibuit, tu autem cognoscens, quia significationē appellet tale peccatum, non abscondas malum à uero sacerdote, licet dubium tectumq; sit alijs, sed ostende ac prode. Diebus enim quibusdam te separans sacerdos à sanctorū tabernaculo, rursus suscipiet, rursus quo oportet modo uestimenta prius carnis, sicut ait legislator, diluentem. Sed uide, & ueniam percipiens custodi, nec polluas, postquam semel lauerit tunicam carnis. Nam si etiam post hæc significatio passionis inciderit in pellicula, uel secundum nostram æditionem, creuerit, & rursus à meliori parte ad peccatum reciderit, cōmutatusq; fuerit, uidebit sacerdos, & illico uergentē ad deteriora reperiens, in munditiæ condēnabit. Subsequuntur LXX. & dicunt: quia lepra est. Aper te enim huius, qui talis est, anima, ad prophanas declinans uoluptates, leprosa fit. Propterea & Paulus, eum qui in Corintho fornicatus est, quia significatio passio fuit, manifesta enim erat, nec occultabatur, à sanctorum remouit tabernaculo, & tradi satanæ in interitu carnis præcepit. Qui quum inspicisset secundo passionem, & uidisset quia non creuit, sed & eum qui passus fuerat, per lachrymas pœnitentiæ uestem carnis abluisse, è uestigio suscipi iussit. In ipsis autem apostolicis hæc intelligis uerbis, de eo enim qui fornicatus fuerit Corinthijs scripsit: Omnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui quis habeat. Ecce significationem audisti. Manifesta quippe fuit passio, ita ut usq; ad Pauli perueniret auditus, propter quod de tabernaculo eum eici præcepit. Ita quippe dicit tradi, qui huiusmodi est, satanæ in interitum carnis. Et rursus: Auferte malum de medio uestri. Quia autem uidit uestem carnis pœnitentiæ mundatam, rursus eum suscipi iussit. Et quomodo hoc certum est? Obsecro, inquit, cōfirmate in eo charitatem, ne forte maiori tristitia absorbeat. Qui huiusmodi est ergo, manifestum erat, quia pœnituerat, & ut in peccato deprehensus uehementer affligebatur. Propterea ne quid ex nimia tristitia pateretur, neue in desperatione corrueret peccans, præcurrit Paulus, & eum qui iam munditiæ restitutus fuerat, suscipi præcepit. Quod autem septem diebus à tabernaculo non semel, sed bis sacerdos susceptum separat, quærere, & scire studiosos oportet: siquidem secundo hoc fieri in lege, pro

Aspectus obscurior dubia peccati suspicio

Significatio leprosa.

1. Corinth. 5.

Hoc erat tradere scripturas.

2. Corinth. 2.

C pter hoc præceptum est, ut ostenderet non negligenter, sed studiose eum debere inspicere, & duplici probatione transacta, districtius in eo ferri iudicium: manifestum quippe erat sacerdoti peccatum. Sed quum animum passioni consentientem suspicabatur, non tamen manifeste sciebat, necessarie illi iterum inspiciebat: Est quippe inuisibilis, & ad inspectionem difficilis. Hoc dominus non semel Petri animum post negationem, sed secundo, ac tertio, quemadmodum se haberet, interrogat, non ut ignorans; hoc enim in responsionibus suis ipse Petrus manifeste probat, quas aperte ipse ad scientem, nihilque ignorantem referret: sed quia dispositionem perscrutabatur animi, dicebat quippe: Simon Iona amas me? Docere nos uoluit quomodo perscrutaremur, & quomodo iudicaremus: per frequentem uidelicet inquisitionem. Septem autem dies non frustra posuit, sed ut necessarium præsentis intentioni numerum honorauit: in ipso quippe omne uinculum, omnisque obligatio ex lege cessabat. Nam annis septem Hebræorum relaxabatur seruitium. Iubileo autem, qui septem constabat hebdomadibus, omnium Iudæis concedebatur remissio debitorum, & omnis terra eorum à possidentis credito liberata, anteriorem reuertebatur ad dominum. Sed & Babylonicam populi captiuitatem, septuagesimo anno Hierusalem restitutam fuisse cognouimus. Propterea Petrus à domino inquit, dicēs: Si peccauerit in me frater meus, quoties dimitto ei, usque septies? Ille autem respondit: Non dico tibi, usque septies, sed usque septuages septies. Inquisitionisque pusillitatem reprehendens, ait: Non dico tibi septies. Et subdidit: Sed usque septuages septies. Ergo nec sic ab eodem cessat numero, sed ipsum multiplicans, cum eo multiplicat & remissionem. Si quis autem rursus inquirat, quam ob causam numerum hunc in prædictis posuerit capitulis, breuem innuemus rationem: moras quippe, dum ad alia necessaria urgemus, fieri tempus non patitur. Septenarius ergo numerus, totius habere præsentis uitæ creditur plenitudinem, quæ in se septem diebus rotæ uoluitur, modo quo cōpleto, recte omne uinculum, omneque peccatum seculi cessat, atque omne seruitium. Quamobrem septima in diuinis scripturis requies nominatur, quemadmodum & Paulus de Moy ses ait: Dixit enim in quodam loco de die septima: Sic & cessauit deus ab omnibus operibus suis. Et paulò post subdidit: Qui autem intrauit in requiem eius, & ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus. Sed & Ecclesiastes ait: Da partes septem, necnon & octo. Prouidentiam haberi præsentis seculi præcipiens, & futuri, quatenus sic in præsentis seculo uiuamus, sicut expectantes futurum. Et hæc quidem ita se habent, sed cum maiori studio sunt discutienda sequentia. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, & uidebit eum. Quumque color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro uiua apparebit, lepra uetustissima iudicabitur, atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos, & non recludet, quia perspicue immunditia est. Non tibi uidetur quasi superfluum esse

Quid sit quod
Christus tertio
querit à Petro,
num se amct.

SEPTENA
RIVS NV
MERVS.

Math. 18.

2. diuino.

Sabbatum.

Hebr. 4.

Eccl. 11.

Gene. 2.

A esse legislator, eademq̄ repetēs in hoc atq̄ eodem libro, sed nec distinxit in medio, ut uideatur exercere studiose frequenti legis meditatione memoriā. De quibus enim superius planè, atq̄ sufficienter exposuit, de his hæc rursus apparet legislator adijcere: sed non ita est, nam etsi uerbis est proximum, multum tamen diuersam, atq̄ differentem habet intentionem. Hic siquidem non de quolibet simpliciter peccato, sed de manifesta transgressione legalis dicit literæ, propter quod plagam lepræ, passionem ipsam appellauit. Nō ignoramus autem, quia lepram dixerimus legis esse præuaricationem, quia nocet etiam, quū participalis sit, sicut lepra, licet paruam partem comprehendat corporis. Quam legem autem existimauit propriā: non eam quæ est de inuidia, & adulterio, rapacitate, & auaritia, & de honorandis parentibus: nam similis lex erat & gentibus, sed eā quæ de sacrificijs, & purificationibus sanciebat: Non tangas, non gustes, non contrectes eam, quæ circuncidi carnem iubeat. Hæc enim erant eius propria, cum gentibus communionē non habentia. Si ergo plaga huius lepræ in homine orta fuerit, & uidens eum sacerdos, album colorem in cute perspexerit, præuaricationem manifestam, apertamq̄ literæ illæ quæ uoluntate, atq̄ ex studio egerit: hoc enim esse capillorum aspectum in album mutari, id est, aperte animum in aliqua præuaricatione transferri, superius diximus. Habet autem ipsa species uiuam carnem, ut qui uidelicet, etsi in aliquo transgreditur, in alijs tamen legem defendit. Quam frustra sanam carnem appellaret, nisi & beatus Paulus sic illam appellasse uideretur, ait enim: Iustificaciones carnis, usq̄ ad tēpus correctionis imponitis. Lepra uetustissima iudicabitur. Cōsenescit em̄ peccato, & corrūpitur, quia pugnā in se continuam, & rixā habet, dum in aliquibus legem despicit, in aliquibus defendit. Propter quod eū cōtaminat sacerdos, & non recludit: Vel sicut LXX. & separat, quia perspicua immunditia est. Quomodo enim nō abominabilis & immūdus est, qui legē inhonorat, quā ipse sibi necessariā esse ex parte custodiendo, confirmat: Quia enim hæc in subsequētib; planiora, nimisq̄ manifesta fiunt, ad ea ipsa nos iam ordine compellente pergamus.

» Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem cutem à capite usq̄ ad pedes, & quicquid sub aspectu oculorum cadit, considerabit eum sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit, eò quod omnis incandorem uersa sit. Et idcirco homo mundus erit. Quando uero caro uiuēs in eo apparuerit, tunc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur. Caro enim uiua, si lepra aspergatur, immunda est. Quod si rursus uersa fuerit in albedinem, & totum hominem operuerit, considerabit eum sacerdos, & mundum esse decernet. Non egemus multis sermonibus in præsentis loci expositione, sequētia prioribus, & priora sequentibus ad interpretationem concurrunt. Propter quod Iacobus dicebat: Omnis prophetiæ scriptura propria interpretatione nō fit, unaquæq̄ enim maxime ex

* *Viua caro.**Hebr. 9.*

C consequentibus explanatur. Leporam in cute, didicimus legalis esse literæ præuaricationem. Bene autem dixit, in cute, quia sabbatorum circumcisio, uel purificationum, quæ per legem sancuntur, transgressio, non afferunt animæ læsionem: coërcet quippe legis litera exteriorem hominem. Si ergo eadem lepra tegat omnem cutem, à capite usque ad pedes, & quicquid sub aspectu oculorum sacerdotis cadit, mundum eum decernit. Si enim quispiam à tota legis literæ recedat custodia, & neque circumcisionem, neque ciborum differentiam, neque sabbatorum custodiam, nec pollutionum, aut sacrificiorum, aut aliquorum aliorum talium exercent opera, sed ab omnibus legalibus elementis recedat, atque à capite usque ad pedes, à primo uidelicet usque ad ultimum horum mandatorum, ad meliora cucurrerit, atque perfectiora, fecerit que hoc in conspectu sacerdotis, id est Christi, ut ipse uidens transgressionem imperfectorum, suscipiat, teneri eum lepra mundissima iudicabit, eò quod omnis in candorem uersa sit, ad claritatem uidelicet hic semetipsum, ad euangelicam conuersationem transtulit, sicut modo auditis: Luceat lux uestra coram hominibus. Et rursus: Sicut in die honeste ambulemus. Propter quod filij lucis, non noctis, neque tenebrarum nominantur.

Litera legis ad
exteriorem ho-
minem.

Totum lepro-
sum quare uici-
nū iudicet mun-
dici.

Matth. 5.

Roma. 13.

» Quod si caro uiua in ea apparuerit. Id est Iudaicum mandatum, quia uiuentia non propter accipientes, sed propter dantes illa putantur eloquia, ma-

D gis autem & propter accipiētes. Si secundum illum modum, quæ data sunt, custodiantur, necesse est ut qui nec hæc operatur, neque illa à quibus recessit, polluatur. Sed utriusque probationem proferamus. Viuentia quidem quia dicantur legalia Iudæorum mandata, audiamus Stephanum de Moyse Iudæis dicentem: Hic est qui fuit in ecclesia, in eremo cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cū patribus nostris, qui suscepit uerba uiuentia dare nobis. Ecce uerba uiuentia appellauit iustificationes legis. Quid autem sub-

Legalia man-
data etiā uiuen-
tia appellatur.

Act. 7.

Gala. 5.

Gala. 4.

Gala. 5.

didit? Cui noluerunt obedientes esse patres nostri. Et quidem obedierunt quantum ad faciem apparentis literæ: sed non obedire dixit, non obedire menti, nec intētionī, sed in solis literis legem dantis. Quod autem à seruitute legis recedens, & postea quippiam legis gerens, reprehensionī sacerdotali subijcitur, & inter immundos reputatur, docet Paulus Galatis præcipiens: Ecce ego Paulus dico uobis: Si circumcidimini, CHRISTVS uobis nihil prodest. Et rursus: Dies custoditis, & menses, & annos, timeo ne forte frustra laborauerim in uobis. Et rursus: Qui in lege iustificamini, à gratia excessistis. De Iudaicis etiā traditionibus ait: Si enim quæ destruxi, hæc eadem iterum reædifico, transgressorem me constituo. Quod si color sanus. Hoc est enim uiuēs: sanus aut dicitur secundū Iudæorū æstimationē, atque legalē cōprehensionē, nō aut secundū ueritatē. Reccesserit, mutatusque fuerit in album. Id est in ecclesiasticam conuersationem, ueniet ad sacerdotem, Christum, & mundū eū esse decernit, ueniam primæ concedēs infan-

ciæ.

A t̄iæ, eadem ratione qua totus leprofus ex multitudine, quæ putatur immun-
ditæ, secundum legem, mundus efficitur. Ita & plebs de gentibus, in mul-
titudine, & perfectione legalis literæ, præuaricationis munda per ipsam le-
gem efficitur, quæ non literam, sed spiritalem mandati quærit intelligentiã.

Caro & cutis in qua ulcus natum est, & sanatũ, & in loco ulceris cicatrix
apparuerit alba, siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotem. Qui quum
uiderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos uersos in candorẽ,
contaminabit eum: plaga enim lepræ orta est in ulcere. Quod si pilus colo-
ris est pristini, & cicatrix subobscura, & uicina caro non est humilior, reclu-
det eum septem diebus, & si quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ. Sin au-
tem steterit in loco suo, ulceris est cicatrix, & homo mundus erit.) Beata est
continua legis meditatio, atq; cõuersatio, habere que semper in manibus the-
saurum, ex quo cognitionis dei procedunt diuitiæ. Quamobrem nos quo-
que cum omni studio, ea quæ nunc sunt in litera latentia, perquiramus. Ul-
cus natum, & sanatum, per pœnitentiã curatum peccatum est: Quid enim
sic uulnerat animam, & complet maculis, quo modo peccatum? Vnde &
Dauid dicebat: Computruerunt, & deteriorauerunt cicatrices meæ, à facie
insipientiæ meæ. Quid autem rursus curat animæ uulnus? Quo oportet
modo peracta pœnitentiã, locus huius uulneris est actio, & consilium cir-
ca quod peccatum gestum est, ueluti Dauid locus ulceris, fuit desiderium
corporis, propter hanc enim & in Bersabee adulterium, & in Vriam homi-
cidij crimen admisit: Achab autem cupiditas, per quam in amorem Nabod-
uineæ concidit: Iudæ uero auaritia, hæc enim proditiõnis consilium dedit.
Paulo uero per ignorantiaẽ zelus, à quo deuicius IESVM persequutus est.

In loco ulceris cicatrix alba.) Id est lucida, & ita manifesta, ut etiam de
longe uideatur, id est, quæ euenit peccandi ex peccato præsumptio: Se-
cundum quam ille propter hoc quod semel adulteratus est adulter, hic
autem propter persequutionem persequutor, alter autem propter latroci-
nium latro, etiam si iam à tali actione recesserat, appellatur. An non hoc
nomine Rhaab meretricem post multas generationes, eamque quæ do-
mino unguentum obtulit, appellamus, quum utræque se à fornicatione
suspendierint? Sed quamobrem quum ulcus dixisset album, hoc ipsum ta-
men dixit album, seu rufum fieri? quia album quidem dixit, quod fit ex
uulnere legalis transgressionis, albam legem uocans: Non enim erat cale-
facta sole iustitiæ, & propterea rubra non erat. Ergo rubrum, quod ex
euangelica uenit præuaricatione, euidentius appellatur. Vtrunque ta-
men in CHRIRTVM est, in quo ab ecclesia in Canticis canticorum dicitur:
Fatrueus meus albus, & rubicundus. Ipsi enim est lex, ipse euan-
gelium, ipse prius legaliter circumcisus, & pro emundatione offerens: euan-
gelice postea conuersatus, Iudæorum baptismata, sabbati que custodiam,
& temporales prohibuit purificationes. Sed quæ est, inquis, legis trans-

vulnera animi
peccata.

Psal. 37.

2. Reg. 11.

3. Reg. 18.

Matth. 26.

Mar. 14.

Cant. 5.

C gressio? Ad ipsum pertinens utique Christum, eiusque mysterium, id est, idolothiti omnis sanguinis, & suffocati eius. Nam hæc etsi legalia sunt præcepta, ecclesiam tamen ea custodire apostoli præceperunt: quod ostendit Iacobus dicens: *Actuum 15.* Visum est sancto Spiritui, & nobis, nihil amplius superimponere uobis oneris, exceptis his, abstinere ab idolothitis, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. *Matth. 5.* Evangelica est autem, quæ etsi non secundum legem erat: Quicumque dixerit fratri suo fatue, reus erit iudicio. Et qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Si ergo sanato albo, & poenitentia curato peccato, in loco ulceris, in regione uidelicet peccati, ulcus album, aut rubeum uideatur, secta quædam prædicti peccati euangelici, siue legalis, apud peccantem reperta fuerit, necessarie ad iudiciū hoc sacerdotis uenit. Qui si uiderit locum lepræ humiliorē carne reliqua. Id est humiliorē factam à semetipsa mētem, manifesteque animum mutatum ad maliciam, hoc enim est pilos in candorem uerti, contaminabit eum sacerdos. Semel enim in habitudine peccati factus est, & animæ mala depastio per ulcus incubuit, unde lepram ex uulnere, & florētem eam passionem legislator appellauit. Quod si pilus coloris est pristini, & cicatrix subobscura, Id est poenitētis uisus. Sic diebus septem eum recludi præcepit: pro eo quod omnino in tali suspitione uenerit, tempus definire suspitioni uoluit. Et si quidē creuerit, & mala gloriatio multiplicata fuerit, adiudicabit eum lepræ. Dicit autem lepram animæ immunditiam, quæ creuit, siue effloruit posterioribus actionibus multiplicata. Si autem non est multiplicata, sed steterit in loco suo, nihil enim amplius in hoc peccasse inuenitur, nisi solum hoc peccatum, quod omnes cognouerunt, de quo & egit poenitentiam: mundum illum sacerdos iudicat. Cicatrix enim uulneris, quia passus est, non autem quia adhuc patitur, ostendit. Sed utamur exemplis his ad subtilem prædictorum probationem. Peccauit Pilatus in domino, causam non inueniēs in eo mortis, & tamen condemnans eū: sed peccati huius ulcus sanatum est, quū manus lauisset, & dixisset: mundus ego sum à sanguine iusti huius. Sed non perseuerauit, quum Christum postea flagellauerit. Ergo maiorem post, & deteriorem cicatricem habuit peccati. Et recte eum sacerdos contaminabit, CHRISTVS uidelicet, quando ad eum dixit: Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Nam quum crudeliorem Iudam diceret, nec hunc à peccato reliquit immunem. Peccauit & Paulus, sed quum ulcus sanatum fuisset per uocationem, cicatricem peccati intantum sanauit, ut ipse se persequutorē appellaret, ait enim: Nō sum dignus appellari apostolus, quia persequutus sum ecclesiam dei: & non illud postea dilatauit. Quamobrem uidens illum sacerdos coelestis, mundum iudicabit, quando Anania dubitante, & nolente ad eum accedere, ut uidelicet persequutorē, atque immundum, dicebat: Vade, quia uas electionis est mihi, ut portes nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israël.

Actuum 15.

Matth. 5.

Ulcus albū uel rubeum.

Pilati factum in flagellando Christo quale Ioan. 19.

Pauli ulcus uocatione sanatum.

1. Corinth. 15.

A Caro & cutis, quam ignis exufferit, & sanata, albam, siue rufam habuerit
 " cicatricem, considerabit eam sacerdos. Et ecce si uersa est in albedinem, & lo
 " cus eius reliqua cute humilior, cōtaminabit eū, quia plaga lepræ in cicatrice
 " orta est. Quod si pilorū color nō fuerit immutatus, nec humilior plaga car
 " ne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septem die-
 " bus, & die septimo contemplabitur. Si creuerit in cute lepra, contaminabit
 " eum: Si autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustio-
 " nis est, & idcirco mundabitur, quia cicatrix est combusturæ.) Quibusdam
 " legislator de eisdē uidetur loqui, sed non ita est: nam secundū aliquid eadem
 " dicit: secundum autem aliquid, differt, quum passionem quippe proponat,
 " iteram eandem tamen passionis subinfert dijudicationem. Superius autē
 " de aliquo ulcere obueniēte loquutus est, quod ex ægritudine corporis gene-
 " ratur, & proficit: hæc enim solet scriptura sacra ulcera appellare. Quæ ue- *Ulcerata ex ægri-
 tudine.*
 " ro sunt de ferro, aut lapidibus, aut alia aliqua percussione, plagas uocat, & *Plaga ex ictu,
 Luce 16.*
 " uulnera. Propter quod de Lazaro inquit: Quia canes uenientes lingebant *Luce 10.*
 " ulcera eius. Mundæ quippe carnis, fame, morboq; corrupta erant illa uul-
 " nera. De eo autem qui descendit in Hiericho, & incidit in latrones, plagas,
 " inquit, imponētes ei, recesserunt: deinde post paululū, plagas istas, sicut uul-
 " nera, alligare Samaritanum præcepit: manifestam differētiā ulceris, & uul-
 " neris, aut plagæ, ipse per scripturas spiritus diuinus ostendit. Quid ergo ue-
 " re ulcus est neglectæ carnis nostræ, nisi corporum uoluptas, & ebrietas,

B & γαστρας γλας: Hæc autē, luxuriante corpore, & in semetipso exiliente, pro-
 ueniunt. Ignis autem, maior inuidia, ignis latens & consumens paulatim ha-
 bentem se, propter quod Esaias ait: Zelus apprehēdet populum ineruditū,
 & nunc ignis aduersarios consumet, Zelum imperitorum dixit inuidiam
 zelantem, non ut imitentur uirtutes, sed ut illas impediant, operantemq; pe-
 rimant. Si ergo combustio alicui homini, uidelicet peccatori, ex inuidia con-
 tingerit, & sanatus fuerit poenitentia, scrutatur cicatricem, ne forte post poeni-
 tentiam in passionem recidat. Et si reuersum inuenerit, cōtaminabit eum, im-
 mundum recte iudicans. Terra enim, sæpe uenientem super se bibens im-
 brem, & proferens herbam opportunam illis, à quibus colitur, benedictio-
 nem accipiet à domino: proferens uero spinas, ac tribulos, reproba est,
 & maledicto proxima, cuius finis in combustione, sicut Paulus ait. Si au- *Hebr. 6.*
 tem non inuenta fuerit redisse ad iniquitatem suam inuidia, nec ex operatio-
 ne posteriori, diffusum priori peccato latens ulcus habuerit, mundum illum
 sacerdos iudicat, utpote qui semel per poenitentiam est mundatus. Discer-
 nit autem, & pilum intendens, si mutabit in album, et si humilior est à cute lo-
 cus. Quæ omnia plenissime in superioribus interpretati sumus, ideo enim
 his breuitas adhibenda est, ut ad futura curramus.

Vir, siue mulier, in cuius capite, uel barba germinarit lepra, uidebit eos sa-
 cerdos: & si quidē humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus, so-

C lito'que subtilior, contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est. Si
 „ autem uiderit locum maculæ æqualem uicinæ carni, & capillum ni-
 „ grum, recludet eos septem diebus, & die septima intuebitur. Si non creue-
 „ rit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis,
 „ radetur homo absq; loco maculæ, includetur septem diebus alijs. Si die se-
 „ ptimo uisa fuerit steterisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mun-
 „ dabit eum, lotisq; uestibus, mundus erit.) Non de quibuslibet hic, sed ne-
 „ cessarijs hoc mandatum lex dedit. Neq; enim de solis actionibus ei, sed & de
 „ futuris diuinis dogmatibus pertinebat. Omnino ergo competenter loqui-
 „ tur, primum quidem distractionis uitæ, deinde eorum quæ ad dogma perti-
 „ nent, diligentem curam gerens. Legem autem ponit, non iam specialiter ho-
 „ mini alicui, sed quid ait: Vir siue mulier.) Distinguens planius quid oportet
 „ intelligi hominem. Cur aut hac explanatione in hoc eguit? Ut uidelicet
 „ non ignosceretur mulieri, quum infirma putatur, quæ peccat in dogmate.
 „ Hoc ergo peccatum lepram in capite, & in barba propterea appellat, quia
 „ hæc sunt preciosiora nostri corporis, & ex hoc ostendit, non circa quælibet
 „ impietatem dogmatum prouenire, sed erga ualde necessaria, & sine quibus
 „ non potest, sicut nec sine capite homo, subsistere. Propter quod & David
 „ fraternitatis amorem, summum omnium mandatorum uolens ostendere,
 „ ungento hunc, à capite in barbas descendenti, comparauit: sic enim ait: Ecce
 „ quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in unum: Sicut ungentur
 „ in capite, quod descendit in barbam, barbã Aaron. Quando ergo errare cui
 „ quam in diuinitate contingit, maculam lepræ in barba, & in capite habet.
 „ Hunc sacerdos inspiciat, et si uiderit humiliorem locum carne reliqua, & mi-
 „ seriore præsumptione ex blasphemia factam. Quomodo autem hoc fit?
 „ id est: Si pilus flauus, solitoq; subtilior fuerit.) Id est, etsi non nimis, ad
 „ modicum tamen animum ad blasphemiam intendit. Hoc enim subtilē esse
 „ pilū, & neq; efflorere, sed flauescere ostendit. Cōtaminabit eos sacerdos.)
 „ Quare? Quia lepra capitis, ac barbæ est.) Vel sicut LXX. ædūt, uulnus est.
 „ Vulneratus enim à diabolo, & collisus, ad tantam peruenit impietate, quia
 „ sæpe contingit quempiam contra uoluntatem suam loqui impia.
 „ Si uiderit locum maculæ æqualem uicinæ carni, & capillum nigrum.)
 „ Ut non exuberet hoc quod ex diabolica operatione animæ est uulnus infla-
 „ tum, id est impietas dogmatum.
 „ Recludet eos septem dies sacerdos.) Non pro pœna tantum, quantum
 „ districtæ probationis causa: tempus enim in omnibus quidem, districtius
 „ tamen in his, quorum lingua circa diuinitatem uacat, intuendum est. Dein-
 „ de quomodo post reclusionem iudicat? Admiranda est districtio, quam
 „ contra eos, qui impie in dogmatibus agunt, seruat. Si non creuerit macula, ui-
 „ delicet impietas, & capillus sui coloris est, id est nec capillus flauus in ea est,
 „ quum nō possit cogitatio propter negociationem cognosci, utrum sponte,
 „ aut

Imbecillitas sex-
 xus non tuctur
 mulieres, si qd
 sentiant absur-
 di in fide.

Lepra in capi-
 te, error est in
 fide.

Psal. 132.

D

Pilus flauus.

Aut inuitus impie egerit, tunc iubet radi hominem absque loco maculae. Aperte ergo alia radi praecipit uerba, & castigari, si forsan ex eis comprehendendi possit, utrum per subreptionem, sicut euenire frequenter solet, an maliuole de deo impia sit loquutus. Vultus autem antiquum non praecipit radi: quia uerbum in quo delinquitur, quando semel qui peccauit negauerit, dijudicari iam non oportet. Quis enim reū uidelicet peccati, eum qui quod confessus est lingua, uoluntate se protulisse negat? Quando autem de eo sic iudicans, non comprehenderit creuisse maculam, nec dilatam in eo uiderit impietatem: quoniam blasphemans, omnino polluit stolam baptismatis, recte eum praecipit per poenitentiam lauare uestimenta, & tunc mundus erit: quia omnis impietas per mundam poenitentiam mundatur. Veruntamen hic si praedicto mundatus modo, impia rursus loquutus fuerit, non inspiciet sacerdos de pilo flauo, non quaeritur, inquit, quo animo impia loquutus sit, sed quia in ea de quibus poenituit, recidit, immundum eum recte esse iudicat. Si non capillus niger fuerit, id est, si non lugens apparuerit impietatem, lugens uero non solum habitu, sed & animo, & cogitationibus; nigrum namque manere, lugentium est proprium. Quoniam autem interiorem hominem oportet lugere peccantis, quem cogitationes contegunt, recte eius poenitentiam per pilum nigrum significauit. Propter quod ecclesia dei seruitium diligens, in luctuosa stola poenitentiae decoratur: & ideo formosam se, quia nigra est, dicit, sicut legitur: Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem: id est, quia in poenitendo stola sum luctus induta. Sic ergo eum qui poenitentiam agit, sacerdos mundat, quoties ei hoc euenire conspexerit. Sed sufficienter de his, quae in deo committuntur, impietatibus, tam ex uoluntate, quam ex ignorantia loquutus, ad alia uulnera moderatiora sermonem uertit.

Vultus inter est quo animo deo indigna loquantur.

Secunda inspectio praecipit.

Niger capillus habitum lugentis significat.

Cant. 5.

B Vir, & mulier, in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos: si deprehenderit subobscurum alborē lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem mundum. Nam & nos sicut David, studiosi in legis scientia, cum eo dicamus: Non fecit taliter omninationi, & iudicia sua non manifestauit illis. Quam maxima distinctione superius in diuinis dogmatibus, & eorum praearicatoribus usus fuisset, nunc quia de illis loqui suppleuit, recte suae austeritatem deposuit distinctionis, & de his, quae sunt secundum legem Iudaicam, dogmatibus loquitur, & quae in ea sunt culpas, subobscurum alborem, & lucentem esse dixit. Quemadmodum ergo cicatricem albam, esse diximus transgressionem legalis literae, sic & eius ignorantiam, subobscurum alborem, & lucentem intelligamus dici. Ignorantiam autem non omnium quae dicit, nec eorum quae communia cum lege naturali, uel euangelicis praecipitis sunt, possidet. Neque enim ignorare, non occidas, non mœchaberis, non furtum facies, cui libet ignoscitur: sed quorundam partialium, paruorumque mandatorum ignorantia, ueluti quando oportet mundari menstruatam, quando offerri pro pariente masculum, quando etiam

Psal. 147.

Transgressio legis alba cicatrix est.

Ignorantia eiusdem subobscurus albor.

C mundari menstruatam: quando offerri pro pariēte masculum, quādo etiam pro ea quæ foeminam peperit. Propter quod ea subobscuro alborem, utpote paruas cicatrices, parua iam præceptorum ignorantia habentem, appellauit. Qui ergo talis est, non habet necesse mundari: neque enim ad iustificationem pertinent Iudæorum, sed ut aggrauaretur eorum iugum, tradita sunt. Propter quod & deus per prophetam dicebat: Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non uiuent.

Iudeis multa sunt tradita non ad uiuificationem, sed ut oneri essent.

Ezech. 20.

» Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus, ac mundus est. Et si à fronte ceciderint pili, recaluafter, & mundus est. Si autem in caluitio, siue in recaluitio albus, uel rufus color fuerit exortus, & hoc sacerdos uiderit, inquinabit eum: haud dubie lepra est, quæ orta est in caluitio.) Reminiscendum est,

Caluus simplex.

quia capillos pro cogitationibus intelleximus: ornare quippe caput, ac te gere constituti sunt, sicut cogitationes mentem. Non autem inordinatas cogitationes deducamus ad medium, quia & capillorum incompositio foeditatē pro ornatu præbet. Insuper, quemadmodum capillorum quidam decidunt, alij autem renascuntur, nulloque tempore nasci cessant, sic & his, quæ sunt in his cogitationibus decidentibus, alia renascuntur. Ergo hic caluum appellat simplicem hominem, non eum qui omnino inspiens est, aut irrationalis. Quis enim est homo, qui non capillos, licet paucos, in capite habeat? Hunc ergo describit, qui cogitationes paucas præ simplicitate gerit, eumque mundum recte esse præcepit: sic quippe ei inditum est sorte naturæ, unde eum &

D columbæ comparat dominus. Quare autem huius personam omnino indubietatem legislator adduxit? Quia melius est cum innocentia habere etiā prudentiam, quod manifestum est ex his quæ dominus dicebat: Estote sapientes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Sed licet hoc laudabile sit, illud tamen accusandum non est: Quemadmodum enim mundum æstimat eum, qui ex toto simplex est, sic & illum, qui ex parte est, maxime hunc qui ex simplicitate est: nam hoc intelligendum est in capillis fluentibus, hoc est rarefcentibus in fronte, quem & caluastrum appellauit. Hic autem

Matth. 10.

Caluafter.

priore deterior est: nam melius est quidem uirtutes abscondere: si tamen aliquis gloriam earum prodat, tolerabilis passio est, & uicina ueniæ. Propter quod erit mundus, quia secundum faciem, diuina scriptura prodi uirtutes, & coram hominibus per eas dicit ornari. Attēde Paulum dicentem: Ea quæ secundum faciem sunt, uidete. Si quis uidetur sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud semetipsum, quia sicut ipse Christi est, ita & nos. Hoc ait, si nullum peccatum ex simplicitate simplicis committatur. Si autem facta fuerit in caluitio eius, aut in recaluitio macula alba, aut rufa, lepra est. Quare? Quia nemo sic est simplex, ut nesciat, quia non debeat manum in ignē mittere, neque in præcipitij altitudine semetipsum dare, neque abuti gladio in locis uitalibus. Si autem hæc scit, quomodo non amplius norit, quod occidere malum sit, quod detrahare pessimum, quod idolo thita comedere impium.

2. Corinth. 10.

In caluitio macula.

atque

A atq; mulierē alienam concupiscere sit iniquum? Si ergo eum sacerdos maculam habentem albam, aut rufam in caluitio, aut in recaluitio eius, id est in ea quæ est ex toto, uel ex parte, simplicitate, euangelicam, uel legalem eum normam peccantem præuaricatum fuisse reperit, condemnabit, siue contaminabit eum. Quare? Quia haud dubie lepra orta est in caluitio.) Vel sicut LX X. quia in capite eius macula eius, ait: id est, quia in ualidis & necessarijs peccauit, in quibus nemo peccans ueniam meretur. Naturalis enim lex, ad quam necessaria legis tendunt, & multo magis euangelica præcepta, nec ab animabus quidem sunt aliena simplicibus.

Necessaria legum, cognationem habent cum iure naturali.

Quicumque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus ad arbitrium sacerdotis, habebit uestimenta dissuta, caput nudum, os ueste contactum, contaminatum, ac sordidum, clamabit omni tempore quo leprosus est, & immundus solus habitabit extra castra.) Ea quæ ad faciē est interpretatio literæ, omnino multis uidetur esse ridicula. Quid enim prodest uestimenta dissuere, aut caput habere nudatum, os contactum? Nec ille enim qui corpore leprosus, odorem spirat pudoris, ut recte os suū huius rei operiat gratia. Sed quia leprosum legislator intellexit eum, qui secundum prædicta peccata immundus est, necessarie eius dissolui uestimenta præcepit, ut per hoc cognosci possit, quia dissolutas habeat uirtutes, atq; uires animæ, quæ eam ab æstu, atq; gelu

Dissuere uestimenta leprosi.

B peccati poterant custodire. Habere autem eum & caput nudatum præcepit, utpote salutis galeam non habentem, quam Paulus inter intelligibilia arma sumi præcepit. Os etiam non frustra operiri præcepit, sed quia quum mali odoris peccatum sit, & omnem prauam emittat exhalationem, multo magis tamen eam quæ per linguā est, possidet: simul etiam & à doctorali dignitate hunc qui talis est prohibet. Quomodo enim culpæ casum coercere at, qui est ipse culpabilis? Quomodo qui furatur, præcipiat non furari? qui mœchatur, iubeat non mœchari? Vnde & Dauid dicebat: Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos post te. Et non quidē semper hoc esset omni tempore quo leprosus est, id est omnibus diebus, quibus in eo fuerit macula. Quid ergo per hæc significat? Quia etsi semel peccauerit, etiā si nō addiderit ad peccandum, immundus tamen usq; dum pœniteat, dicitur: quia sine pœnitentiā lepra peccati penitus nō mundatur, ideoq; macula intelligibilis lepræ in ipso manet. Præterea uerus leprosus, id est peccator, solus ac separatus habitat, tam ut confundatur, quam ut nullus societatis eius contagio noceatur. Vnde dominus Petro, de eo qui peccauerat, & ecclesiæ ut conuerteretur, atq; emendaretur, detractabat obediētiā: Sit tibi, inquit, sicut ethnicus & publicanus. Habitabit quippe extra castra: Legis quippe mandata euangelicis nimis sunt, secundum spiritum, consonantia: unde Ioannes separans ab intelligibili tabernaculo intelligibilem leprosum in Catholicis epistolis scribit: Quicumque

Ephē, 6.

Os leprosi obstruere.

Psal. 49.

Leprosi soli cur habitare iubeantur.

Matth. 18.

2. Ioan. 1.

C uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, non recipiatis eum in domum, & aue ei ne dixeritis.

„ Vestis lanea, aut linea, quæ lepram habuerit in stamine atque subtegmi-
 „ ne, aut certe pellis, uel quicquid ex pelle confectum est, si alba aut rufa ma-
 „ cula fuerit, infecta lepræ reputabitur, ostendetur que sacerdoti. Qui consi-
 „ derans, recludet septem diebus, & die septimo rursum aspiciens, si creuis-
 „ se deprehenderit, lepra perseverans est, pollutum iudicabit uestimentum,
 „ & omne in quo fuerit inuenta, & idcirco comburetur flammis. Quod si
 „ eam uiderit non creuisse, præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est. Re-
 „ cludens que illud septem diebus alijs, & quum uiderit faciem quidem pri-
 „ stinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit,
 „ & igne comburet, eò quod infusa sit in superficie uestimenti, uel per to-
 „ tum, lepra. Sin autem obscurior fuerit locus lepræ, postquam uestis est lo-
 „ ta, abrumpet eum, & à solido diuidet. Quod si ultra apparuerit in his lo-
 „ cis, quæ prius immaculata erant, lepra uolatilis, & uaga, debet igne cõburi.
 „ Si cessauerit, lauabit ea quæ pura sunt, secundo, & munda erunt. Ista est
 „ lex lepræ uestimenti lanei, & linei, staminis atque subtegmis, omnisq;
 „ supellectilis pellicia, quomodo mundari debeant, uel contaminari.)

Indecorum quidam forsitan, ac nimis abiectum legislatorem aestimant, quia de stamine atque subtegmine, quod trama uulgo nuncupatur, loquitur, relinquens quæcunque animas audientium legem possunt ad meliora componere.

*Respondet his
 qui literæ corti-
 cem criminan-
 tur, tanq̃ ridicu-
 la is præ se fe-
 rat.*

Quid enim, inquiunt, sordidatum stamen, quid subtegmene, siue trama leprosum factum, quid pellicium uas maculam habens, nostræ oberit uitæ? Vnde non nos oportet ad solam intendere literam, sed ad fructum spiritus: qui quemadmodum sub folio, ita sub litera legalis uinæ custoditur. Tantam enim curam nostri legislator gerit, ut non solum de illa cautos faciat lepra, quæ ex his, quæ iam dicta sunt, peccatis euenit, sed et de hac, quæ frequenter circa uirtutes euenire, dum male eis aliquis utitur, solet.

*Exod. 1.
 Matth. 3.
 Eccl. 9.*

*Psal. 44.
 Lancorum &
 lincorum diffe-
 rentie.*

Alia ergo uestimenta animæ, alia uestimenta sunt corporis, quæ nec sordidata, nec expoliata contristant, quo modo ergo Ioseph pertingente Aegyptia uestimentis spoliandus erat, uel quo modo pilis cameli Baptista Ioannes indutus erat. Sed ea quæ sunt animæ, oportet esse clariora, de quibus Solomon dicebat: Omni tempore sint uestimenta tua candida. Dauid ergo ait: Omnis gloria eius, filia regis ab intra, in fimbrijs aureis circumdata uarietate. Gloriam intra, animæ decorem asserens: In fimbrijs aureis, quæ uidelicet sunt uirtutes. Sed horum uestimentorum quædam sunt lanea, quædam linea: Lanea, preciosa & magna, multumque animam calefacientia: Linea uero, uilia, parumq; calefacientia. Lanea uestis, animæ est uirginitas: Linea, castitas coniugalis. Lanea, à quæstu, uel à possidendo continentia: Linea, habitatum largitas rerum. Laneum, eremi philosophia: Lineum, in ciuitate honestas, siue modestia.

Lancum.

A laneum, usq; ad mortem pro ueritate certari: Lineū, falsa non loqui, unde & Solomon ecclesiam duplicibus uestitam, per significationem asserens, dicebat: Quæsiuit lanam, & linū, & operata est consilio manuum suarum. Et rursus: Stragulatam uestē fecit sibi, byssus & purpura indumentū eius. Habet enim ecclesia lanea uestimenta, & lineā, byssum & purpuram, eos qui in coniugio, & in uirginitate decori sunt, omniaq; alia quæ à nobis modo sunt dicta, è diuerso lanea uestimenta, ac lineā significare prædiximus. Sed quia staminis atq; subtegminis, ex quibus contextur uestes, legislator mentionem fecit, ipsam nunc subtilitatem explicemus: non enim solummodo uirtutes, sed ea ex quibus constant, perscrutari desiderat. Duo ergo hæc ueram nobis procurant uirtutem, intentio nostra, & diuinus nutus, siue gratia: & subtegmen quidē innuit nostram intentionem: Stamen autem, dei nutum, & recte, quia stamen est in uestimento firmitus, quomodo & dei nutus, siue gratia indisruptibilis in nobis, atq; incommutabilis perstat, sustinens subtegmen nostræ intētionis, ut perficiatur bonæ actionis uestimētum. Pelles, ex quibus confici quid potest: tentationes pro pietate, seu fide, & pro uirtute tribulationes dicit pelles. Quare? Quia quemadmodum mortua pellis est, de qua fieri potest uas, ueruntamen de ea uter forsitan, aut cadus, aut stratum, aut pellis tabernaculi, aut aliquid aliud sit utile: sic & tribulationes, & tentationes mortificant in seculo hominem: humiliant enim eum, & ualde in nihil redactum ostendunt. Vas tamen ex eis bonum, & utile fit, patientia, atque probatio, quæ omnimodo à domino coronam consequitur, ait enim Iacobus: Beatus uir qui suffert tentationem, quia quum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam promisit deus diligentibus se. Ait & Paulus: Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit. Vides quanta utilia uasa ex pelle tribulationum, & tentationum fiunt. Quia enim pelles tribulationes, & tentationes appellari, non sit incongruum, audi Iob dicentem de suis tribulationibus, & tentationibus: Pellis mea, consumptis carnibus, adhæsit ad os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misere mini mei, miseremini mei, saltem uos amici mei, quia manus domini tetigit me. Prohibet ergo nec in uirtute perfecta, quod est uestimentum, uel si magna est, uel si mediocris, hanc enim laneorum, & lineorum differentiam diximus, maculam inueniri albā, aut rufam: Vel sicut LXX. uiridātem, aut flammescentem. Dicit autem uiridantē superbiam, flammantē *νοινδοξία*: hæc enim fuit angelorum præuaricatio, quia ubiq; Christus uirtutes à uana gloria liberare esse præcepit, & neq; ieiunare, neq; misereri ad placendū hominibus iubet: perdere quippe mercedē suā eos qui ita faciunt, affirmauit. Qui em̄ ab hominibus laudari uolūt, quomodo iam laudari à domino expectabūt: Viridans autē superbia intelligitur, quia ad modicū floret, uelut uirentia, ita ut diceret Dauid: Vidi impiū super eleuatum, & exaltatum super

Proverb. 31.

Lanea & lineæ uestes ecclesie,

Tegmen dei nutus est & gratia. Subtegmen nostrum studium.

Iaco. 1.

Roma. 5.

Iob 19.

Cedros Libani, & transiui, & ecce nō erat. Et rursus de eisdem: Sicut scēnū,
 ita decident, & sicut holera herbarum cito cadent. Sed & Moabitarum po-
 pulus, qui tantæ superbix subiacebat, ut alijs omnibus gētibus Israēl timen-
 tibus, ipse transeundi aditū nullatenus daret, sed armis uteretur, & Balaam
 ad maledicendū mercede cōduceret uiridis agri. Ipse quoq; à Balaam, quan-
 quam ignorante quid diceret, appellatus est: dixit enim ad maiores natu-
 Madian: Sic delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commoran-
 rantur, quomodo solet bos herbas usq; ad radicā carpere. Ergo aperte pro-
 barū est, quia superbix, seu uanā gloriā prohibet adhærere uirtuti. Sed nec
 in stamine, siue in subtegmīne, uult lepram, quæ dicta est, euenire, id est, ut
 nec ipsi cum superbix, uel uana gloria, uirtutes intendamus, nec à deo talem
 gratiam nobis concurrere deprecemur. Sed nec tentationes cum aliquo ex
 his nos legislator sustinere desiderat: quod si tale quippiam forsitan, ut homi-
 nibus, euenire contigerit, inspicere ea sacerdotem uult, & neq; uirtutem, ne-
 que intentionem uirtutis, nec tentationum patientiam repellere: mox & de-
 nunciare immunda, ex suspitione superbix, uel uanæ gloriæ præcepit: nec
 rursus sicut munda suscipere, sed separare eos septem diebus, & tempore di-
 scernere passionem. Et siquidem creuerit, immunda sunt omnia prædicta,
 in quibus istud eueniret, quia lepra perseverans est, propter quod & flam-
 mis iubet illa comburi. Ergo flammam gehennæ significat, & futuri tempo-
 ris memoriam facit: Neq; enim dixit, in igne concrematur, sed in igne con-
 cremabitur. Si autem post reclusionem eam uiderit non creuisse, præci-
 piet, & lauabunt id in quo lepra est. Id est diluere ea illum per poenitentiam
 præcepit. Deinde post dilutionē, recludere illud septem dies rursus iubet,
 ut cognoscat, utrum inueniat maculam superbix, uel uanæ gloriæ perma-
 nentem: quamuis non creuerit, tamen incommutata ab hoc est, quia ad poe-
 nitentiam non migrat, immundum est, & igne comburetur: Corroborata
 est enim passio, & propterea per uirtutē homo nec corrigere malū uult, nec
 intendere. Si enim obscurus fuerit locus lepræ. Id est incerta lepra & du-
 bia, postquā uestis est lota per poenitentiam, abscidere passionem à uesti-
 mento uirtutis, cæterorumq; quæ dicta sunt, præcepit. Quomodo ergo su-
 perbiam abrumpit: Valde uidelicet se humilians, similiter & uanam gloriā
 omnibus à se remouens modis: id est, ut nec honoribus, ex quibus superbix
 passio nutritur, nec laudibus, quibus uana crescit gloria, delectetur, uel gau-
 deat: sicq; conuersetur, ut ne quidem in suspitionem unius horum incidat,
 & tūc mundus esse poterit. Sin aut ultra apparuerit in his locis, quæ prius
 immaculata fuerāt. Id est in uestimēto, uel in subtegmīne, uel in stamine, uel
 in pelle, id est in uirtute, aut ipsis tentationibus, adhuc eandē sustineat passio-
 nem, pro qua ablutus est, uel poenituit, atq; in ea permanet immundus, hu-
 iusmodi reputatur, & ignis eū gehennæ suscipit. Quia lepra uolatilī, & ua-
 ga est. Id est, quia hoc quod semel maculæ dilutum fuerat, id est postquā
 semel

Honor fomes
superbie.

Lepra in stami-
ne.

Cōburi flāma.

et

A femel à suspicione mundatus est, rursus lauari uult, ut tunc mundus nomine tur. Vnde apertissime illud tibi intelligere legislator innuit, quando de eodē peccato frequentibus uult lachrymis pœniteri: Frequens enim commemoratio, nec ipsum uulnus permittit prœualere, nec aliud. Quia ergo & de euenientibus in uirtutes maculis, legislator purificationes prœcepit, iam per quæ leprosum mundet, agnosce. Hoc ergo intendens, inuenies quia legislatoris de lepra illa curæ fuit, quæ ex delictis in animabus nostris infligitur.

CAPVT XIII.



Loquutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Hic est ritus leprosi: Quando mundandus est, adducitur ad sacerdotem, qui egressus è castris, quum inuenerit lepram esse mūdātam, prœcipiet ei qui purificatur, ut offerat pro se duos passerēs uiuos, quos uesci licitum est, & lignum cedrinum, uermiculumq;, & hyssopū: & unum è passeribus immolari iubebit in uase fictili, super aquas uiuētes: aliū autē uiuū cū ligno cedrino, & cocco, & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati. Qui asperget illum, qui mundandus est, septies, ut iure purgetur, & dimittet passerem uiuum, ut in agrum euolet. Quumq; lauerit homo uestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua. Purificatusq; ingreditur castra, ita duntaxat, ut maneat extra tabernaculum suum septem diebus, & die septima radat capillos capitis, barbāq;, & supercilia, ac totius corporis pilos, lotis rursus uestibus, & corpore. Quia non nos oportet arbitrari negligenter quippiam legislatorem dicere, illud te oportet notare prœ omnibus, quia nunc quando de mundationibus sancit, soli Moysi, non etiam Aaron, sicut superius, loquitur: quia Moyses prœcipue imaginē Christi, secundum multos qui dicti sunt, gerit modos. Soli autem Christo communis lepræ competit emundatio. Propter quod nec de lepra unius modi, quæ fit in uulnere, uerbi gratia, aut in uisione, aut aliter, loquitur, sed ait: Hic est ritus leprosi. Per hoc omnē speciem lepræ complecti uolens, quia & Christus omne genus peccatorum mundauit. Ergo & nimis similia est mysterio eius præsens materia, quod ex eo discimus: quia leprosum non ire ad sacerdotem, sed ad eum ire sacerdotem prœcepit, sicq; adduci eū qui mundandus est. Quemadmodum & Christus ad nos uenit, & ad eos qui ab eo mundari, atq; ablui necessarium habebant. Et extra castra, ad inueniendum eum qui mundandus erat, egredi sacerdotem prœcepit: sicut nos Christus extra castra, per passionem crucis, dispensationisq;, quæ tunc perfecta est, uisitauit. Non prius autem hoc egit, quàm uideret, quia macula lepræ ab eo sanaretur: id est, antequàm nos caruisse uidisset terrore. Quando ergo in eum non solum ex plebe Iudaica crediderunt, sed & pagani ascendentes eum uidere cupiebant, nunciantibus hoc discipulis dixit: Venit hora ut glorificetur filius hominis. Quando uidit quod prœparatum esset huma-

*Soli Moysi
qui quid sit.*

Sacerdos ad leprosum iubetur ire.

IOANN. 12.

C num genus ad liberationem, salutemq; per crucem, hoc enim & gloriam su-
 am appellauit, tunc quid suscepit? Videlicet duos passeres uiuos, quos ue-
 sci licitum est.) Habuit enim hæc Christus, diuinitatem scilicet, & humani-
 tatem, quia munda Christi etiam humanitas, & uiuens est. Munda quidem,
 utpote quæ proprium peccatum non habuit: uiua autem, ut quæ genita nõ
 est ex uiri immunditia, & ideo non fuit maledictioni mortis obnoxia. Su-
 met, inquit, & lignum cedrinum,) Id est crucem. Cedro autem ideo signifi-
 catur, quia cedrus in lignis fortis est: nam & arca de lignis cedrinis facta
 fuisse asseritur: quia lignorum imputribilium in constructione eius Moyses
 mentionem fecit. Sumet & uermiculum,) Quod LXX. ædunt, coccinũ
 tortum, uidelicet passionem, dicitur enim propter tincturam sanguineam
 coccinum. Vnde chlamydẽ coccineam, quum duceretur ad passionem, eũ
 milites induerunt. Tortum autem esse quare dixerunt? Propter passibilita-
 tem, impassibilitatemq; connexam, propter quod in eo passio secundum
 quendam est modum. Hyssopus autẽ boni odoris, gratia spiritus, coopera-
 trix emũdationis nostræ est, unde Dauid: Asperges me, inquit, hyssopo, &
 mundabor. De passeribus ergo, quos diximus esse Christum, hunc præce-
 pit immolari, uel occidi, id est, id quod erat passibile, & quod poterat occi-
 di, & occidi in uase fictili, super uiuentes in nobis, id est pro nobis, siquidem
 sumus uas fictile, de luto uidelicet facti. Unigenitus secundum carnem occi-
 ditur super aquas uiuas, id est baptismatis. Mors eius quippe nostrum figu-
 rat baptisma, quod ostendit Paulus, dicens: Quicumq; in Christo baptizati
 sumus, in morte eius baptizati sumus. In hoc uiuens passer, & lignum cedri-
 num, & coccinũ tortũ, & hyssopus tingitur: omnia enim hæc comprehen-
 duntur in uirtute baptismatis, quod diximus dominicæ esse passionis figu-
 ram, significationeq;. Sed uiuens passer, quem in unigeniti necessarie diui-
 nitatem accipimus, in sanguine hic occisi passeris, & aqua tingitur: id est in
 gratia baptismatis, quia non in hominis passione, sed dei, & hominis bap-
 zamur. Deinde post hoc uiuens passer in agrum ut auolet, dimittitur. Er-
 go impassibilis diuinitas, & inseparabilis erat à carne, quæ passa est, unde
 & separabilis in sanguine baptizatur, ut impassibilis uiua in agrum auolet:
 Ad latitudinem uidelicet contemplationis emittitur, quo illum dimittente,
 nostro uidelicet intellectu, sub huius enim contemplatione tenetur, so-
 lummodo sponte detenta, quum à nullo alio detineri possit. Insuper is
 qui mundatus est, uestimenta lauat, uidelicet actiones, & si quas uirtu-
 tes habuit, quia & has peccato polluit, lauat autem pœnitentia, & radit
 pilum, id est omnem cogitationem deponit, quia omnes eas habebat im-
 mundas. Et lotus aqua pœnitentiæ, aut baptismatis, tunc necessarie mun-
 dabitur. Nam etsi mundum eum superius nominauit, ait enim:
 Quum uisus fuerit esse mundatus, offeret duos passeres.) sed eum qui
 apertus erat ad mundationem dicebat: nam quomodo is, qui iam mundus est,
 adhu

A adhuc necesse habet mundari? Tunc in castra ingreditur, ut conuentui nostro intersit, atq; intelligibilium contractuum socius, & alterius commixtionis, quæ cum fidelibus habetur, acquirat fructus. A qua quia prohibentur hi qui necdum mundati sunt peccatores, audi apostolum dicentem: Si is qui frater nominatur, aut adulter est, aut auarus, aut detractor, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Veruntamen septem dies extra tabernaculum suum manet, adhuc à sanctorum communione, propter subtiliorem custodiam, & paulatim ad meliora profectum, separatus. Tabernaculum enim uniuscuiusq; nostrum mysteriorum adeptio est, à gelu tegens nos, & ab æstu; tabernaculum in quo cœnat cum deo, sicut cum patre filij, aut cum sponso sponsa, uel si aliquid aliud dicitur, quod magis ad proximitatem cognationis pertinet.

1. Corinth. 5.

Tabernaculo
excludi quid sit

Et die septima radet capillos capitis, barbamq; & supercilia, ac totius corporis pilos. Sed hic non solum caput, sed & barbam, & supercilia, & omnem simpliciter pilum, qui in omni corpore est, ac per hoc & occultarum partium, præcepit. Nullam ergo ei cogitationem ueterem remanere uult, non solum illas quæ ornatum homini, utpote rationali, & multa de diuinis disceptanti præbent: illas enim per caput, propter ornatum, & multitudinem significat: sed nec has qui hominem contemplatiuum constituunt, de sublimibus & diuiniorebus rebus cogitantem: Hoc enim supercilijs designatur, quæ in altioribus sunt sita, & circa contemplatiuorum manentia sensuum organa. Sed nec illas, quæ discretionalem continent, per barbam recte significantur, quia barba maxime inter uirile genus, & muliebrem diiudicat. Hæc autem non quomodo carere eum cogitatione cupiens, præcepit, sed nouum totum, & quasi modo genitum fieri uolens, & expoliare ueterem hominem, ut capiat nouum. Quo modo enim ei qui antiquum rasit pilum, alius nouus & recens nascitur, sic & huic ueteribus carenti cogitationibus, aliæ nouæ ad meliora pullulant. Lauare etiam rursus uestimenta sua, id est actiones mundas.

Secundo lauare, non est intelligendum de baptismo.

Et lauabit iterum corpus aqua. Secundo utiq; illud lauans, nobis autem non est secundum baptismum. Unus enim dominus, una fides, unum baptismum. Et quomodo secundo lauabitur, nisi absolute per lachrymas? Hoc enim non semel, nec bis, sed tertio, & frequenter licet peragi: quia & David dicebat: Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Sufficiunt ergo & hæc satisfacere intendenti, quia ea quæ sunt spiritualia, spiritualibus lex præcepit, et uere lepram, id est peccatum, nos timere desiderat. Propter quod eius emundationes plurimas præcepit, quum in nullo eas aliorum, quæ circa corpus geruntur, præcepisset. Subtilior tamen probatio erit horum ex subsequentibus.

Psalm. 41.

Assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absq; macula, & tres decimas similæ in sacrificio, quæ conspersit oleo, & seorsim olei sextarium. Quumq; sacerdos purificans hominem, statuerit eum, & hæc omnia

C coram domino in ostio tabernaculi testimonij, tollet agnū, & offeret illum
 „ pro delicto, oleiꝑ sextarium. Et oblati ante dominum omnibus, immola-
 „ bit agnum, ubi immolari solet hostia pro peccato, & holocaustū, id est loco
 „ sancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad sacerdotem pertinet
 „ hostia: sancta sanctorum est. Assumēsꝑ sacerdos de sanguine hostiæ, quæ
 „ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui
 „ mundatur, et super pollicem manus dextræ, & pedis. Et de olei sextario mit-
 „ tet in manum suam sinistram, tingetꝑ digitum dextrum in eo, & asper-
 „ get septies contra dominum. Quod autē reliquū est olei, in læuam manum
 „ fundet, super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pol-
 „ licem manus, ac pedis dextri, & super sanguinem, qui fusus est pro delicto,
 „ & super caput eius. Rogabitꝑ pro eo coram domino, & faciet sacrificium
 „ pro peccato. Tūc immolabit holocaustū, & ponet illud in altare cū libamen-
 „ tis suis, & homo rite mundabitur. Scimus, quia lex spiritalis est: quod pro-
 „ pterea Paulus ait, ut spiritaliter dijudicantes non damnificemur fructibus
 „ legis, qui occultantur in litera. Postquam enim prima die, qua egreditur sa-
 „ cerdos extra castra, immolari ad emundationem leprosi præcepit: ecce rur-
 „ sus nunc octaua die, alia pro eo sacrificia fieri iubētur. Octaua ergo dies ean-
 „ dem quam prima uim gerit, quia omne præsens tempus in hebdomadi-
 „ bus conciditur. Post quas octaua est, æquam, ut diximus, uirtutem primæ
 „ gerens, uel omnino ipsam renouans. Est autem hæc in qua saluator resurre-
 „ xit, in qua in castra ingrediemur: Post dies enim septem, eum qui mundatus
 „ est leprosus, die uidelicet octaua, in castris ingredi præcepit: sed castra qua-
 „ lia? utiqꝑ illa quæ Iacob patriarcha uidit, quando angelis sibi occurrentibus,
 „ locum Castra dei appellauit. Ad hæc mundatus leprosus, utpote olim iusti-
 „ ficatus, tempore resurrectionis uenit. In cuius figuram, octauam diem, sicut
 „ diximus, legislator accepit. Quæ autem in octaua die agi præcepta sunt,
 „ imaginem eius, quod secundum nos est mysterij gerunt. Præcepit liqui-
 „ dem duos agnos immaculatos anniculos sumi, & ouem anniculam immacu-
 „ latam unam, quorum quidem unum pro peccato, alium autem in holocau-
 „ stum præcepit immolari. Omnia autem hæc figuram gerunt sacrificij salua-
 „ toris: ipse enim pro nostra peccata, & delicta, hostia ipse in holocau-
 „ stum fuit. Ex utroꝑ autem genere propterea sacrificium offerri præcepit, ut
 „ ostenderet, quia Christus pro nobis occisus, simul masculum, foeminamꝑ
 „ saluabit. Non frustra autem agniculum in utroꝑ præcepit, sed perfectum
 „ per hoc sacrificium figurauit, cuius sacrificij, sicut dictum est, ista figuram ge-
 „ runt: perfecta enim in prædictis animalibus sunt annicula animalia, ita ut &
 „ ad filios generandos sint idonea. Sed quia eum qui mundatur, super sacrifi-
 „ cium unigeniti etiam fide totius trinitatis signari oportet, tres decimas simi-
 „ læ, id est trinitatē patris, & filij, & sancti spiritus, habentē in unaquaqꝑ perso-
 „ na perfectionem. Perfectus quippe est denarius numerus, propter quod &
 „ dominus

Roma. 7.

Octauus dies.

Gene. 32.

Agnus & a-
gnā immolare.Agnus anni-
culum immola-
re, quid.

Tres simile.

A & dominus dicebat: Simile est regnum cœlorum mulieri, quæ accipiens fermentum abscondit in farinae tria sata, usquedum perfermentaretur totum. Sumi autem hæc conspersa oleo in sacrificium iubet: Sacrificium autem dicit unigeniti, quod in oleo conspersum est, quia ob compassionē nostrā gestum est. Sed quomodo dicimus in eo tres offerri simillæ decimas? Aut quia et si unigeniti passione, tamē totius trinitatis, hoc quod ex illo sacrificio actū est, mysteriū fuit. In nomine em̄ patris, atq; ipsius unigeniti filij, & sancti spiritus, etiā baptisma agit, in quo in morte Christi baptizamur, & totū ipsum mysterium in eo sanctificatur. Præcepit autem & sextariū olei sumi, quia fide intelligitur, & agitur unumquodq; eorū quæ prædicta sunt. Quæ iuste sextarius nominatur, quia quemadmodū sextarius mensura est, uel si cotylā secundū LXX, dicamus, eadē mensura uniuscuiusq; minus & plus non capit. Quod enim plus est, effunditur: minus aut̄ propterea non suscipit, quia hoc quod minuitur, nequaquā iam sextarius, uel cotyla poterit appellari. Sic & fides ad mētis nostræ mensurā datur, quæ non capit amplius, aut minus quā unicuiq; à deo est dispertita cognitio: quod ergo minus est, aut amplius, ad infidelitatem tendit. Sed quamobrem sextarium olei, uel cotylam dixit? quia miseratus, inquit, deus humanū genus, quū illud ad explenda legis opera infirmatū uidisset, iam nō ex operibus saluare, sed per gratiā hominē uoluit. Gratia uero ex misericordia, atq; compassionē præbetur, & fide cōprehenditur sola, non ex operibus, ut Paulus dicit: Nam gratia iam nō erit gratia. His ergo acceptis, ad ostium tabernaculi testimoniū, ad ingressum uidelicet scientiæ dei, qui mundatus est, adducitur. Sacerdos autem sumens agnum unum pro delicto immolat. Atqui si de corporali passione esset hæc sanctio, sicut quibusdā uidetur, quid erat necesse agnum pro peccato immolari? Sed quia adumbrat, propter infirmitatem Iudæorum, mysteria, atq; spiritalē intellectum abscondit in litera. Sic etiam dat quasdam occasiones contemplationis per literam, & uerba quæ significant intellectum spiritus: Vnde & nunc, quum agnum unū pro peccato præcepisset immolari, qualem non dicit, quia ipse est proculdubio tam pro delicto, quā illius cuius aures à lepra detinebantur. Propter quid ergo sic facit, nisi forte ut auditum muniat, & cautum reddat? Quia ipse à dracone seductus, peccatum ut seduxit. Per actiones autem manum significat: per pedem uero omnes nostros motus, & uias cōprehendere, & præuenire uoluit. His enim custoditis, per sanguinē intelligibilis agni, & fidē quæ in eū est, quæ nobis per misericordiā & compassionē eius donata est, intelligibilis lepra nequaquā poterit hominē penetrare, quanquā & oleū sextarij, seu cotylæ, quā esse fidē diximus, in manu mittere sacerdotē uult, ut sacerdotis fides, per quā & nos proficimus, in operibus ostendatur. Nec enim aliter uim suam exerit, nisi manu assumpta fuerit, id est actione cōfirmata, et signata operibus. Mittit aut̄ oleū in sinistram manū, & intingit digitum dextrum in oleo, sicut ait Paulus: Per

Luc. 13.

Tres simile trinitatis symbolum.

Fides ad mensuram certam datur.

Eph. 3.

Litera occasionem dat cōtemplationi.

Carma iustitiæ, à dextris, & à sinistris, cōuersatus per gloriam & ignobilitatē,
 2. Corinth. 6. per infamiā, & bonam famā, & quæ his similia sunt. Tunc asperget septies
 » contra dominū. Præsumit enim talis sacerdos apud deū, quando mundare
 eos, qui necessitatē patiunt, & dimittere eis peccata potuerit. Propter quod
 septies aspergit, quia numerus iste remissio peccatorū esse demonstratus est.
 Sed postquam funderit super extrema dextrarū auricularū, & super polli-
 ces manus, ac pedis dextri, secundū quod supra diximus, reliquū olei in caput
 fundit eius, qui uocatus est ut mundaretur: per caput sanctificationem omni
 præstans corpori, Christūq; dñi eū qui mundatus est, per hanc unctiōē effi-
 ciens. Tunc, inquit, pro peccato sacrificiū offertur: qualiter aut, nō dicit, ex
 his enim quæ de delictis dicta sunt, possunt etiā ea quæ pro peccato sunt, cō-
 iji: uicina enim sunt, & cōmunia, utpote in cōmuni materia. Post hoc im-
 molat holocaustū, & ponit illud in altare, tā pro ordine sacrificiorū, quā
 pro eo qui paulisper prouenit legis profectu. Prius enim sacrificium pecca-
 ti & delicti posuit, & tunc holocaustū. Ergo prius nos Christi sacrificiū à de-
 lictis & peccatis mundat, & tunc nostrū cōficitur holocaustū. Et propterea
 primū à delicto dicens: deinde hæc subdidit, quia de Christo & hæc, & illa
 dicebat, & ad unū sacrificiū, quod ex hostia nobis sanctificationem præbet,
 quod nos ad altare ascēdere facit. Quādo enim intelligibili emūdatione spi-
 ritus totū nostrum corpus, & animā sanctificantes, spiritales facti fuerimus,
 tunc digni ad ascensionē altaris efficimur: tūc plenissimā accipimus munda-
 tionē, postquam iam aliam necessariam non habemus. Audisti enim nunc
 emundationum profectū, quarū hæc quidē nos à pollutione lepræ liberat,
 alia autē in castris introducit dei: hæc autē ad altare ipsum deducere, utpo-
 te plenissime mundatos, atq; subleuare potest. Quum autem uocemur ad
 sequentia, necesse est, ut ad ea cum omni studio transeamus.

*Sacrificiū Chri-
 sti fundamentū
 est nostrorum
 holocaustoma-
 tum.*

Quod si pauper est, & non potest manus eius inuenire, quæ dicta sunt,
 sumet agnū pro delicto ad oblationē, ut roget pro eo sacerdos, decimamq;
 partē similæ cōspersam oleo in sacrificiū, & olei sextariū, duosq; turtures, si
 ue duos pullos colūbæ, quorū sit unus pro peccato, & alter in holocaustū,
 offertq; ea die octauo purificationis suæ sacerdoti, ad ostiū tabernaculi testi-
 monij corā domino. Qui suscipiens agnū pro delicto, & sextariū olei, leua-
 bit simul: immolatoque agno, de sanguine eius ponet super extremum au-
 riculæ dextræ, eius qui emundatur, & super pollices manus eius ac pedis de-
 xtri. Olei uero partem mittit in manum suam sinistram, in quo intingens di-
 gitum dextræ manus, asperget septies contra dominum. Tangetq; extre-
 mum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus, ac pedis de-
 xtri in loco sanguinis, qui effusus est pro delicto. Reliquam autem par-
 tem olei, quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, ut pla-
 cet pro eo dominum. Et turturem, siue pullum columbæ offeret, unum
 pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. Hoc est sa-
 crificium

A crificium leprosi, qui habere non potest omnia in emundatione sui.) Admirabili erga eos qui legem accipiunt, legislator condescensione utitur. Ecce enim ueniam paupertati dat, & moderata pauperi sacrificia esse præcepit: ne forte obstupescat, dum maiora ei, quàm uirtus est, præcipiuntur. Sed quia nec eorum quæ dicta sunt quippiam facile in quæstu pauperum inuenimus, qui enim non habet panem, unde agnum? qui autem pecunia eget, unde emat columbam uel turturē? manifestum est quod aliquam contemplationem intendat, & ad occulta spiritus deducat, eum qui uult ingredi ad thesauros absconditos scientiæ: quum liceret enim ei coartare sacrificiorum numerum, propter paupertatem offerentis, hoc omit- tens, uilia quædam ei, & non magni præcij exquirat: quod facit tam paupertati ignoscens quàm etiam lucro sacrificiorum uolens dat intelligere, à qua lepra malitiam significat, deinde huius emundatio est poenitentia. Hæc autem opera necessaria habet, quæ uirtutibus & actionis studio ualeant dele- re peccata. Propter quod Ioannes Baptista populo Iudæorum dicebat: Fa- cite fructum dignum poenitentiae. Considerauit enim, sicut subtilis legisla- tor, eos qui non omnia possint, quæ pertinent ad districtam rationem poe- nitentiae, exhibere: opus enim habet poenitentia orationem intentam, eleemosynam, uigilias, saccum, ieiunium: postremo etiam illa quæ Da- uid dicit: Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et: Laua- bo per singulas noctes lectum meum, lachrymis stratum meum rigabo. Sed & Cinerem sicut panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Sunt etenim qui hæc omnia forsitan propter senectutem, aut propter nimiam corporis infirmitatem, uel aliam necessitatem, agere non possunt, sicut in alio negotio præsentis libri interpretati sumus, ignoscit his, quia uolunt quidem, non inuenit autem manus eorum. Non possunt enim, & utpote ueniam dans, alteram eis uiam poenitentiae, alia genera sa- crificiorum exquirat, & ante omnia quidem agnum dicit: Oportet enim unumquenque poenitentiam agentem, ad benignitatem ante omnia mi- grare, & hanc studere, quia hæc etiam cuilibet facilis ad adipiscendum est, quàm à malis abstinuerit. Decimam partem similæ cōpersam oleo, id est Chri- sti Theologiā assequi, qui oleo seu misericordia nostri cōtēperari passus est carni: Et sextariū, seu secundū LXX. cotylā olei unā: hæc autem esse manifestis- sime fidē, in anterioribus demonstrauimus. Sed quid offerri cū his legislator præcepit? Duos turtures, uel duos pullos colūbarum.) Hæc autem facile repe- riuntur à quolibet, id est continuam legis meditationem, quæ non solum ex lectione, ne forte & hanc dicas esse quibusdam difficilem, sed & ex con- templatione, quæ est in animo, & mente, conficitur. Quæ utraque pro sac- co, & ieiunio, & lachrymis, & cinere, cibo sunt, atque similibus, si illa ad humiliandam carnem, & refrenandam animam à terrenis operibus agi- mus. Facit autem hæc etiam legis meditatio, & continuum hoc studium

Lex attempe-
ratur omnium
facultatibus.

Matth. 3.

Psal. 41.

Psal. 6.

Psal. 101.

Agnus poenitē-
tis benignita-
tem significat.

C districtaꝫ diuinorum mandatorum, atqꝫ beneficiorum contemplatio, & perscrutatio necessarie hæc sacrificia pro illis introduxit, quæ etiam Dauid exponit, dicens: Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit. Quod manifestat agni sacrificium omni carentis malitia, atqꝫ propterea innocentiam signans. Sed in lege domini fuit uoluntas eius; Illius uidelicet qui mundam habet scientiam, per contemplationem innocentium cogitationum, quales quosdam Paulus dicit, legem non habentes, & opera legis scripta in cordibus suis: per disciplinatas, castasqꝫ cogitationes demonstrantes, qualis quodammodo est turturis oblatio. Vnde cognitionem animali ipse dei spiritus per Hieremiam prophetam inesse testatus est: Turtur, & hirundo, & ciconia, custodierunt tempus aduentus sui; populus autem meus non cognouit iudicium domini. Sed quid Dauid supradictis addidit? Et in lege domini fuit uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Huic comparamus columbam, quam quasi meditandi uim habere Esaias propheta dicit, ait enim: Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor ut columba. Inuenit ergo legislator uiam, per quam & infirmum mundare deo quæ possit offerre. Et propterea legis huius subsequencia non immutauit, ostendens, quia etsi manus cuiusquam non inueniat hoc quod poenitentia intentio secundum primam rationem exigit, ignoscitur quidem ei, sicut ex infirmitate patienti: præcepit tamen quæ illi eandem emundationem, eandemqꝫ oblationem ad deum profigare possint. Post hæc ad aliam dispensationem, eidem materiae coherentem, transit.

Sacrificijs masculis addidit deus uiliora propter pau-perculos.

D Loquutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens: Quum ingressi fueritis in terram Chanaan, quam ego dabo uobis in possessionem: si fuerit plaga lepræ in ædibus, ibit cuius est domus, nuncians sacerdoti, & dicet: Quasi plaga lepræ uidetur mihi esse in domo mea. At ille præcipiet, ut efferant uniuersa de domo priusquam ingrediatur eam, ut uideat utrum lepra sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabitqꝫ postea, ut consideret domum lepræ. Et quum uiderit in parietibus illius quasi ualliculas, pallore, siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, egredietur ostium domus, & statim claudet eam septem diebus. Reuersusqꝫ die septimo, considerabit eam: si inuenerit creuisse lepram, iubebit erui lapides, in quibus lepra est, & proijci eos extra ciuitatem, in loco immundo: domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra urbem, in loco immundo, lapidesqꝫ alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. Sin autem postquam eruti sunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita, ingressus sacerdos uiderit reuersam lepram, & parietes asperfos maculis, lepra est perseverans, & immunda domus, quam statim destruent: & lapides eius, ac ligna, atque uniuersum puluerem proijcient extra oppidum, in loco immundo. Qui intrauerit domum, quando clausa est, immundus erit usqꝫ ad ues-

A ad uesperū. Et qui dormierit in ea, & comederit quippiā, lauabit uestimenta sua.) Qui iuuari desiderat, sancta spiritalia negligenter meditari non debet, ea quæ maxime circūspicere ei necesse est, in quibus inimici, indoctiq; offendunt. Nam ecce quidam in nuper lecta lege hoc reprehendunt, quia secundum quod LXX. asserunt, deum dicentem Moyse introduxit: Dabo maculam lepræ in domibus uestris, in terra promissionis uestræ. Putas ne deus, inquit, inducit mala? Quibus respondemus etiam, sed nec turpia sunt, nec mala, ea quæ affligunt ad eruditionem, seu pcena pro iuamine constituta, ueluti fames, terræ motus, hiatus terræ, tempestas maris, bellum, atq; similia, sicut & ipse per prophetam dicit: Ego dominus, & nō est alius, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans mala. Quibus similia & alter propheta dicit: Quia descenderunt mala à domino in portā Hierusalem, tumultus, quadrigæ stuporis, habitanti Lachis. Sed & propheta Amos ait: Si est malum in ciuitate, quod dominus non fecit. Quæ quidē deus, non ut noceat, ingerit, sed ut ualde iuuet hominem: afflictus quippe humiliatur, humiliatus autem currit ad eum qui erigere potest, dicitq; cum David: Bonum mihi, quod humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas. Et festinet ad medicum, qui eum liberet à uulnere. Et hæc quidem ita se habent. Sed nos ad contemplationem, quæ imminet, recurramus, ne forsan legislatorum quasi de lignis, & lapidibus, & parietibus insensatis sancientem, quidam eorum qui circa exteriorem sapientiam errant, reprehendere nitantur, à quibus quia mali sunt, mala etiam bona iudicantur. Nunc enim legislatoris intentio est, de ueris domibus uidelicet ea læsus sancire, id est quæ in illis passiones curabiles, faciles ue ad emundationem, quæ ue sint incurabiles, destructionemq; plenissimam ingerentes. Sed horum modum discimus, quum ad ea, quæ dicta sunt, uenerimus. Possessiones nostræ terra est, quā nos possidemus, hæreditas gentium: Ipsa est enim nostra possessio, & si tunc hostium nostrorum fuit: in hac enim nos deus acquisiuit, & eos qui quondam non erat populus, nunc populum habet dei, propter quod possessio recte nominabitur. De hac terra dominus dicebat: Qui uero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit uerbum & intelligit. Domus enim nostræ ecclesiæ sunt, de quibus Paulus dicebat: Si tardauero, ut scias quomodo te oportet in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei uiui. In his secundum LXX. dare se maculam lepræ deus promittit. Quod manifestant ipsa legislatoris uerba, quum enim dixisset: Et dabo maculam lepræ in domibus, terra possessionis uestræ. Et ueniet cuius est domus.) Illico subiunxit: Nunciās sacerdoti, & dicit: Quasi macula lepræ uidetur mihi esse in domo mea.) Hoc autem sentientis passionem est, quod non est cuiuslibet doni, & tale quale deum condecet impertiri. Si enim decet medicum, ut non concedat ægrotum quædam mortifera agere, decet & deū nō concedere peccatori, insensibilitatis morbo diutius detineri, ne in profun-

Deus autor mali est illius, qd' ad edificationē pertinet.

Esa. 45.

Michee 1.
Amos 3.

Psal. 104.

Possessio nostra.

Mar. 4.

1. Timoth. 3.

Cap. XIII. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C dum inferni peccās in æternum ruat, quod Dauid orans dicebat: Ne auer-
Pſalm. 14. 2. tas faciem tuam à me, & ero similis descendentibus in lacum. Hoc donum
 sensus ecclesiæ datur; synagogæ autem Iudæorum non datur, quod ma-
Osee 4. nifestum est ex eo, quod ipse deus per Osee prophetam ait: Quoniam nisi
 cum meretricibus uersabantur, & cum effœminatis sacrificabant. Et popu-
Roma. 11. lus nō intelligens uapulabit. Et rursus; Dedit eis deus spiritum compunctio-
 nis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant. Alium etiam prophetā
Zachā. 7. audiuius, dicentem; Clauserunt oculos suos, ut non uiderent, & aures suas
 aggrauauerunt, ne audirent: utpote à iusto iudice ex suo peccato puniūtur.
 Ecclesiam autem non ita, sed quoties peccat, facit eam deus sentire peccatū.
1. Corinth. 5. Vnde & eum qui in Corintho fornicatus est, Paulus satanæ tradidit, ut affli-
 ctus ab eo, peccatum sentiret; Tradidit, inquit, eum qui huiusmodi est,
 angelo satanæ in interitum carnis; similia præsentibus legislatoris uerbis di-
 cens. Et hic quidem, secundum LXX, dabo, inquit, maculam lepræ, nō qua-
 si ingerente deo lepram, sed uelut exercēte, atq; arguente. Ille autem ait: Tra-
 didit huiusmodi angelo satanæ, atqui acceperat eum olim per illicitam forni-
 cationem, sed ut maiori potestate ab eo castigatus, ait enim: In interitū car-
 nis, ut spiritus saluus fiat, sensum peccati perciperet, fieretq; emendatior: si-
 mul etiam ut manifestaretur alijs, quatenus eum minime debeāt imitari. Sed
 est domus hæc terræ possessionis, id est ecclesijs hæreditatis gentium. Quū
 ingressi fueritis, Moyses & Aaron; in terram Chanæorum. Quænam est
 hæc? Quam ego dabo uobis in possessionem. Quia ergo septē numero gen-
 tes, id est Chanæi, Ferezæi, Gergesæi, Amorrhæi, Gebusæi, Cethæi, &
Septem gentiū nomina. Haradæi, terram promissam Abrahamæ possidebant. Imaginem autem gere-
 bant hæc septem iniquorum spirituum, de quibus dominus in euangelijs di-
Matth. 12. cit; Quum spiritus immundus exierit ab homine, assumet alios septem spi-
 ritus, nequiores se, & habitat in homine, cuius nouissima sunt deteriora pri-
Gene. 17. oribus. Hi autem spiritus ueram terrā promissam ipsi Abrahamæ, id est gen-
 tium hæreditatem possidebant, ipsi enim dictum est: Quia patrem multarū
 gentium posui te. Quando Moyses & Aaron, lex uidelicet, & prophetæ,
 horum enim figuram hi gerūt, quia Aaron Moysesos, qui figuram legis ge-
 rit, propheta esse dictus est, ingressi fuerint inter gentes, tunc per eos deus
 tyrannidem obtinētes in gentibus, qui sunt intelligibiles, Chanæos præ-
Chanæi. dictos expellit spiritus: possessionem autem legis & prophetarum, & hæc
 prædicantium ipse esse concedit gentes, qui eas proprio sanguine, tam per
 oblationem regenerationis, quàm renouationem sancti spiritus, quem effu-
 dit abunde super nos, liberans nos ab his, quibus dudum seruiebamus, ut et
Esa. 26. hi qui ex gētibus sunt, possint Esaïæ canticum dicere: Domine deus noster,
 possederunt nos domini absq; te, tantum in te recordemur nominis tui.
 Quæcunque autem eius possessio est, etiam seruorum, ministrorumq; eius
 proculdubio est. Ergo quando prophetæ & lex in gentium hæreditatem
 ingressi

A ingressi fuerint, ministrantes euangelicæ prædicationi, & ea quæ nunc de in-
 intelligibilibus domibus dicta sunt, apparere potuerint, Ibit cuius est
 domus, nuncians sacerdoti, & dicet: Quasi plaga lepræ uidetur mihi esse
 se in domo mea.) Quæ enim sunt domesticæ ecclesiæ, ut propterea di-
 cat, Ibit cuius est domus?) Audiamus Paulum dicentem: Salutate Priscam,
 & Aquilam, & domesticam eorum ecclesiam. Qui ergo huic præ-
 est, si sentit lepram intelligibilem, id est, si malæ & impiæ doctrinæ sensum
 quempiam comprehenderit: timens ne hoc quod studuit ad iustitiam, fiat
 ei ad iudicium, ueniat ad sacerdotem, qui discernere potest, ipse enim non ab-
 solute sacerdos est, quod manifestum est ex his quæ rursus Paulus ad Co-
 lossenses scripsit: Salutate Nympham, & domesticam eius ecclesiam. Quia
 multi propter zelum, & pietatem, ecclesias domesticas constituentes, in
 eis doctores diuinorum, ministrosq; necnon ad communionem, atq; exul-
 tationem eorum conuenientes, suscipiebant. Is ergo qui huiusmodi est, ibit
 ad eum qui ueri sacerdotij figurâ gerit, quales fuerunt Petrus, uel Paulus, uel
 Timotheus, cæteri q; qui eorum doctrinam, uirtutesq; custodierunt, irre-
 prehensibiles permanentes: oportet enim episcopum irreprehensibilem esse,
 ut propterea possit aliena iudicare peccata. Et dicit: Quasi plaga lepræ ui-
 detur mihi esse in domo, id est sensus impiæ doctrinæ in mea domestica ap-
 paret ecclesia. At ille præcipiet, ut auferant uniuersa de domo, siue ut LXX.
B ædunt, & præcipiet sacerdos detegere domum, & non florebit in omnem
 domum: id est, præcipiet recedere omnem populum qui in ea colligebatur.
 Hic est tectum domus, siue instructura, secundum quod frequenter ostendi-
 mus. Discedere autem eos præcepit, id est opere ostendere, quod alieni sint à
 malo, quod apparuit in ecclesia, & non communicent pœnæ, quæ est impijs
 ingerenda. Propter quod & Moyses, quando Dathan, & Abiron ad puni-
 endum, atq; disperdendum deducturus erat, recedere reliquam multitudi-
 nem, ut non participes efficerentur pœnæ, præcepit: hoc est enim quod ait:
 Ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabitq; postea idem sa-
 cerdos, ut consideret domus leprâ. Et quum uiderit in parietibus illius, qua-
 si uallículas, pallore siue rubore deformes.) Parietes domus recte dicuntur
 hi qui eam continent, id est ordines diuina dicentium atq; docentium: Ex
 his quippe uere consistit ecclesia, & non sicut quidam putant, ex lignis atq;
 lapidibus. Vnde & Moyses, quando colligere iubebatur ecclesiam, non li-
 gna, & lapides, cætera q; similia, sed plebem, seniores, leuitasq; conuoca-
 bat. Secundum quam etiam rationem, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, co-
 lumnæ ecclesiæ dicebantur. Ergo parietes recte ministri sacrorum, docto-
 resq;: utpote ipsi stabilitatem ecclesiæ fulciantes, ut plebem quodammodo
 intra semetipsos colligentes. Pallens autem, seu ut LXX. uiridans, & rubi-
 cunda macula, qualis quæ ue sit, satis interpretatio præcedentis sanctionis
 ostendit: Esse enim illam uanam gloriam, atq; superbiam demonstrauit. Ex

Roma. ultimo.

Coloss.ulti.

Domesticæ ecclesie ueterum quales fuerint. Veri sacerdotes qui Pauli sunt similes.

Tectū domus sunt fideles.

Parietes.

Ecclesia ex hominibus non lapidibus constituitur. Gala. 2.

Pallens lepræ

C quibus maxime parietes ecclesiae, corpusque sacra ministratum, doctiorumque ad malas ac nefarias, impiasque doctrinas prorumpunt. Si ergo aspectum *Vallicule.* parietum, ualliculas, seu fossas habentem, id est si humiliora sacra ministrantium, uel magistrorum opinionem, uallescentemque quodammodo ex comprehenso peccato perspexerit: Egredietur ostium domus, & statim claudet eam septem diebus. Ecclesiae moderatam ingerens increpationem, quae poenitentiae percipit ueniam, & absoluitur. *Septenarius numerus ueniae causa additur.* Septenarius ergo numerus, peccati ueniam significat.

Reuersusque die septima considerabit eam, si inuenerit creuisse lepram, iubebit erui lapides, in quibus lepra est, & proijci, & eos extra ciuitatem in loco immundo. Et hoc, quia diffusam maculam non inuenit, nec exuberantem impietatem, id est his quidem qui peccauerunt, utpote poenitentibus ignoscit, & ut ex infirmitate peccantibus, Dogmata autem, & syngrammata, in quibus est intelligibilis leprae, uidelicet impietatis, macula, haec non solum extra domum, sed extra ciuitatem recte proijciunt: non solum de una ecclesia, sed de uniuersali eicientes. *Vniuersalis ecclesia quae.* Vniuersalis enim ecclesia, Hierusalem est, ciuitas dei uiui, quae continet ecclesiam primitiuorum, conscriptam in caelis.

Quamobrem etiam in locum immundum proijciunt, inter haereticorum uidelicet conuenticula: hic est enim locus immundus, qui omnia recipit dogmata impietatis. Et quid post haec? Domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasurae extra urbem, in loco immundo. Radunt domum, qui libros ecclesiasticos intelligere, atque discernere subtiliter *Radere domum.* studet, ut ipsi omnem malitiam diligenter perscrutantes, insidentesque doctores in prauis libris, rasorio diiudicationis excutientes, nullas in ea impietatis sinant remanere reliquias, sed & quae abraferint, haec in praedictum immundum locum, sicut immunda & in immundis inuenta recte deportant, lapidesque alios reponi pro his qui ablati fuerant, & luto alio liniri domum. Quod lapides oporteat intelligi dogmata exponendum diuinam legem, & syngrammata, de quibus quando sanae doctrinae sunt, non incongrue dicitur: Lapidem sancti uoluntur super terram. Et rursus: Quicumque aedificauerit super fundamentum hoc aurum, argenteum, lapides preciosos. Puluerem uero eam quae participalis est, interpretationem atque doctrinam, ipse Moyses legislator significat, secundum LXX. Quando ergo Deuteronomium filius Israel aedebat, haec ad eos dicebat: Et erit, quacumque die transgressi fueritis Iordanis terram, quam dominus deus tuus dabit, statues lapides grandes, & linies eos puluere, & scribes super lapidem omnes sermones legis huius. Deinde lapidum uim tradens, apertius addidit: Et scribes super lapides omnem legem hanc apte nimis. Lapis autem legem non explanat, sed explanat eam exponentium dogmata atque syngrammata, ac participalis interpretatio: quorum hoc quidem per lapides, aliud autem per puluerem significauit. Vnde & dominus apostolis praecipit, ut contra eos qui non susciperent uerbum eorum, atque doctrinam,

Lapides dogmata interpretatum scriptores significat. *1. Corinth. 3.*

Deut. 27. Puluis inchoatae tam quandam interpretationem scripturarum significat.

etiam

A etiam puluerem excuterent pedum. Quicumq; non receperint uos, nec audierint, exeuntes inde, excutite puluerem de pedibus uestris, in testimonium illis. Quod in his uerbis præcipientem dominum Marcus refert, quia enim pedes, euangelicos libros eos, quod in ipsis iter doctores agant, diuina intelligit scriptura, unde ait: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem. Recte puluerem sub pedes eorum, euangelicorum librorum uidelicet interpretationem, propter nimiam accepit subtilitatem. Lapidem ergo eradi, & puluerem alium inferri dicens, purgata ab omni malo dogmata, atque doctrinam pro malis illis inferri, & ecclesiam liniri sine ulla dubietate: hoc enim nobis consideratio legis euidenter ostendit. An non & Paulus lepram dogmatum in doctoribus Antiochenæ cernens, Iacobo, utpote sacerdote magno, nunciauit? Qui erasis prauorum doctorum notis dogmatibus, auferens lapides in loco eorum, rectissimas Hierosolymitanæ ecclesiæ literas, & puluerem, suam uidelicet doctrinam addens, unxit ecclesiam, curauitq; quod acciderat. Sed nec sic eam relinqui indiscussam in subsecquentibus fanciuit: quia enim iniquitas in eos, qui prauorum dogmatum morbo afficiuntur, cito reuertitur, & propterea ait:

Mar. 6.

Naum 1.
Roma. 10.

Act. 15.

„ Sin autem postquam eruti sunt lapides, & puluis, & latus, & alia terra
 „ ta, ingressus sacerdos, uiderit reuersam lepram, & parietes asperfos macu-
 B lis, lepra est perseverans, & immunda domus.) Si enim eiectis malis dog-
 „ matibus, & alijs sanæ doctrinæ introductis, ipsa rursus impietatis doctrina
 „ inueniatur aspersa, id est diffusa, siue exuberans, tunc sacerdos non ex
 „ longinquo auditu, sed ex inspectione sua cognoscit, quod permanens est
 „ impietatis passio, & immundat alium ministrorum, doctorumq; eccle-
 „ siam, in qua fuerit aspersa, seu diffusa, impietas rectissime decernitur, quod
 „ ostendunt sequentia, ait enim: Quam statim destruent, & lapides eius, ac li-
 „ gna, atque uniuersum puluerem proijcient extra oppidum, in locum im-
 „ mundum.) Id est non solum iam condemnant dogmata, sed & ipsos in qui-
 „ bus inuenta fuerint, & hos ex quorum loquutione impia ecclesia cõstiterat, o-
 „ mnemq; ipsam destruunt ecclesiã. Odiui enim, inquit, congregationẽ mali-
 „ gnorum, & cõ impijs nõ sedebo, sicut Dauid dicebat. Ergo & extra eam, quæ
 „ in cœlis est cõstituta, uiua uidelicet ac uera excluditur ciuitate, & cõ immun-
 „ dis reputatur hæreticis. Qui intrauerit in domũ istam quando clausa est.)
 „ Id est quæ multæ seu pœnæ subiecta est. Qui ingressus fuerit.) In quolibet
 „ ei cõmunicans conuenticulo, immundus erit usq; dũ pœniteat. Et multo ma-
 „ gis qui in ea dormit: hic siquidẽ non aliter suscipit, nisi lachrymis lauerit intel-
 „ ligibilem stolã. Dormire aut in ea, intelligimus requiescẽtẽ in uerbis eius, & nõ
 „ consuetudinis alicuius causa in eius concilijs diuertentem: Sed & qui come-
 „ derit in ea.) Cibũ scilicet mysticũ simile legis, et eundẽ iuris sortita est effectũ:
 „ Quia illius mysteria percipere præsumpsit ecclesiæ, quam destruxit sacer-
 „ dos, reperiens impie agentem, & doctrinas malas, id est ligna, scenum, sti-

Dogmata ma-
la unã cum au-
toribus eijcien-
da.
Psal. 27.

C pulam habentem. Vnde non solum lapides eius, neque enim erant preciosi, sed & ligna, utpote coniuncta sceno, ac stipulæ proiecit.

Quod si introierit sacerdos in domum, & uiderit lepram non creuisse, postquam denuo linita est, purificabit eam reddita sanitate. Et in purificatione eius sumit duos passeris, lignumque cedrinum, & uermiculum, atque hyssopum. Et immolato uno passere in uase fictili super aquas uiuas, tollit lignum cedrinum, & hyssopum, & coccum, & passerem uiuum, et intinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis uiuentibus, & asperget domum septies, purificabitque eam, tam in sanguine passeris, quam in aquis uiuentibus, & in passere uiuo, lignoque cedrino, & hyssopo, atque uermiculo. Quicumque dimiserit passerem auolare in agrum libere, orabit pro domo, & iure mundabitur.) Cuius imaginem hæc sacrificia, de quibus loquitur legislator, gerat, per subsequentia subtiliter exponemus, quando ea & in unoquoque leproso accipi præcepit. Hoc autem necessarie dicitur, quia manifeste apparet, quod legislator illam magis in ecclesiam docentium iniquitatem, quæ est in dogmate reprehendat, & in dispensationem eius, qui pro nobis est incarnatus, committitur. Et propterea in domum mundandam hæc accipere sacrificia præcepit, quæ mysterium eius, passionisque figurant, utpote quæ sufficienter per has, quæ de his sunt, Theologias possit sanare peccantium linguas,

Domniaque eorum mundare peccata.

Ista est omnis lex lepræ, & percussuræ lepræ, uestium, & domorum cicatricis, & erumpentium papularum lucentis maculæ, & in uarias species coloribus immutatis, ut possit sciri quo tempore quid mundum, uel immundum sit.) Ista est omnis lex lepræ: quia latius sanctionem lepræ exposuit, necessarium iudicauit eius reiterare capitula, & prius quidem complexiue genus, post hæc autem species per partes exponit, quum enim dixit: Ista est omnis lex lepræ.) Complexiue genus ostendit: Species autem sunt aperitissime, quæ in subsequentibus addidit, præponens recte percussuræ, quod non est qualecunque peccatum: omnium quippe esse hoc deterius diximus. Est autem dogmatum impietas, quæ contingit quibusdam de populo, de quibus et legislator dicebat: Vir, aut mulier, in quo fuerit plaga lepræ. Si autem tantummodo sacerdotum memoriã fecisset, mulierem minime nominasset. Post hæc lepram, quæ est in uirtutibus, posuit, hæc sunt enim animæ uestimenta, id est ea quæ sunt in ecclesiarum doctoribus, ac sacerdotibus: Hi enim domus, & parietes terræ possessionis ostensi sunt. Deinde cicatricis, & erumpentium papularum memoriã facit, lepram ueram describens, eam quæ est in peccatis, siue dubijs, siue probatis omnibus. His subdidit: Ut possit sciri quo tempore quid mundum, uel immundum sit.) Ostendens, quia tunc delinquens, immundus est, quando sciens peccauerit: quando autem ignorans, ueniam propter ignorantiam meretur. Sicut & cæcus offendens, ita ut dominus de Iudæis diceret: Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc autem dicitis,

Percussuræ lepræ, dogmatum impietas est.

A citis, quia uidemus, peccatum uestrum manet. Sed nos oculis scientiæ ad ea quæ expediunt utamur, ut per ipsos euitemus peccata, conquiramusque munditiã. Sciamus diem, in qua mundabimur, sciẽtesque occurramus, & totam legem lepræ custodiamus. Mundi enim hoc modo in dominicis tabernaculis habitabimus, in CHRISTO IESV, per quem, & cum quo gloria patri, cum sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.



ISYCHII PRESBY-

TERI HIEROSOLYMORVM IN LEVITICVM LIBER QVINTVS.

PRAEFATIO.



B

VI legis meditationi operam dant, ad quem finem, quantum ue conscendant, quamque beatitudinem spiritus gerant, Dauid propheta planè exponit. Eum enim qui habet uoluntatem in lege domini, & diebus & noctibus in ea mediator est, dicit: Sicut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod & dabit fructum suum in tempore suo, & folium eius non decidit. Quid autem faciendum credimus ut possit aliquis lignum inueniri uitæ? nisi id quod dominus dicebat: Scrutamini scripturas, quia in ipsis uos putatis uitam æternam habere. Et ipsæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Sed & illo loco prophetica psalmodia: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum, ut mitiges eum à diebus malis. Cognoscimus enim & liberationem nobis peccatorum, & leuigationem ab his, quæ nos terrent in die mala, doctrinam sanctarum nobis prouidere scripturarum. Sed & profectum animæ non modicum ex ea carpinus, propter quod & Paulus scribit ad Timotheum: Hæc meditare in his, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Intende tibi metipsi & doctrinæ, permane in eis: Hoc enim faciens, & temetipsum saluabis, & eos qui te audiunt. Quum prædicetis omnibus, tam nostram ipsorum salutem, quam aliorum peritorum lucremur studiũ, & propterea nullus labor, neque sudor, uel eos qui eas exponunt, uel indoctos legentes à sacrarum scripturarum remouere debet, per scrutatione præsertim, quum magna utilitas sub spiritu legis huius sit: Illi ex eis autem capiunt margaritas, qui frequẽti eas meditatione operantes effodiunt.

Psalm. 1.

Ioan. 5.

Psalm. 93.

1. Timoth. 4.

C Sed ea quæ sequuntur huius Leuitici libri exequamur per ordinem, superædificantes fundamentum, quod iam Christus, sicut quidam sapiens architectus, per nostram posuit linguam: sicut quidam instructor sapiens per uile instrumentum lapidem posuens angularem, ut magnitudinem domus ostendat, & ut instrumentis uilibus magna perficiat.

CAPVT XV.



Loquutusque est dominus ad Moysen & Aaron dicens: Loquimini filiis Israel, & dicetis eis: Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit, & tunc iudicabitur huic uitio subiacere, quum per momenta singula adhæserit carni illius, atque concreuerit

Moyses ceteris prophetis maior.

foedus humor.) Omnis quidem propheta dei admirabilis est, utpote cui sunt credita spiritualia, Sed admirabilior Moyses, sicut cui maiora sunt credita, tantæ sapientiæ præcepit celsitudinē: nā quia infirmus erat qui ab eo legē percipiebat populus, & qui perfectiora dogmata audire non poterat, tam infirmitati condescendere uolens populi, quam dignitati nō iniuriare, legis inuenit uiam, per quam & celaret sublimia, nec ea propter auditorum infirmitatem directe proferre potuisset. Nam ecce etiam nūc, quum per legem leprosi multas peccatorū exposuisset species, eū qui fluxū seminis pateretur, adiecit. Per quam alteram speciē peccati rursus exponit, & eū qui profluiū patitur doctrinæ, ex qua corpus ipsius subsistit, id est ex qua salutem habet, hūc esse iure dixit immundum, utpote qui doctrinam non caste, sed contra naturam, id est contra eius iura, & legem inordinate, corrupteque diffundit, ut ex

Fluxum seminis patientem, adiecit deus leprosis.

Profluium doctrinæ.

D ea etiam mores corrumperet populorum: quæ cognoscimus per partes, textus seriem differentes. Loquutusque est dominus ad Moysen & Aaron dicens: Loquimini filiis Israel, & dicetis eis.) Recte Moysi quidem, & Aaron loquutus est, sed tradi filiis Israel, id est omni populo, mandatum iubet: quia quæcunque per doctrinam diuinam scilicet fanciuntur seu scribuntur, primū quidem principibus egent populi, quia ipsis maxime diuina est credita doctrina, ipsique demonstratur, quum quodammodo à ministris, aut his quibus omnino credita est, debeat studere. Quia autem effectum eius populus respicit audientem: uide mandatum eius in secundo ordine filiis Israel tradi, quod bene legislator competenterque custodiuit, & post hoc dixit: Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit. LXX. autem sic dicunt: Viro uiro cui factus fuerit, &c. Quoties enim duplicat hoc, unde mandatum datur, intentionem legis cupit ostendere secundum LXX. & quantam sollicitudinem habeat legislator, ut nihil eius penitus prætereat: sicut quando dicit: Homo homo de filiis Israel, & de aduenis, & qui coniuncti sunt eis, qui fecerit holocaustum, aut sacrificium, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit ad faciendum hoc domino, exterminabitur homo ille de populo eius. Et his alia similia, de quorum conseruatione maximā legislator curam gessit. Hic autē secundum

LXX. quædam duplicant, ut altius descendant in animos hominum.

Leui. 17.

A secundum prædictā meditationem non dixit, homo homo, sed uiro uiro, duplicans quidem, quemadmodum & ubi personam. Propter fortitudinem uero sic appellatur à latore legis, quia uocabulum hoc mos est geminam innuere significationem. Id quod ostendit Solomon dicens: Virum autem fidelem quis inueniet? Sed & Paulus: Donec occurramus omnes in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ergo duplicatio appellationis quantum ei pertineat, de mandato manifestauit. Quod autem uiro dixit, & non simpliciter homini, demonstrauit quod doctoris innueret personam: in hoc enim necessarie demonstrat perfecti formam. Sed huic si factus fuerit seminis fluxus, immundus erit. Quo autem modo, audi sequentia: Et tunc iudicabitur huic immunditiæ subiacere. Id est hæc est probatio immunditiæ eius. Iudicium autem immunditiæ eius, in hoc loco dixit legem illam, quæ immunditiam eius probat. Et quis est hic qui fluxū patitur seminis? Semen intelligitur doctrina, sicut ait Paulus: Si nos uobis spiritualia seminauimus. Sed & dominus ait: Omnis qui audit uerbum, & nō intelligit, uenit malignus, & rapit quæ seminata sunt in corde eius. Quia autē dicunt LXX. uiro uiro si fuerit profluuium seminis ex corpore eius, ex quo consistit corpus eius segregandum est, quod corpus duplex hic tradit, id est hoc quidem ex quo semen fluit, aliud autem, quod per fluxum seminis subsistit. Quia ergo ex inordinate procedente semine generandum fuerat quoddam corpus, subsistereq; poterat, necessario primum corpus, ex quo fluxus est eius, qui seminis fluxum patitur, modis omnibus intelligitur. Aliud autem consistere, inquit, per fluxum, id est hoc quod ex eo generari debuerat, atque subsistere, licet non generetur, propter quod & immundus est. Corpus autem eius etiam illud secundum appellat, quia reuera corpus eius qui generat, est hoc quod ex eo generatur. Hæc est autem legis in principio nota, quia quemadmodum literæ mandatum, corpus semen effundentis intellexit, & propterea dicit: Fluens semen ex corpore eius: secundo autē hoc quod ex eo generatur, recte subdens ex fluxu, quo consistit corpus eius: sic cōtemplatio spiritualis corpus doctoris, ipsum quod ei creditum est uerbum, & doctrinalem dignitatem rationabiliter intellexit. Corpus enim Christi, doctrinale uerbum Paulus appellat, sic dicens de eis qui uerbum doctrinale decerpunt. Corpus autem Christi, nemo uos seducat, uolens in humilitate, & religione angelorū, quæ nō uidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratur, & constructum crescit in augmentū dei. Corpus domini aperte doctrinale asserens uerbum, quod recte corpus doctorum dicitur: si quidem loco Christi sacerdotes & doctores sunt in ecclesijs. Vnde rursus secundum corpus eorū, quod ex eorū consistit fluxu, auditorē populū intelligimus, qui ex eius doctrina generatur, qui eam, quam percepit diuinā doctrinam fluit, corrumpendo eam, siue transgrediendo, de quo Paulus dicit

Proverb. 20.
Ephē. 4.

Vir in scripturis.

1. Corinth. 9.
Matth. 13.

Corpus Christi
sicut in Paulo doctrinale uerbum,
Coloss. 2.

C bat: Si nos, aut angelus de coclo euāgelizauerit uobis præter quàm quod ac
 cepistis, anathema sit. Recte immundus est, qui ex sordida conuersatione, ui
 taq; impudica, uel ex ambitione primatus hoc patitur, ac propterea nefariā
 doctrinam exquirat, quæ delectet eos, quos prurientes auribus Paulus dixit,
 & sanam doctrinam non sustinentes. Vel ipse quum sit impudicus, & se
 cundum proprias passiones, siue concupiscentias doctrinam fluat; & uerbi
 gratia, quum sit amator adulteri, respuit quod est de castitate mandatum:
 uel si comessator, & ebriosus, ieiuniorum legem; hic ergo, quia magistri
 censetur nomine, & non sana docet, sed corrumpit doctrinam, quam pro
 fert, non potest deo filios procreare, unde & profluuiū seminis pati dicitur.
 » Nimis ergo rationabiliter subdidit: Omnes dies profluuij corporis eius,
 » in quibus consistit corpus eius, in profluuium immunditiæ eius est.) Quo
 usque enim sic docet, & doctorale corrumpit corpus, ex quo corpus cōsistit
 populi, immundus est in semetipso, sicut ait, immunditiam habens, uidelicet
 sermonem quem profert sordidum, impudicum, & immundum. Propter
 quod & nimis ei conueniunt, quæ sequuntur.
 » Omne stratum in quo dormierit, immundum erit, & ubicunq; sederit.
 » Si quis hominum tetigerit lectulum eius, lauabit uestimenta sua, & ipse lo
 » tus aqua immundus erit usq; ad uesperum.) Multæ aliena docentium spe
 cies sunt: quidam enim, sicut ait Paulus, per inuidiā: quidam aut per conten
 tionem: quidam uero per ignorantiam: quidam uero ex temerario multilo
 quio, de quo dixit ille sapiens: In multiloquio non effugies peccatum: qui
 dam autem ex eo quod delectantur in quarundam corruptione concupi
 scentiarum, doctrinalem conuertunt sermonem. Recte legislator, quum ho
 rum quosdam in sanctione lepræ, alios uero in ciborum differentia signifi
 casset, nunc rursus aliud genus eorum, qui ex impudicitia, & ex libidine alia
 docent, per hoc mandatum, quod est profluuiū seminis patiemtem, exposuit,
 sicut & superius approbauimus. Sed nunc & stratum in quo dormit, & ubi
 sedet, immundum legislator dicit. Paulus igitur nos, & Lucas doceant, quid
 de his arbitrari debeamus. Quia enim uas & stratum, non quoslibet ægros,
 sed hos significant, qui nimis sunt in doctrina sublimes, omnemq; eam quo
 dammodo capiebant, ita ut sederet in eis, ac portaretur ab eis doctor, aper
 te Lucas docuit, quando de Paulo deus ad Ananiam dixit: Vade, quia uas
 electionis erit mihi iste, ut portet nomen meū in gentibus, & regibus. Tan
 quā uas Christi doctrinam Paulus capiebat, ut imitaretur eū opere, & uer
 bo, & passionibus. Propter quod nunc quidem dicebat: An experimentum
 quæritis eius, qui in me loquitur Christi: Nunc ergo: Imitatores mei estote,
 sicut & ego Christi. Nūc uero rursus: Impleo ea quæ desunt passionū Chri
 sti in carne mea. Stratum autem, magistri, quia proprium est strati, ut in eo
 requiescat possessor eius, modis omnibus ille per hoc discipulus intelligitur,
 in quo propter nimiam obediētiā, magister ipse, & eius spiritus requiescit.

Quod

Profluuiio semi
 nis laborant o
 mnes pseudo
 prophetæ.

Pseudoprophe
 tarū ordines.
 Prouerb. 10.

Vas quid signi
 ficet in Leuiti.
 Act. 9.

2. Corinth. 13.
 1. Corinth. 4.
 Coloss. 1.

Stratum quid.

A manifestat Paulus ex his quæ ad Corinthios scripsit, laudans eos quod obedientes semetipsos Tito præbuerunt: Abundantius autem gauisi sumus in gaudio Titi, quia requieuit spiritus eius in omnibus uobis. Eorum ergo qui impudica docent, & filiorum procreationi contradicunt, legitimasque respuunt nuptias, ut per hoc fornicationem introducant, propter quod & fluxum patientes seminis dicuntur, utpote genitale semen, & nuptiarum legem corrumpentes, de quibus Paulus dicebat: Quia in nouissimis temporibus recedunt quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocrisis, cauteriatam habentes conscientiam, prohibentes nubere, & abstinere à cibis, quæ deus creauit ad percipiendum, stratum quidem, & uas secundum prædictum modum fiunt. Quicumque intantum immundi sunt, ut nec mundationem eorum præciperet legislator: scit enim eos ita morbo affectos, ut pœnitentiam agere nullatenus possint: non enim ex ignorantia in tali doctrina, sed praua habitudine infecti, in impudicis corrupti, seu dissoluti sunt uerbis, unde etiam in tantum libenter ei adhæserunt.

1. Corinth. 7.

Prohibere nubere, est uitro accersere seminis fluxum.

1. Timoth. 4.

Vasa & strata iniqua docentium sunt discipuli.

† Ex opere, p ex industria. Saluus.

Paucorum uerborum defectus. Sagma.

B Si autem quis tetigerit lectulū eius. Id est si particeps fuerit, sumpseritque de doctrina eius, & non infederit dogmatibus eius, qui praua docet ac sordida, iniquorum eius uerborum discipulus existit. Sed discipulorum illius, ipsi siquidem sunt eius uasa & stratum, qui audit eos, ipse quoque immundus est. Lauat tamen uestimenta sua per pœnitentiam, sicut sæpe diximus, & ipse lotus aqua lachrymarum, uel baptismi, immundus erit usque ad uesperum, usque dum tempus compleat pœnitentiæ. Huius enim figuram uesperum in multis gerit, & maxime, quia in consummatione seculorum, id est occasu præsentis seculi, Christus nobis prædicauit pœnitentiam.

Qui tetigerit carnem eius, lauabit uestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum. Si saliuam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit uestimenta sua, & lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum. Eū uidelicet qui fit particeps doctrinæ, profana docentis, immundū esse usque dum semetipsum diluat per pœnitentiā, eam quā legislator præcepit, siue uitro quispiam particeps efficiatur prauæ doctrinæ, hoc est enim carnem tangere, fluxum seminis patiētis, siue docētis † ex opere inquit quodammodo semetipsum, introducitque sermonem doctrinæ suæ, hoc est saliuam proijcere. Propter quod Aquila, si superexpuerit: Symmachus, si superexpuerit, ædiderunt. Sagma super quod sederit, immundum erit usque ad uesperum. Sicut stratum in quo is qui fluxū seminis patitur, requiescit, & uas in quo sedet nimis, id est ualde eū adhærentes disciplinas

quæ difficile mutari uel molliri possunt. Sic etiam hic in sagma, siue ut LXX ædiderunt, in sagma asini, negligentiore quidem discipulum, sed tamen mollius habentem cor ad commutandum se: mollia enim sagma asini legislator intellexit. Sed & is quia bonis magistris excuti, uel dilui atque respue

Cre malum discipulatum potest: quia tale est quod LXX. ἐπιτοργυα appellant, id est stratura: & ipse uidelicet immundus erit, usquedum ad poenitentiam se uerterit.

Et omnis qui tetigerit quicquid sub eo erit, immundus erit usque ad uesperum. Et qui portauerit horum aliquid, lauabit uestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit usque ad uesperum.) Generaliter sanxit non licere tangi fructum labiorum, eorum qui subiecti sunt effecti profana docentibus, qui subdiderunt semetipsos quodammodo, uerbis atque incongruis doctrinis substernentes animas suas tanquam uasa, in quae distillet impietatis uenenum: Et tetigerit aliquid, immundus erit, seu is suo peccato susceperit, siue imposuerit, quod facere quidam consueuerunt, ipsi quasi dicere se recta, aut facere simulantes, eorum autem qui praua docent, aut agunt, confirmant conatus, atque ideo qualiter se erga praua habeant, conuincuntur. Nihilominus ipsi secundum praedictum modum, habent necessariam poenitentiam. Omnis, quem tetigerit qui talis est, non lotis ante manibus, lauabit uestimenta sua, & lotus aqua immundus erit usque ad uesperam.) Necessarie praesentibus uerbis usus est legislator, ne omnino nobis fieret desperatio de coniunctione docentis praua, sed illam tantum, quae est usquedum respiciat ad poenitentiam, atque ideo sunt immundi, quoscunque fluxum seminis patiens tetigerit, id est, quibus commixtus fuerit. Non lotis autem manibus

Lauare manus

aqua, necdum uidelicet suam uitam per poenitentiam abluit: lauare siquidem manus, sordis cuiusdam, & maculae depositionem manifestat. Pro-

Psal. 27.

pter quod Dauid dicebat: Lauabo inter innocentes manus meas, & circuibō altare tuū domine. Sordidus enim est, turpia & praua docēs: ex uitae enim fallacia, & sordida conscientia ad huiusmodi peruenit doctrinā. Iste ergo, qui in malis docendis quibusdam semetipsum miscuerit, necdum ad poenitentiam respiciens, & hic, sicut immundus, poenitentiam habet necessariam. Lauet ergo uestimenta sua, id est actiones, quae nos opinionibus, & sectis differ-

Lauare stolā.

rentibus, sicut stola, induunt. Qui ergo patientes sustinet malos, & ex coniunctione talia docentium ad actiones malas conuertuntur, etiam propter hoc lauent corpus suum aqua, ut & suum templum à compassione uerborum illorum purificent, & tunc certum erit, quia mundabuntur. Nam etsi immundus fuerit usque ad uesperam, quod est usque ad tempus poenitentiae, sicut praedictum est, qui docet profana, sine dubio mundus erit post poenitentiam. Et uas fictile quicumque tetigerit qui fluxum seminis patitur, confringitur: Vas autem ligneum lauabitur aqua, & mundū erit.) In superioribus huius legis, in qua dixit fluxum seminis patientem, quoslibet homines tangere diximus eos, quibus ipse se praua docēs immiscuit, & sumpsit ad quandam societatem sui: hoc enim est aperte tangere, unde & Paulus propter socie-

1. Corinth. 7.

tem muliebrem cauēdam, Bonum est, inquit, homini, mulierem non tangere. Propter fornicationes autē unusquisque suam uxorem habeat, & unaquaeque suum

A firum uirum. Hi ergo uasa eius effecti sunt, doctrinam qui ab eo, licet par-
 uam, susceperunt: neque enim superfeddit eis, id est non totam in ipsos suam
 doctrinam exinaniuit, tetigit tamen, partem quandam tradens. Permanent
 igitur fictiles, id est fragiles, & terreni, ad lutum suum, & ad corruptio-
 nem luti intendentes, quia corrumpuntur etiam à paucitate uerborum,
 necessarie conteruntur. Si autem lignei, quia lignea uasa luteis & fictilibus
 uasis fortiora sunt, diutiusque subsistunt, aqua lauati mundantur. Neque
 enim infedit in eis, nec omnem eius, sicut diximus, malam doctrinam susce-
 perunt, quamobrem nec sic infirmantur, ut per poenitentiam sanari non
 possint. Ergo intentio est legislatoris, ostendere qui poenitentiam agant,
 uel quia non poenitentiam agentibus salus offertur: Si sanatus fuerit, qui hu-
 iuscemodi sustinet passionem, enumerabit septem dies ad emundationem
 sui, & lotis uestibus, ac toto corpore in aquis uiuentibus, erit mundus.)
 Mundatio est eius, qui fluxum seminis patitur, eandem corruptionem semi-
 nis nequaquam ulterius sustinere. Si ergo sordida, praua quæ, ac nefaria quis-
 piam docens cessauerit, utpote qui cessauit à tali impudicitia, mundus re-
 cte dicitur. Pro sordidis sermonibus autem, quos effudit prius, necesse ha-
 bet septem dies dinumerare, ad omnimodam emundationem, quæ perfici-
 tur per aduentum, subministrationemque spiritus, cuius septemplex donum
 nobis Esaias exposuit, quum ait: Spiritus sapientiae & intellectus, spiritus
 consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, spiritus timoris domi-
 ni. Quibus omnibus egent, qui perfectam mundationem sibi procurari uo-
 lunt à malitia, quæ est in loquutione, siue in operibus, sed & aqua uiua la-
 uant uestimenta & corpus. Quæ sit uero uis uestimentorum, & corporis,
 satis est in superioribus demonstratum. Aqua autem uiua lauant, illa uide-
 licet de qua spiritus dicebat: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de
 ventre eius fluent aquæ uiuæ. Et rursus: Quicumque bibit ex aqua, quam
 ego do ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Ergo mundatio
 praua docentis, per bonam legitimamque doctrinam prouenit. Hæc est enim
 uiua aqua, quia uitam ad se accedentibus præstat.

*Vas luteum.**Vas ligneum.**Septē dies nu-
merare ad emū-
dationem.
Esa. 11.**Ioan. 7.**Ioan. 4.**Octaua dies
gratie aduen-
tum significat.*

B Die autem octauo, sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & ue-
 niet in conspectu domini ad ostiū tabernaculi testimonij, dabitque eos sacer-
 doli, qui faciet unū pro peccato, & alterum in holocaustū, rogabitque pro eo
 corā dño, ut emūdetur à fluxu seminis sui.) Qui septē dies numerabit sibi, id
 est operationes spiritus, hic octaua die, id est in gratia uidelicet Christi, quæ
 octaua die resurrectionis enituit, seu claruit, sacrificiū offerre iussus est. Quod
 est aut hoc sacrificium? Id est duos turtures, aut duos pullos columbarū.) Di-
 gnū est hoc doctoribus sacrificium, ex alitibus enim sunt hæc animalia.
 Et quidem turtur, quasi meditatorium est animal: Columba autem pro-
 pter generandi frequentiam, & propter simplicitatem, sancti spiritus desi-
 gnat imaginem: oportet enim doctorem meditationi spiritali operam da-

Cre. Propter quod ut sacerdotem & magistrum, sibi metipsum sumere hoc sacrificium præcepit, quod in alio sacrificio, nisi rursus sacerdotis alicuius fuerit, ac magistri, dixisse nullatenus inuenit. Ipsamque deferre hostiam ad ostium tabernaculi testimonij. Ad apostolorum uidelicet doctrinas: has enim esse introitum, aut uerum tabernaculum testimonij, id est habitationem Christi, & conuersationem, superius in sacrificijs ostendimus, ut ad apostolicam intentionem in futuro suam perficiat linguam. Sicut autem qui peccauit, & sacerdotij habitum in se infirmauit, atque inefficax reddidit, dare sacerdoti, & sacerdotij ministerium alij cedere iussus est. Sed accipiens sacerdos duos turtures, aut duos pullos columbarum, quid facit? Vnum facit pro peccato, & unum in holocaustum. Vt hoc quidem sacrificij ad ablutio- nem eius, eorum quæ peccauit in doctrina contradicente legi, proficiat: illud autem ad sapienter conuersandum in futuro, huius enim est signum in holocaustum. Et sic deprecabitur pro eo sacerdos coram domino, ut emundetur à fluxu seminis sui. Nec enim aliter quisquam mundationem coram domino facere potest, id est secundum uoluntatem, & legem dei, nisi de his quæ peccauit poenitens, & per sacrificia orationum satisfaciens, postea que recte uiuendo, ac perfecte sapiendo. Ergo qui suorum peccatorum emundationem alio modo peragit, pro hoc coram domino non rogatur: neque enim eius mundationem suscipit deus, sed nec eos qui pro eo offerunt preces. Quamobrem siue ad doctrinam quis incongruam, siue ad uitam defluxit malam, siue utrunque simul, preces effundere, secundum quod dictum est coram domino, qui habet in potestate dimittere peccata, festinet.

Vir de quo egredietur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum, & immundus erit usque ad uesperam. Vestem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immunda erit usque ad uesperam. Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit usque ad uesperam. Neccessariam habere regenerationem baptismatis humanum genus, ipse dominus ostendit, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum coelorum. Cuius equidem sordis in nobis ex Adam inobedientia est transfusa, unde & Dauid in iniquitatibus se natum, & in peccatis asseruit esse conceptum: non matrem suam accusans, sed peccatum innuens, quod decucurrit ex genere. Et nunc legislator eum, de quo semen egreditur coitus, id est eum qui pro filijs procreandi semen effudit, sed & mulierem quæ suscepit, lauare corpus præcepit, ob hoc, quia semen suscepit, per quod hoc templum nostrum totum, id est, integer homo describitur ex anima & corpore. Quemadmodum ergo animam diuina scriptura appellat eum, qui est ex anima & corpore, hominem: sicut quando dicit, Descendit Iacob in Aegypto in septuagintaquinque animabus: sic corpus rursus totum appellare hominem consueuit. Quod ostendit liber Genesis

Verum tabernaculum domini in apostolica doctrina.

Ioan. 3.

Psal. 50.

Anima aliquando pro toto homine, quemadmodum & corpus.

Deut. 10.

A n̄esis, Ioseph frumenta ministrasse fratribus, per corpora dicens. Quia autem sordidus effectus per inobedientiam Adam, sordidum esse etiam semen suum fecit, necessarièq; corpus sordidum est, eò quod ex semine pro-
 cedit, in quo immundū est usque ad uesperam, id est seculi finē, quia in fine seculorū **CHRISTVS** ueniens ostendit aquam, qua genus nostrum mundaretur: & quia permansimus usque tunc immundi, probatur ex eo, quod & hi qui necdum peccauerunt, id est in ætate infirma constituti, signaculum baptismi necessariū habent, ne forte morte superueniēte sordidi transeāt: sordem quæ ex Adam descendit, in semetipsis habentes, & propterea non ualentes in regnū intrare coelorū. Vestē, & pellē quā habent cū coeunt, uidelicet immunda esse, & lauari debere, duarum rerum præcepit gratia: nam extendit legem atque manifestat, quantum corpus humanum propter unam inobedientiam sordidum sit effectum, ut etiam insensibilia ex eis polluantur. Deinde per hæc manifestas facit mulieres, quæ libidinis causa, uiris ad quendam temporalem commiscetur usum, qualem solent uestimēta præbere hominibus, sicut & abusus pellium, quæ inueteratæ proijci solent. Nam & illarum consuetudo ueterascente amicitia respuitur, atque in more uestimentorum, seu pellium commutatur, neque enim semper cum eis uiuunt, cum quibus inordinate concumbunt. Hoc ergo modo intelligentes Mosai-
B cæ legis uerba, maximum ex eis iuuamē capimus, & à legis quæstione quiescimus. Nec reprehendere eam possumus, ut superflue punientem, & de his exigentem pœnam, quæ in nostra uoluntate non sunt: fluxus enim seminis non ex nostra euenit uoluntate, sed ex infirmitate contingit. Rursus uirum mulieri cohærere, & mulierem uiro, compellit naturale consortium, et dei definitio, quæ ait: Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Nam etsi Adæ hæc uerba sunt, tamen ex diuino hæc dixit spiritu. Vnde & Christus quando Phariseo non dimittendas mulieres dicebat, horum quæ nunc diximus memoriam faciens, ad deum ea, sicut ab eo dicta, retulit, ait enim: Qui ab initio fecit, masculum & foeminam fecit illos. & dixit: Propterea relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ. Ergo nō pœnam eorum, quæ contra uoluntatem contingunt, exigit, nec quasi à sordidis his, qui secundum eius coniuncti sunt legem, sed in his quidem qui fluxum seminis patiuntur, corruptos doctores, qui ingrati sunt filiorum procreationi. Hic autem Adæ inobedientiam, utpote ex ea genere humano sordido effecto, & semine, ex quo genus accusat. Nō est autem admirabile, si mulieres, quæ nō filiorū gratia, sed propter usus turpitudinem cum uiris habitant, uestem & pellem intelligere legislatorem diximus: uestimenti enim, & in malo aliquo, atq; contra legem, usum in diuina scriptura acceptum inuenis, sicut Dauid dicit: Et induit se maledictionem sicut uestimentum. Et rursus: Induantur qui detrahunt mihi reuerentia, Pellis autem quando aliquid boni significat, tunc non

Infantes etiam opus habent baptismi, contra improuifam mortem.

vestes, mulieres significant libidinosas.

Gene. 2.

Matth. 19:

vestimentum in malam partem aliquando.

Psal. 108.

Psal. 34.

C simpliciter ipsa pellis, sed pellem ad opus aptam legislator ædit, & hoc quod factum fuerit opus ex ea, aut quod fiendū est ex ipsa, per eam demonstrat. Nunc autem, quia hoc non dixit, neq; in sacrificio pellis assumpta est, sicut quum decoriatus holocaustum in incongruam cōmixtionem positum est.

Non ergo per stratum, seminis, id est, per coitū legalem, ex quo semen efficitur, pellem polluit, aut perfundi dixit: necessarie ergo eam qua quis abutitur mulierem, pellem intellexit. Illud tamen ubiq; custodi, quia ad sanctificationem, & castitatem, Iudæorum genus legislator trahens; nimis enim quidam eorum luxuriæ seruibant, hæc contra eos qui qualitercunque effundunt semen, & eos qui hæc tangunt ad emundationem eis præcipiens, ut saltem sic casti efficerentur, & luxuriosis abstinere cōmixtionibus, fastidio laboris frequentium purificationum. Hanc enim intentionem secundū literā, & in subsequētib; lex habet, licet aliquid aliud secundū spiritum signet, sicut & ipse expositurus sum, quia nec ipsum, qui hic est, spiritalem intellectū prætereo. Quemadmodū ergo illū qui fluxum seminis patitur, eum qui corrumpit doctrinā, intelleximus, sic de quo semē coitus egreditur, eū qui ad Iudæos pertinentē doctrinā sectatur intelligimus: Nam sicut effundēs naturale & sanū semen, propter sordē tamen Adā immundus est, sic & eorū sana, propter legē, quæ putatur doctrina, sub culpa est, & reprehēnsibilis, quia literam docet, quæ maledictionē infert discipulis suis: neq; em possibile est quæpiam per illā perfecte corrigi. Vnde Mosaicæ maledictioni discipulos suos

D subdit, ipsosq; Iudæos, qui in mulierum coeuntium accipientur figura: utpote qui semper adhærent, & conrequiescunt doctoribus institutionū suarum. Hoc aut ipsum & in eos qui in præputio sunt operantur, quando doctrinæ eorum semen suscipiunt, quos uestimentum, & pellem esse dicimus: utpote temporaliter, & transitorie doctrinas eorū, non ut & ipsi procreent aliquam legalem iustitiam, suscipiunt: Nam quomodo possibile est hoc, in præputio permanentibus, sed ut per sermones eorum & ipsi maledicto legis pollui accipiantur.

• Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit usq; ad uesperam. Et in quo dormierit, uel sederit diebus separationis suæ, polluitur. Qui tetigerit lectulum eius, lauabit uestimenta sua, & ipse lotus aqua, pollutus erit usq; ad uesperam. Omne uas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lauabit uestimenta sua, & lotus aqua pollutus erit usq; ad uesperam.) Intentio legislatoris est à muliebri libidine abducere hominem, simulq; cum uiris, & mulieres prohibere à turpis commixtionis causa: Nō enim hoc pro filiorū procreatione agi, maxime ea quæ nunc dicuntur, affirmant. Inuenit enim modum quo per uaria temporum, ac plurima interualla, ab ingressu muliebri separet uiros: nam mensibus singulis fluxum sanguinis patiuntur. Septē autem diebus immundas eas esse, eosq; etiam qui simplici tactu eas contingunt.

Indeis de castitate tuēda sunt præcipua quedam leges late

Semen coitus egredi.

Sana quedam Iudæorum in speciem, à lege damnantur.

Deus menstruorum nomine, uoluit omne libidinum genus uitari.

gunt.

Agunt, immundos esse usque ad uesperam præcepit. Qui uero cum his dormiunt, non una die immundos, sed septem dies esse dicit. Ergo sub dierum multorum continentia, tam mulieres à uiris, quam uiri à mulieribus necessitate cohibentur. Et his quidem sensibilis Iudæus, & secundum carnem Israëlitæ iuari per literam poterat; hoc est autem uerissimum iuuamen spiritalis considerationis, quod est intus inclusum. Fluxus enim sanguinis animæ, cuius personam, utpote effoeminatam, & fortitudinem pietatis prodentem, in muliere nunc legislator insinuauit, idololatria est: Huius secundum quod LXX. ædunt, fluxus in corpore eius: corruptio enim, seu perditio est humani generis, idololatrici sanguinis effusio. Propter quod non dixit de corpore eius, neque enim à nobis est idololatria adinuenta, sed à dæmonibus, in corpore uidelicet generi nostro inflicta est, & corruptio humanæ est affecta naturæ. Sed & tempora denuncians, in quibus idololatria obtinuit, de quibus Paulus dicebat: Et quidem tempora ignorantia despiciens deus, nunc annunciat omnes ubique poenitentiam agere. Quid dixit, septem diebus separabitur? Quod alij: Erit in purgatione sua: Alij uero interpretes: In separatione iniquitatis suæ: Alij autem miseriæ ædiderunt, ut per septenarium dierum numerum, tempora significaret. Spiritus qui usque ad completionem temporum sunt, in qua completionem euangelica prouenit prædicatio, in his separati à deo per idololatriam homines in separatione iniquitatis, & miseriæ necessario erant, usque dum deo per euangelicam conuersationem coniungeremur, quæ in octauam diem accipitur: quia signum, & principium, & ara quodammodo seculi est futuri: propter quod, & octaua die saluatoris processit resurrectio. Non solum autem idolis seruiens anima, sed & is qui eam tangit, id est qui particeps eius efficitur, & multo magis hic, qui in quo dormit, uel in quo sedet: utpote qui doctrinæ eius, & traditionis fit particeps: Vel qui coierit cum ea, immundus erit, & mundationis opus habet, nec aliter mundatur, nisi lauatus aqua. Quid sit autem aqua, in præcedentibus diximus, intantum oportet ab omni idololatriæ malitia abstinere, & nec eos qui idolis seruiunt, nec hos quibus illi quasi organa, uel quasi lectis, aut uasis utuntur, contingere: id est in nullo cum eis communionem habere, ut Paulus prohiberet etiam in idolo recumbere, ac multo magis comedere idololithum. Sed hæc quidem parum nocent, nec pollutionem habent: Sed illo die immundum eum esse dicit legislator. Si autem aliquis coierit cum ea, tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem dies. Id est, si quis malo, & actioni animæ idolis seruientis communicauerit, immolans forsitan & ipse idolis, siue libas, aut aliquid agens idolorum seruituti proximum: hoc est enim cum fluxum sanguinis patiente dormire, multipliciter peccato polluitur. Propter quod pro una die septem diebus eum immundum esse præcepit, sicut qui omnem suam uitam, & omnem suam conuersationem fecit idolis seruiendo sordescere.

Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis, non in tempore men-

Fluxus sanguinis idololatria est.

Idololatria à dæmonibus orta. Act. 17.

Idolorum cultus quantum prohibitus sit. 1. Corinth. 8.

C struali, uel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quandiu huic
 „ subiacet passioni, immunda erit quasi sit in tempore menstruo. Omne straa-
 „ tum in quo dormierit, & uas in quo sederit, pollutum erit. Quicumq; tetige-
 „ rit ea, lauabit uestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit usq; ad ues-
 „ speram.) Quantum uindictæ spiritus dei legis contemplationem, & lectionē
 literæ, his quæ per partes fanciuntur, ostēdit: Quia enim fluxum seminis pa-
 tientē, qui habet in lege obscenam & corruptam doctrinā, olim diximus, &
 de quo coitus semen egreditur, Iudaica utente doctrina. Restabant hi qui pa-
 ganorum doctrinam docent: ecce etiam ipsos nunc opportune subinfert
 esse. Ergo fluxum sanguinis, idolorum seductionē, & errorem diximus, ut
 pote genere dæmoniorum sanguine gaudente, & non solum pecorum, alio-
 rumq; animalium irrationabilium, sed etiam hominum sacrificia præcipiē-
 te, ita ut in multis locis apud eos talia celebrarentur mysteria, ueluti Dionysij
 & Dianæ, aliorumq; dæmonum: intantum fluxus sanguinis apud eos ino-
 leuerat. Attende autem nunc, quibus uerbis legislator usus est. Mulier
 „ quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis, non in tempore menstruali.)
 Quod LXX. sic ædiderunt: Mulier si fluat profluuium sanguinis dies com-
 plures. Nō dixit, si fluit sanguinē, quod est idolis seruire, siue immolare: sed
 si fluxerit fluxum sanguinis, id est, si fluit maculam, & errorem idololatriæ: fa-
 cit autem hoc non in tempore menstruali, id est non in temporibus, in quibus
 idolorum seruitus obtinebat: hæc esse menstrualia tempora, in illis uer-
 bis, in quibus de ea loquebamur, ostensum est. Sed & postquam cœpit sci-
 entia, & per euangelicam doctrinam lumen pietatis illuxit, ipse tamen im-
 munda fluit, & docet quædam errori idolorum proxima, immundus est, si-
 cut illi illorum temporum, in quibus furor idolorum obtinebat, illa docen-
 tes, quæcunq; ad illorum pertinebant errorem: Erant enim etiam tunc im-
 mundi, sed & nunc multo magis, quia iam nudata est immunditia eorum, &
 error conuictus. Quam quia noluerunt oculos suos præbere luci ueræ in-
 telligentia, propter quod dixit: Quæ patitur fluxū sanguinis, non in tem-
 „ pore mēstruo, uel quæ post mēstruum sanguinē fluere non cessat, quandiu
 „ huic subiacet passioni, immunda erit.) Nam etsi non integram idololatriam,
 „ auguria tamen, & diuinationes, aut purgationes, aut ueneficorum artes do-
 „ ceat, nihilominus & hic immundus, quemadmodum & illi, qui plene idolo-
 „ latriam, his quibus floruit temporibus, tradebant, & docebant. Sed & qui-
 „ cunque his ex opere discipulatum suum præbent, in persona horum intel-
 „ ligitur. Stratum in quo dormierit, & uas in quo sederit.) Id est hi qui studio-
 se has doctrinas suscipiūt, sicut prædictus sermo monstrauit, immundi erūt,
 quemadmodum & hi qui eos docent. Hoc enim ostendens legislator de
 strato & uase, dixit secundū LXX. immundū erit secundum dies profluuij
 eius, eos qui ex opere talia discunt, docētibus comparari cupiens. Intantum
 autem hæc uera sunt, & ita dei lex immundum dicit eum, qui uel pauca ho-

*Dijis quibusdā
 locis, humanis
 hostijs est litae-
 tum.*

*Tempus men-
 struale.*

*Auguria & di-
 uinationes ido-
 latriæ species
 sunt.*

Arum attigit, qui ad idola pertinentia loquuntur, aut agunt, ut & eum qui uel comedet cum eis, aut mensa potuq; communicauerit mysteriorū, sicut reuera immundum societate remoueat. Vnde & Corinthijs scribebat Paulus: Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. An æmula mur dominum? nunquid fortiores illo sumus? Et rursus: Nolo uos socios dæmoniorum esse. Cur autem mulieris introduxit personam, bene nouimus: diximus enim, quia pro eo quod cogitationum uirilitatem, & diuinæ scientiæ fortitudinem, hi qui in idololatriæ deciderūt errorem, prodiderūt, animasq; suas effoeminauerunt, recte in his qui agunt & docent, quæcunq; cultui idolorum impendūtur, figuram mulieris insinuasse. Huius enim imaginem gerere intelligimus eam, quæ in euangelijs fluxum patitur sanguinis, quæ omnem substantiam, siue uitam suam in Medicis expendit, in his qui apud eos erāt philosophis. Nō tamen sanata est per eos ab Aegypto decedere erroris sui, quia dicētes se esse sapientes, stulti facti sunt. Quum enim uiderentur simulachrorum cultu, & furore alienati, terram tamen metiebantur, aërem, & cœlum, quorum scire solius dei est exordia, terminos. Quæ hæc ergo fimbriam IESV retro tangēs, liberata est à fluxu. Dicimus autem fimbriam eius, fidē eius, nam cuius rei gratia quū fimbriā facere uestibus Moyses præciperet, quia diuinitas debet intelligi in anterioribus, retro humanitatem intelligimus, hanc gentes, quæ in fluxu constitutæ erant sanguinis, idolorum proposito tetigisse dicimus. Quod si non solum eos, qui ad effundendum idololatriæ sanguinem uacant, sed etiam eos qui docent ea, quæ ad doctrinam pertinent paganorum, fluxum sanguinis exposuimus, non est admirabile: mos quippe est apud exteriores, affluens eloquiū, largissimeq; se, ac facile ad doctrinam effundens, fluxum uel rhetoricam appellare.

1. Corinth. 10.

Mulier, idolorum cultus symbolum. Matth. 5.

Medici qui philosophi dicti sunt.

Fimbria Christi.

Rhetorica fluxus dici potest.

Eloquentia Theologia utilis.

Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ, & octauo die offeret pro se sacerdoti duos turtures, uel duos pullos columbæ, ad ostium tabernaculi testimoniū. Qui unum faciet pro peccato, alterum in holocaustum, rogabitq; pro ea coram domino, & pro profluvio immunditiæ eius. Docebitis ergo filios Israël, ut caueant in immunditia, & nō moriātur in sordibus suis, quum polluerint tabernaculum meū, quod est inter eos. Quæ uirtus huius sacrificij sit, & qualis in his qui fluxum seminis patiuntur, in quantum necesse erat diximus: similia enim & illic lex præcepit. Sicut enim ibi sibi metipsum sumere turtures, aut columbas in sacrificium fluxum seminis patientem legislator præcepit, quia magistri locum tenebat atq; personam, sic & nunc hanc quæ fluit fluxum sanguinis, figurare enim eam diximus, docentes quæ ad errorem idololatriæ pertinet. Quam obrem eloquentiam docens, & eloquentiæ participans, sibi metipsum sumere, quæ ad purgationem proficiunt, potest: facillime quippe exterior sapientia interiori subijcitur, & ab ea sumit utilia, sibiq; proficientia. Nam fluxū sanguinis patiens, cuius habere figuram ea quæ sanguine idololatriæ aspersa

C est, ostensum est, sibi metipsum medicinam sumpsit, tacta simbria uestimenti dominici, & antequam extenderet manum, liberari à passione promeruit. Quæ ergo ad interpretationem desunt, hæc in subsequentibus per ordinem dicemus. Docebitis ergo filios Israël, ut caueant immunditiam, & non moriantur in sordibus suis, quum polluerint tabernaculum meum quod est inter eos.) Quamuis omne peccatum immunditia sit animæ, maxime tamen idololatria, & quæ ad eam pertinent. Hæc habere, & in his timoratos filios Israël legislator esse desiderat, ut non crudelissima impietatis morte moriantur: Polluunt enim impij tabernaculum dei, quod in ipsis est, atqui corpus est, quo fluxum sanguinis, aut seminis inquinatur. Sed quia impietatem sermo inuit, quæ hominem totum polluere consuevit, propterea cautos, siue ut LXX. timoratos, inquit, facietis filios Israël, ab immunditia sua: quod neque de leprosis, neque de his qui tetigerunt morticina sanciuit. Sed & tabernaculi dei, quod in nobis est, mentionem fecit: Tabernaculum enim dei, est omnis noster homo, in quo deus habitare creditur: primum quidem per imaginem, quam nobis donauit, deinde per primitias, quas à nobis sumpsit. Verbum enim caro factum est, quod per illam munitionem, etiam in reliquis habitare hominibus dicitur, quod probat Ioannes dicens: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, & qui mensuris temporibus separatur, uel quæ iugi fluit sanguine: Et hominis qui dormierit cum ea.) Quæcumque eiusdem sanctionis sibi coherent, & quorum ad unam intentionem in effectu tradit utilitas, hæc sibi metipsum legislator connectere consuevit, ut ei, qui meditationi legis studium præbet, manifestet quomodo oporteat hæc intelligi, & quæ cum quibus cognationem, secundum similitudinem intellectus, habeant. Quia esse fluxum seminis patiens, doctorum corrumpens semen, & turpia atque corrupentia admonens est probatus. Et de quo egreditur semen coitus.) Ut polluatur is, qui Iudaica præcepta docet, in quibus ipse ut male bona docens, & legis intentionem transgrediens polluitur, dum ea quæ ad literam pertinent, extra tempus proferet, & modo quodam mundis sicut immundis utitur, de quibus dicitur: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum, sed polluta sunt eorum mens, & conscientia. Sanguinis autem fluxum patientes in mensuris suis, hi esse demonstrati sunt, qui ea quæ ad impietatem tendunt, illo doctrinæ tempore, in quo genus hominum in cultu idolorum detentum in mensuris suis, in separatione malitiæ: à malo enim separati non erant: ut ostenderet, quia eadem de his, qui praua docent, lex loquitur. Addidit secundum LXX. fluxum seminis patienti masculo & foeminae. Atqui in præcedenti sanctione, de solo fluxu seminis patiente masculo dicit: foeminae autem fluxum seminis patientis, memoriam secundum literam penitus non fecit: sed per mulierem quæ fluit fluxum sanguinis, eum qui effundit doctrinam idololatriæ intellexit. Propterea nunc eam fluxum seminis patientem.

Quo modo corpus nostrum dicitur tabernaculum dei.

Ioan. 1.

Recapitulatio antedictorum.

Tit. 1.

A tiente appellauit, ut nos disceremus, quia eum qui corrumpit bonam doctrinam, turpiter eam & male proferens, talis qualis est is qui impietate docet, lex reputet, utrorumque eum uerba, corruptione plena sunt. His uirum coniunxit, cum menstruata dormiente. Dicit autem eum qui ex fidei populo, idololatriae mixtus est, sicut superius diximus. Vnde non simpliciter, sed masculum perfectiori uocabulo, sicut nomen fidelis possidentem, dixit. Si praeuaricator effectus, hoc uocabulum negat, falsumque in se esse demonstrat, adeptus enim dei militiam, idolis se tradidit, quum dormiens uidelicet & errori se permiscens, primum quidem ut sordens, deinde ut cui inest longe a deo sedere, & degere. Et propterea in immundis ordinatus est, & huius quidem poena manifesta est. Manifestum est etiam quomodo mundata a poenis, liberari possint. Sed adhuc his superaedificans legislator, utpote consonantem sanctionem quae subsequitur, posuit. CAP. XVI.

Masculus.



Loquutusque est dominus ad Moysen, dicens: Post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum, interfecti sunt. Ecce & nunc dei spiritus unum corpus legis facit, & ad unum redigit inuicem sibi coherentia, & quum dudum manifestasset ea quae ad doctrinam, quae contra legem est, pertinet, modosque eius multiplices quosdam, atque differentes exposuisset, una nunc eam redarguit lege, & commune quodammodo contra eam subdidit praecipit, & causam morbi ipsius manifestam fecit, id est unde contingit, & unde superuenit. Audisti enim, quando filiorum Aaron, eorum qui diuino igne consumpti sunt, quaerebamus mortem, quia quum uerbum illic legalis traditionis, & historiae faceremus, ignem alienum, alienam a deo doctrinam diximus, & propterea a diuino igne uidelicet spiritus, eos qui ignem illum offerebant, esse consumptos: quia diuino igni aperte contradicunt, & contra spiritum sanctum agunt hi, qui ea quae mala, & iniusta sunt docent. Siue ergo ea quae idololatriae cohaerent, quis tradat, siue corrumpat, exponens diuina mandata, nefaria in eis subinferens uerba, siue Iudaei ca doctrina sic utatur, ut ex ea polluatur, contra tempus uidelicet, & intentionem legis, ipsius legis literam proferens, ignem alienum deo offeret, & propterea mori dicuntur, ex lege celerem habentes transgressionis poenam. Verum quando hi mortui fuerint, id est, quando dispersi fuerint, & quodammodo defecerint, tunc sanctio quae sequitur, obtinebit. Et propterea post mortem filiorum Aarō, qui ignem alienum obtulerunt, dixisse deus ad Moysen ea quae sequuntur, dicitur. Et praecipit ei dicens: Loquere ad Aarō fratrem tuum, ne omni tempore ingrediat sanctuarium, quod est intra uelum, coram propiciatorio quo tegitur arca, ut non moriatur, quia in nube apparebo super oraculum.) Quantum parcat deus salutem nostram, ex multis quae in lege dicta sunt, considerari & disci potest, de quibus nihil negligentes, oculos mentis per singula intendamus. Quid enim prodest, homo si totum mundum lucretur, animam autem suam detrimentum faciat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Quia ergo summa, siue capitulum salutem nostram, uerbi doctrina est, ipsa nobis uias bonas, si bona fuerint

Ignis alienus.

Offerre ignem alienum.

Matth. 16.

Crit, si autem mala, malas digito monstrare consuevit. Recte maximam diligentiam legislator exhibet, ut non solum in uerbis turpibus, aut in fabulis Iudaicis, aut in aliquo idololatriæ phantasmate, doctores nō excedant, sed nec occasione Theologiæ in impietatem cadant, quod mos est hæreticis pati. Substantiam uero discutientes dei, tam patris ad filium, quàm filij ad spiritum sanctum, differentiam introducunt, & alia similia, quæ nostram excidunt scientiam, absconsa, quæ sunt nobis sicut nimis alta atq; sublimia, non ex diuinis dogmatibus, sed ex suis cogitationibus exquirere uolentes, à moderatiōis ecclesiasticæ excisi sunt corpore. Hoc ergo ne patiamur, lex præ-

Mysteria quædam uolentes scrutari scrupulosius, excidit eo corpore, cuius caput Christus est.

sentibus nos præmonet uerbis, ait enim sic: Et dixit dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron fratrem tuū. Id est, ut sacerdotes sibi inuicem hæc præciperent, & unusquisq; doctorum talia proximo sanciret, qualia nunc deus loqui ad Aaron Moysen præcepit, quæ sunt hæc: Non omni tēpore ingrediatur in sanctuarium, quod est intra uelum coram propiciatorio, quo tegitur arca. Commune omnibus mandatum, & communem hic proposuit legē, primū quidem sacerdotibus aptam, deinde omni qui uult discutere diuina mysteria. Quamobrē secundū LXX, impersonaliter præcepit, dicens: Nō ingrediatur omni in tēpore in sanctū interius uelaminis. Qui, nō, addidit, omnes prohibere ab hoc manifeste cupiens, quia uelamen corpus saluatoris intelligit, sicut Paulus euidenter ait: Habētes autē confidentiā in introitu sanctorū, quā initiauit nobis uia nouā, & uiuentē per uelamen, id est per carnē suam. Ipse est enim uerū & intelligibile propiciatoriū, utpote qui ipse nobis peccatorū propiciationē præstat, ait etenim idē Paulus: Omnes peccauerūt, & egēt gloria dei. Iustificati gratis per gratiā eius, per liberationem, quæ est in Christo IESU, quæ proposuit deus propiciatorē per sanguinē ipsius. Quod autē nos habemus, Corā propiciatorio, LXX. ædiderūt, Corā facie propiciatorij. Huic autē propiciatorio facies, diuinitas eius fuit. Quāobrem quādo Moyses uidere deū desiderās dicebat: Si inueni gratiā in conspectu tuo, ostende mihi te ipsum. Et respōdit: Nō poteris uidere faciē meā, nemo hominū uidit faciē meā, & uiuit: quia substantiā dei nemo comprehendere potest, hoc dixit. Quid autē eius possit uideri, ipse aperte subdidit, dicens: Ecce est locus apud me, stabis super petrā, id est ecclesiā, et confessionem quæ in eo est, cū fide dicēs: quūq; transibit gloria mea, significās Christi ad homines transitū: & ponā te in foramine petræ, id est in lege, sicut per foramen angustū, ad confessionē Christi & fidē, per eam transimus: unde & pædagogus noster ad Christū, lex esse per Paulū dicitur. Et ponam super te manū meam, signis uidelicet, & miraculis quæ cū eis faciebat: donec transeam, tollamq; manū meā, & uidebis posteriora mea. Quando ergo à populo Iudaico, in cuius nunc figuram, utpote principē populi Moysen accepit, protectricē deus abstulit manū, & sua eū uirtute nudauit, intantū ut Romanis tributa præstarēt, ut sub leges eorū & principes degerēt, tūc uiderūt posteriora

Velamen sanctuarij corpus Christi.
Hebr. 10.
D
Rom. 3.
Exodi 33.
Galat. 3.
Iudei tributarij Romanorū

Asteraiora dei, id est dei incarnationē. Posteriora autē eius, quia uidelicet in ultimis est tēporibus incarnatus. Faciē autē nō uidebitis, ait, substantiā uidelicet diuinitatis. Aperte ergo doctores uetuit, & sacerdotes prohibuit, & quoscūque de deo loqui fas est, exquirere substantiā dei, & discutere Christi diuinitatē, & ingredi interiora uelaminis intelligibilis: Uelamē em̄ Christus habet carnē, tegumentū diuinitatis suæ, quēadmodū & hoc quod erat sensibile uelamen, tegumentū sanctis sanctorū fuit. Nō solū autē uelamē, sed & testimoniū arcā, carnē domini appellauit, multis illā necessario appellās nominibus, quia multæ ex ea erāt operationes, de hac enim Dauid in Psalmis propheta uit: Exurge domine in requiē tuā, tu & arca sanctificationis tuæ. Hæc arca intelligibilis testimoniū, utpote cōtinens passionē salutarē, dicitur, de qua dixit Paulus: Testificor corā deo, & Christo Iesu, qui testimoniū reddidit sub Pontio Pilato bonā confessionē. Rursus & euangeliū dicimus esse testimoniū, tā quia intelligibili arcæ, id est carni Christi cohæret, quā quia ex ipso passionis testimoniū habemus. De ipso enim et Paulus ad Timotheū scribebat: Testimoniū tēporibus suis, in quo positus sum ego prædicator, & apostolus. Hæc arca ergo, est prædicatoriū, quia in carne sua Christus nobis prædicationē præstitit. Ad quā omni tēpore nō præcipit doctores ingredi, ut curiose utiq; nō inquirāt, quēadmodū uerbū caro factū est: quomodo quā in forma dei erat, in forma serui factus est: quomodo exinaniuit semetipsum, & in coelis mansit. Horū em̄ fides salutē affert, periculū inquisitio. Hoc ergo qui credit, nō morietur. Quia in nube, inquit, apparebo super oraculū, siue prædicatoriū: Nubem rursus dominicā carnē, & euangelicū appellat uerbum. Eadē enim multis uocat nominibus, nec est *ταυτολογία*, sed operationibus rerum quæ significātur, apta imponit & distribuit nomina. Aliquando enim uelamen carnē dicit, tegumentū hāc esse diuinitatis Christi significat: aliquando autē arcā, hominē uidelicet quē ipse dominus exponens Iudæis dixit: Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Quod Iudæis ignorantibus, & dicētibus: Quadraginta & sex annis ædificatū est templū hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud: Euangelista explanauit, dicens: Ille autē dicebat de templo corporis sui. Aliquando uero nubem, quia nubes corpus est, sed mundū & subsistentiā ex spiritu sancto habentē, ex spiritibus enim, id est uētis nubes subsistūt. Propter quod eius subtilitate simul & leuitate munditiam Esaias ostendēs, dicebat: Ecce dominus ascēdit super nubē leuē, & ingreditur Aegyptum, & commouebuntur simulachra Aegypti. Nubem si milititer non incongrue euangelicum appellamus uerbum, quia mos est diuinæ scripturæ sancti spiritus doctrinā, nubem appellare. Vnde & uineā Iudæorum, sicut infructuosam, auferens, dicebat: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrem. Deinde quæ sit uinea, exponens subdidit: Uinea enim Sabaoth, domus Israēl est, & domus Iuda, nouellum delictum. In hac ergo nube, deus tam in dominica carne, quā in euangelica prædica-

Faciem Christi uidere quid sit in Exodo.

Christi multa nomina. Psalm. 131.

1. Timoth. 6.

1. Timoth. 2.

In Christo quædam non sunt ad uinum reseranda.

Ioan. 2.

Nubes.

Esai. 19.

Esai. 5.

C tione insinuatur, & nihil amplius quæramus nos qui aliquid de deo scrutari uolumus, sed quantum nobis euangelicus sermo tradit, quanta ex dominica carne percipimus: neque enim frustra uno nomine carnem domini, & euangelium legislator significauit, sed quia euangelio, & carne dominica, occasio atq; subsistētia est. Veruntamen & illa nunc iteratio cōfirmat, quia non solum hoc ipsum differentibus nominibus diuina nomina scriptura ut differentes operationes signet, sed in nominibus differentiam ostendit, plerunq; etiam contrariam; nam aliquando quidem sagittas malas, & igneas, illas quæ sunt concupiscentiarum, aut alterius nequitiae organa, & operationes uocat, igni diabolum assimilans, quia corrumpit eos qui ei se coniungunt, & in eo se quodammodo mittūt. Aliquādo autem in specie ignis, tam alibi, quā in rubo deū insinuat, quia lux est eorum, qui ad eum per singula accedunt tempora, calorq; uitalis, atq; purgatio. Non ergo aestimes, superflua, siue noua induci per expositionem, quando eisdem nominibus in differentibus utitur causis, aut nomina differentia in eisdem accipit rebus. Sed illud intende tantum, si non proprie, & secundum tempus, significatio- nes nominum in adiacentibus expositioni rebus interpret accepit. Sed iam quæ sequuntur uideamus. Sed sic ingrediatur Aaron sanctuarium:

*Differentia no-
minum.*

Ignis.

*Diuersæ res
iisdem nonnun-
quam nomi-
bus appellatur*

” Vitulum offeret pro peccato, & arietem in holocaustum. Tunica linea uestietur, & sceminalibus lineis uerecunda celabit. Accingetur zona linea, cydarim lineam imponet capiti. Hæc enim uestimenta sunt sancta, quibus cunctis, quum lotus fuerit, induetur.) Admirabili ordine etiam nunc legisla- tor ad ea quæ iuuare possunt, & utilia esse legentibus legem, & qui thesaurū reconditū in ea perscrutantur, utitur. Quum enim dixisset non licere omni hora, id est non continue, id est, sine intermissione ingredi in sancta sancto- rum, ne forte sine metu, & circūspēctione ad ea, quæ diuina sunt, præsuma- mus, aut accedamus, nec maiorem perscrutationem omnino prohibuit, sed quando nos hac, aut quomodo iubet uti, quando nosmetipsos perfecimus siue consummauerimus, quemadmodum nunc tradidit; id est non ingredia- tur Aaron in sancta, nisi hæc fecerit. Hic ostendit, quia non solum non fre- quenter, sed nec omnino non ingredi in sublimiorem diuinam contempla- tionem præcepit: quam & appellauit sanctuarium, utpote quæ de deo est, qui sanctus sanctorum est, & eum qui bene ea utitur, sanctificat; sed qui uti- que Aaron est, id est altam conuersationem habens, & qui intantum proue- ctus est, ascendens ad dei sanctificationem, ut sicut diuina arca respondere possit, hoc enim Aaron interpretatur, hic ingrediens, uitulum offeret pro peccato, uidelicet in sacrificio ingreditur Christi. Qui quia non solum pro peccatis nostris immolatus est, sed & uitam nobis præstat perfectā, tamen in peccatorum nobis absolutionem, quam uirtutum perfectionem dei sacri- ficium conquirat, & apponit, addidit legislator: Et arietem in holocau- stum.) LXX, autem ædiderunt, de uitulo ex bubus illis operatoribus iusti- tiae

D
*In sanctuariū
raro ingredi
præcepit deus.*

*Sanctuariū su-
blimior cōtem-
platio.*

*Aaronem in-
gredi in sanctu-
arium.*

tiae

A tiæ, secundum carnem factus est, uerbi gratia, Abraham, Isaac, Iacob, Dauid; nam boues lex, eos qui iustitiam operantur, nouit, sicut nobis Paulus tradidit, illud interpretans mandatum, Non alligabis os boui trituranti: de inde subiecit: Nunquid de bubus cura est deo? an propter nos utiq; dicit, quia debet in spe qui arat arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi? Quia autem & uitulus, recte propter sacrificium, & uirtutem appellatur, euangelica explanat parabola, in qua prodigo filio pater reuertenti, primam stolam dans baptismatis, & anulum, id est signaculum spiritus, uitulum ei sacrificium unigeniti immolauit: ipse & aries in holocaustum est. Hoc enim ea quæ est de Isaac historia explanauit, quando pro eo arietem secundum LXX. in uirgulto Sabech, id est in uirgulto ueniæ, per quod absolute crucem intelligimus, in qua nostrorum peccatorum peracta est ueniæ, ex cornibus conligatum uidens Abraham, immolauit eum, & sacrificij Christi compleuit imaginem. Vnde & de eo dominus dicebat: Abraham exultauit, ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est. Quia ergo aries ex genere ouium est, ueruntamen est præcipuus, & gregis dux, recte significat Christum, qui est ex massa nostra, sed præcipuus, & excellens nos, & dux generis humani, atq; rex est. In hoc, id est in Christo, uult nos ingredi in sancta: in initium enim de deo loquendi, Christus est, & eius passio. Quæ si non acta fuisset, & tam paganorum nos errore, quam ab umbra legis, & caligine liberasset, nos de patris diuinitate loqui minime potuissemus. Nemo enim scit patrem, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Sed quia is, qui de deo loquuturus est, & intueri deum, in quantum possibile est hominibus, uult, necesse est ut omnibus uirtutibus armetur. Attende & hoc quemadmodum approbauit, uirtutes enim quatuor generales sunt, iustitia, castitas, fortitudo, sapientia, propterea inquit: Tunica linea induetur. Id est iustitia: hæc enim proprie uestimentum hominis est, tunica, quam LXX. sanctificatam ædunt, quia sanctificatur à deo, qui iustitiam diligit, & principaliter ea indutus est, Vnde de eo dixit Dauid: Iustus dominus, & iustitias dilexit. Per foeminalia castitas significatur, quod manifestum est ex eo, quod non permittunt uideri carnis nostræ inhonestiora. Quia ergo totus corporis decor, castitas est, necesse legisator ait: Foeminalibus lineis uerecunda celabit. Atqui super foemora, & circa uicina eis membra, solum sunt foeminalia. Sed ostendere uult, quia foeminalem hic castitatem, totum corpus custodientem carnis nostræ signat. Per zonam, fortitudinem intelligit, unde deus Iob subleuans, passionibus ac periculis oppressum, dicebat: Accinge ut uir lumbos tuos. Per cydarim, quia indumentum capitis est, intelligitur modis omnibus sapientia: quia enim in capite sapientiæ est organum, non ignoramus, quod & cerebrum dicitur, unde & caput omni est honorabilius corpori. Sed hæc linea propterea esse præcepit, ut ostenderet uirtutum facilitatem, & celerem conquisitionem, uel habilem, gratamq; adipiscenti esse, sicut & ea

1. Corinth. 9.

Lu. 17.

Sabech.

Ioan. 8.

Proemium omnium diuinorum sermonum est passio Christi. Luc. 10.

psalm. 10.

Foeminalia.

Iob 38.

Vestimentum lincum.

C quæ linea sunt corpori, super quod sunt; Nisi in ipsis macula effecta fuerit.)
 Quia etiam quum sublimes sint, conuersatio earum potest esse in terris.
 Quorum singula in linum proueniunt, quod altū quidem calamum habet,
 sed multum à terra ascendit, facileq; conquiri potest à pauperibus, & ei qui
 hoc induetur, acceptum, gratumq; est, sicut supra diximus. Aestuantē etiam
 refrigerat, sed & in gelu fouet, quod est uirtutis proprium, quæ refrigerat
 quidem in æstu cōcupiscentiarum, in frigore autem tentationum calefacit,
 atq; ad † zelū erigit, & non permittit sentiri persequutores. Sed ut non etiā
 salutis perdas capitulum, quod est baptisma, nec æstimes tibi sufficere uirtu
 res, sine dono baptismatis, addidit: Hæc enim sunt uestimenta sancta, qui
 bus cunctis quū lotus fuerit, induetur.) Lauatur omne corpus per aquā ba
 ptismatis, quia totum nostrum lauat, & renouat hominem. Ergo baptizari
 oportet prius, & ex aqua regenerari, ac spiritu, ac sic prædictis uirtutibus
 indui, & per eas Christum: hoc enim & ipse contextus legalium signat uer
 borum. Postquàm enim dixit legislator, ne omni tempore ingrediatur san
 ctuarium, nisi hæc ante fecerit: Vitulum pro peccato, subdidit, et arietem
 in holocaustum. Tunica linea uestietur.) Et reliqua: Non solum Christum
 intelligibilem arietem, & uerum holocaustum, uirtutum uidelicet perfectio
 nem, ipsum enim uirum perfectum, & mensuram ætatis appellauit, suscipe
 re nos, & indui uolens, propter quod & baptismatis gratiam introduxit,
 quia per ipsam maxime Christum induimur. Quando autem hæc adepti
 fuerimus, in sancta sanctorum ingrediemur, non substantiam perscrutantes
 dei, uel discutientes, hoc enim prohibitum est, sed ad ea quæ sunt de dispen
 satione Christi, sacrificioq; eius pro nobis, & bonis quæ per ea fruimur, sa
 pientiæ dogmatibus studium dantes: hoc enim manifestum faciunt maxi
 me quæ sequuntur:

Suscipiet ab uniuersa multitudine filiorum Israël duos hircos pro pecca
 to, & unum arietem in holocaustum. Quumq; obtulerit uitulum, & oraue
 rit pro se, & pro domo sua.) Multa hic intentio, dicentis simul, & audientis
 est necessaria, ut non recedant ab eo quod rectum est, quia maxima sunt my
 steria, ea quæ nunc exponit lex, & quidam in ipsis offendunt, ignorantes ho
 rum uirtutem dictorum. Sed hæc quidem, in quibus offendunt, subtilius in
 subsequentiis dicentur. Quia autem ad ipsum Christum ea de quibus lo
 quitus est legislator, in præsentia euidenter referuntur, manifestant species
 sacrificiorum, & effectus, sed & hi à quibus sacrificia accipiuntur. A synago
 ga em̄, uel uniuersa multitudine filiorū Israël accipi sacrificia præcepit: quia
 Christus qui pro nobis immolatus est, ex filijs Israël secundum carnē fuit,
 ita ut Paulus diceret: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est deus
 benedictus in secula amen. Dein sacrificiorum alia quidem pro peccatis,
 alia aut̄ in holocaustū iubet offerri, figurās, sicut oportebat, Christi sacrificio
 uirtutē, qui pro nostris peccatis offertur, audi ergo Paulū dicentē: Christus
 semel

Lini commodi
tas & natura.

† cœlum

In sanctuario
quid agendum
sit.

Roma. 9.

A semel oblatus ad multorū exhauriēda peccata, nouissime sine peccato apparebit expectātibus se. Quia autē ad holocaustū, & ad perfectionē uidelicet, et ad profectū uitæ, atq; uirtutū unigeniti sacrificiū factū est, quomodo dubitare licet: aperte Paulo dicēte: Ergo fratres, & uos mortificati estis legi, per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemur deo. Et rursus de eodē dixit: Vnde & saluare in perpetuū potest, accedētes per se ad deū. Sic perfectio, & omnimoda nostra salus, filius per sacrificium suum factus est. Proprie autem in effectibus sacrificiorū, accepit legislator ea, quæ immolabuntur: quum enim dixisset hircos pro peccato offerri, quoniā hoc animal in peccatorum genus diuina scriptura accipere cōsueuit, nullatenus immemores, quia quando sacrificiorum hæc poenitentiae rationem significabant, occasionem ex legali hoc codice sumentes exposuimus: hoc eum, qui græce chymargus dicitur recte immolari ab eo qui poenitentiam agit, ostendimus: utpote in tempestate, & fluctu constituti, usq; dum poenitentiae eius suscipiatur sacrificium. Aries autem, utpote ducatum gregi præbens, deputatus recte in holocaustum, id est in uirtute, & perfectione uitæ accipitur: quorum est enim nisi præpositorū docere perfecta? His ita se habentibus, omnimodo dicis: Cur si hircos pro peccato lex præcepit offerri, nunc etiā uitulum offerri præcepit? Vna autem ratione, breuiq; solui atque explanari potest, quia non unius generis, sed tam peccatorū, quàm iustorū est unigeniti sacrificium. Et propterea hirci, pro genere quodammodo peccatorū offerri præcipiuntur: uitulus autem pro iustis, quia bos quum sit ad operandum aptum animal, in persona iusti secundū legem accipitur.

Rom. 7.

Hebr. 7.

Christus nostra perfectio est.

Aries antistites ecclesie significat.

B Vnde & in uitulo, ait, orabit pro se, & pro domo sua.) Domū dei, iustos appellans, habitat enim in eis, & in ambulat, ipse est eorū deus, & illi eius populus. Deprecabitur & pro eo, id est pro domo propriae carnis: nā etsi peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, ueruntamen Adam indutus est, qui propiciationē, propter maledictū quod semel humano superinductum est generi, opus haberet. Audi ergo Paulū ad Hebræos de Christo talia scribentem: Qui non habet quotidie necessitatem, quemadmodum sacerdotes, primū pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel se offerendo.

Hebr. 7.

Quumq; obtulerit uitulū, & orauerit pro se, & pro domo sua, duos hircos stare faciet coram domino, in ostio tabernaculi testimoni, mittetq; super utrunq; sortes, unam domino, & aliam capro emissario: cuius fors exierit, domino offeret illum pro peccato, cuius autem in caprum emissariū, statuet eum uiuū coram domino, ut fundat preces super eum, & mittat illum in solitudinem. His rite celebratis, offeret uitulum, & rogans pro se, & pro domo sua.) Solent cæci in lumine offendi, & infideles in lege dei scandalizari, quod Petrus sciens, tam de Pauli uasis electionis epistolis, quàm de omni diuina scriptura dixit: In quibus sunt quædā difficilia intellectu, quæ

Cæci sole offenduntur.

2. Pet. 3.

C indocti, & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Hoc & nunc patiuntur, qui ad suam uoluntatem, & non ad ueram intentionem intelligunt legem dei, & noxium animæ, ac pestilentem idolorum cultum, cõstituere ex his, quæ dicta sunt à legislatore, inaniter cogitant: Nam dicunt: super duos hircos lex sortem mitti præcepit, unum domino, alterum autem ad emissionem separari præcepit. Emissarium autem appellant diabolum, ut ex hoc occasionem præbeant, ad colendum malignum, intantum aures obturantes, & intantum mente cæci. Quomodo ergo habeat rationem, haud credibile est, quod deus ipse sacrificium diabolo offerri præcipiat, qui per ipsum Moysen, & fratrem, & filium, & filiam, & ciuitatem integram, quæ ad idola conuertitur, disperdi præcepit, & clamat: Non erunt tibi dii alij, absq; me. Per David autem dicit: Non erit in te deus recens, neq; adorabis deum alienum. Hic ergo qui hæc præcepit, pro eo quod suam gloriam, ac sacerdotium, & cultum æquaturi, & cum eo diuisuri erant, hoc iubet, ut duobus hircis oblati, unum præciperet sibi applicari, alium autem aduersario suo, quem emissarium putant dici. Sed non cognouerunt, neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. Emissarium enim, eum hircum, qui mittitur in desertum, legislator appellauit. Nos autem ex his quæ ad literæ legalis traditionem pertinent, quemadmodum non esset uerisimile hoc præcipere legislatorum demonstramus, deinde intentionem sanctionis ex spiritus consideratione exerceamus. Duos ergo hircos statuere coram domino

D in ostio tabernaculi testimonij præcepit, non autem eos oblaturos esse deo, hoc est enim coram domino, ne ad ostium dei, ea quæ diabolo mittebantur, sed & sortem mittere, unam domino, & unam lustrationis præcepit. Si autem in alicuius maligni personam emissarium accepisset, nequaquam de eo, cum eo qui dei erat, fors mitteretur: quia nec cum quolibet malo quemlibet bonum sortem habere in diuinis scripturis inuenies. Sed quoties fors mittebatur, æquales cum ea quibus mittebantur sortes, sicut & tribus Israël, diuisdebant: nam quando pro Iuda ad apostolatum alium eligere necesse habebant, super duos uiros æquales uirtutibus, & doctrina, Matthiam uidelicet, & Ioseph iustum, sortes missæ sunt, ita ut Petrus concionando diceret: Tu domine qui corda nostri omnium, ostende quem elegeris ex his duobus, accipere locum ministerij huius, & apostolatus. Non solum autem antequam fors mitteretur in duos hircos, coram domino eos sisti præcepit: sed & illum in quo fors emissionis uenit, postquam eadem fors super eum ceciderit, & manifestum fuerit, statui coram domino præcepit, & effundi super eo preces. Quomodo ergo qui ante faciem dei statutus est, eiq; quodam modo consecratus, ipse rursus diabolo mittitur? Vel quomodo propiciationem peccatorum, hoc quod iniquo transmittitur, sacrificium peragit? Si enim eius intentio est, etiam iustos peccatores efficere, quomodo peccatoribus propiciationem poterat profligare? Quomodo autem is ipse peccator, de quo

*Emissarius cae-
per quis debe-
at intelligi con-
tra quosdam.*

Exod. 20.

Psal. 80.

*Sortem tum mit-
timus, quando
æqualitas nullã
reliquit discere
mendi notam.*

Act. 1.

A quo ait Dauid: Constitue peccatorem aduersus eum, & diabolus stet à dextris eius, propiciationem potest conquirere peccatorum? solius quippe hoc dei est, ad quem Dauid dicebat: Et propiciare peccato meo, copiosum est enim. His ergo ita se habentibus, & undiq; incōgruo hoc ostenso intellectu nō ignoremus nos, quia de Christi sacrificio proculdubio maxime hæc legislator dixerit. Vnde æstimo, mali intellectus zizaniã disseminare inimici ueritatis uolunt, gloriæ mysterij inuidentes, clarumq; eius testimonium ex lege considerantes: Quia enim deus, & homo erat, qui pro nobis incarnatus est **CHRISTVS IESVS**, impassibilem diuinitatem custodiens, solam passionibus humanitatem præbuit, effectus aut passionis eius, id est nostra propiciatio, non solū passæ carnis, sed multo magis impassibilis diuinitatis fuit, quod testatur Paulus, dicēs: Qui quū esset splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portāsq; omnia uerbo uirtutis suæ. Demōstrans aut quod hæc omnia de unigeniti diuinitate dicāt, subdidit: Purgationē peccatorū faciēs, sedet ad dextrā maiestatis in excelsis, ipsi deo, uerbo etiã ea quæ proprie eius erant carnis, cōiungens. Si ergo hæc apte dicta sunt, propterea duo sumuntur hirci, & statuuntur corā dño, in ostio tabernaculi testimonij, ut ad imaginem Christi hæc in eis agerentur: Ipse est enim ostiū uerū, quod ad ostium tabernaculi testimonij, quod est in coelis, ducit. Et mittit Aaron super utrumque hircū sortē, unū quidē, ut uirtute & significatione sortiū diuidi dispensationē diuinitatis Christi, & humanitatis intelligamus. Diuidi uero, tam huic quàm illi sunt propria, ut hæc quidē patiat, illa aut cōfortet patientē, & per passiones quæ in ea operabatur, tã cōtrariæ nobis moderarētur passiones, quàm suã manifestaret impassibilitatem. Deinde sortē unā ait dño, et aliã capro emissario, nō aliq; nisi Christo, sicut superius diximus. Si inimico cuidã & maligno fors aut hircus daretur, nō sortiretur cū deo, sed nec ad ostiū tabernaculi testimonij deduceret, nec preces super eū funderetur, uel propiciatio in eo ageret. Caper ergo emissarius, utpote qui emissus est, & non immolatur, dicitur. Cuius aut rei gratia nō immolatur, qui ad confirmatū deputatus est, sicut Aquila ædidit: quis aut sit cōfirmatus siue fortis, audi Iob dicentē: Scio, quia potēs es, & nulla te latet cogitatio. Audi & Dauid: Firmamentum est dominus timentibus eum. Ergo, una quidem fors immolatae carnis **CHRISTI**, quæ quum unita sit deo uerbo, recte dominus nominatur. Propter quod Paulus ait: Si ergo cognouissent, nunquã dominum gloriæ crucifixissent. In confirmatum autē deitas accipitur. Sorti subiiciet. Sors ista in hac accipitur: hæc enim omnia obtinens, etiam propriam carnem passione recte confirmauit. Propterea offeret Aaron caprum, in quo uenerit ei fors, domino & offeret eum pro peccato. Intelligibilis enim Aaron, is qui sacerdotio nostro præest, de quo Paulus dicit: Sicut Aaron, sic & Christus semetipsum glorificauit, ut sacerdos fieret: Hic suam carnem offeret patri, & in ipsa offeret pro peccato, de quo Paulus Hebræis scri-

Cpsit: Hic unam pro peccato offerens hostiam, in perpetuum sedet in dextra
 » dei. Caprū uero super quem uenerit emissionis fors, statuet uiuū ante do-
 » minū, ut fundat preces super eo.) Quia em̄ sortē emissarij diximus figurate
 referri ad Christi diuinitatem, statuet hanc uiuam, impassibilem custodiens,
 ut per eam deprecetur: Nemo em̄ potest dimittere peccata, nisi solus deus.
 Dimittit autem eum in solitudine, & sicut aiunt Lxx. portabit hircus su-
 per se nomina eorum, in terram solitariam, siue inuiam. Desertam terram,
 & solitariam, siue inuiam, nullatenus existimemus nunc in quolibet malo
 oportere accipi, neq; per hoc piorum aures, hi qui ad impietatem legē tra-
 hunt, conturbent. Desertam enim à malo dicit, & solitariam, siue inuiā, quæ
 ab intelligibilibus hostibus ambulari non potest, in qua deus habitat, & ap-
 par et, quod manifestat Dauid dicens: Deus deus meus, ad te de luce uigilo.
 Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. In deserto, & in
 inuio, & in aquoso, sic in sancto apparui tibi, ut uiderem uirtutem tuam, &
 gloriam tuam. Ergo desertum & inuium, sanctum est, & sancti sanctorum
 habitaculum, ubi in cœlos diuinitas tempore passionis abiisse dicitur, non
 de loco ad locum migrans, sed cohibens propriam uirtutem ex humanita-
 te, ut daret spacium passioni, in loco digno sibi, in sinu patris uidelicet manēs.
 Ad quæ nullus accedit, nisi ipse, & sanctus spiritus, & quia ipse in patre est, et
 spiritus sanctus, sicut euāgelicis didicimus literis, ergo abire, cohibere intelli-
 ge: Sic em̄ deus abire, qui ubiq; præsens est, quū suā cohibet operationē, di-
 citur. Portat etiā iniquitates nostras, quia ignis propriū est, scēnū consume-
 re, & diuinitatis peccatū perimere, unde & ignis consumens deus dicitur.
 » Et offeret Aaron uitulū pro peccato, & rogans pro se, & pro domo sua,
 » immolabit eū. Assumptoq; thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, et
 » hauriēs manu cōpositū thymiama in incēsum, ultra uelū intrabit in sancta,
 » ut positis super ignē aromatis, nebula eorū, & uapor operiat oraculū, qd̄
 » est super testimoniū, & nō moriat.) Quia multa frequēter acta diximus per
 sacrificiū saluatoris, necessarie in eo multæ exquisitæ sunt in lege differētiæ.
 Principaliter ergo per illud, ipsi Israël profligabat̄ absolutio, propter quod
 dicebat: Nō ueni, nisi ad oues quæ perierūt domus Israël. Nō solum autem
 Israël liberatio, sed & gentium inerat in sacrificio Christi correctio. Hoc
 autem aperte Paulus exponens, ad Ephesios scribebat: Ut duos condat in se
 metipso, in unum nouum hominem faciens pacē, & reconciliet ambos in
 uno corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, & ueni-
 ens euangelizauit pacē uobis qui longe fuistis, & pacē his qui prope. Longe
 gentes appellās, quia lōge ab omni diuina sciētia erāt: iuxtā Israël, quem pro-
 pinquare prophetæ, et lex faciebat. Dehinc subnectens Paulus dixit: Quia
 per ipsum habemus accessum, utriq; in uno spiritu ad patrem. Immolat er-
 go intelligibilis Aaron uitulum, id est propriam carnem, cuius hostia quan-
 do in Iudaicæ plebis liberationem accipitur, sacrificium uituli necessarie
 assumitur.

Emissarij fors
ad Christi diui-
nitatem.

Deserta terra
quæ sit hostiū
uacua.
Psalm. 62.

Deum aliquō
abire, quomo-
do intelligēdū.

Matth. 15.

Ephes. 1.

A assumitur, habebat enim ipse legalem iustificationem, maxime ut aperte prædicaret: Nō ueni soluere legem, sed implere. Paulus autem de ipso dicebat: *Misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.* Hæc autem uitulus propter iugum mandatorum apte intelligitur. Rogans pro se.) Videlicet pro humanitate: huius enim in semetipso figuram gerebat. Sed & pro domo sua.) Proprie eum qui sub lege uiuebat populum, qui domus ipsius propter cognationem fuit, uenit liberare. Propter quod Cleophas dicebat: Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël. *Immolabitur eum.*) Ipse enim propriam carnem immolauit, ipse sui sacrificij pontifex in Sion factus est, quando sanguinis noui testamenti dabat calicem. Assumpto quoque thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit.) Thuribulum, linguam dominicam hic dicit: in ipsa enim erat spiritus. Sumit ergo plenum thuribulum carbonibus, quia sacrificio suo doctoralia uerba, quæ erant diuina & cœlestia, protinus addidit, de quibus Dauid dicebat: *Carbones succensi sunt ab eo.* Hos Ioannes in cœna acta, postquam Iudas est egressus, scripsit, in quibus, quomodo quidē pater in ipso, quomodo autem ipse quum sit in patre, mittat donum spiritus, quomodo pater est agricola, ipse uitis, apostoli uero palmites, quomodo princeps mundi huius iudicetur, aliaque exponit miracula, quæ sunt carbonēs ignis: utpote calefacientia nos ad pietatem, quum sint generaliter spiritalia: Sed & ad altare, quod secundū *LXX.* ante dominū. Hoc autē esse sedē Cherubin, in ipsis procemijs libri huius ostēdimus. Illic em̄ carbonēs intelligibilis ignis cōstitutos esse, Ezechiel propheta demonstrauit: dñm quippe ipsum, qui erat indutus podere, & accinctos habebat lumbos, proponit dicentē: *Ingrederi in mediū rotarū subter Cherubin, & imple manus tuas de medio Cherubin.* Quia ergo altare intelligibile, in quo carbonēs ignis sunt, sedē Cherubin oportet intelligi, audi Esaiā dicentē: *Et uenit ad me unus de Seraphi, & in manu eius calculus, quē forcipe tulerat de altari, et tetigit os meū.* Quod ergo in cœlo est altare aliud, nisi Cherubin? Sed is, sicut em̄ tā pōtifex quam rex, idē & sedē habet, & altare: hoc ergo Paulus Hebræis significās dicebat: Nō em̄ habemus pōtificē, qui nō potest cōpati infirmitatibus nostris, tentatū autē per oīa pro similitudine, absque peccato. Adeamus cū cōfidentia ad thronū gloriæ eius. Hoc ergo intelligibile dicebat altare, quod manifestant quæ sequunt, ait em̄: *Vt accipiamus misericordiā, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno.* Horū em̄ utrunque ab altari sine aliqua dubietate percipimus. Sed quid in his quæ sequuntur, legislator subdidit: *Et hauriēs manu thymiamā cōpositum in incēsum, ultra uelū intrabit in sancta.*) Vel sicut *LXX.* *Et implebit manus suas thymiamate cōpositiōis subtilis, et offeret interius in interiora uelaminis.* Dicit autē orationē, de qua dixit Dauid: *Dirigat oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo.* Hæc ergo, quādo secularia oramus, crassa quodāmodo, & nō subtilis est. Quando autē spiritalia petimus, id est scien-

C tiam diuinam, regnū cœlorū, remissionē peccatorū, subtilis quædā est, utpo-
 te spiritalis & intelligibilis, quā intelligibilis sacerdos pro nobis offeret. Ma-
 nifestum autē est ex eo, quod pro discipulis Christus orans, sanctificationem
 eis & unitatem secum, libertatemq; in mundo, & alia talia deposcebat. In-
 trabit in sancta.) Siue secundum LXX. & offeret in interiora uelaminis, car-
 nis uidelicet suæ: Offeret autem, cui; Patri uidelicet, quia hæc quidem mani-
 festa aspectui omnium præferabatur, ipse autē erat inuisibilis: Vt positus
 super ignem aromatibus, nebula eorum, & uapor operiat oraculum, quod
 est super testimonium, & non moriatur.) Dupliciter hic quod dicitur intelli-
 ge. Quia ergo Aaron ipsius Christi figuram gerit, propter sacerdotij di-
 gnitatem, figuram etiam gerit corporis sacerdotum. Superimponit quidē
 Christus ignem aromata, id est orationem super doctrinam, & operit ua-
 por eorum nebulæ, id est orationis uirtus, Oraculum quod est super te-
 stimonium.) Id est carnem suam, ex qua propiciatio nobis conquisita est
 peccatorum, & in salutari est uidelicet passione. Hoc autem esse testimoniū,
 paulo superius ostendimus. Et non morietur corruptionis morte, neque
 enim caro eius uidit corruptionem, quia uapore aromatum, uirtute utique
 orationis illius, operiebatur, de qua Dauid ait, Christū patrem deprecans:
 Quia non derelinques animam meam in inferno, neq; dabis sanctum tuum
 uidere corruptionem. Ponit autē unusquisq; sacerdos, de Christo loquēs,
 in ignem aromata, spiritalis doctrinæ orationem, & orationis uirtus operit
 oraculum, quod est super testimonium. Nō permittit autem eum quærere
 de passionibus dominicæ carnis, ea quæ super uirtutem quærentis sunt; &
 non morietur, ea quæ definita est immoderatis inquisitoribus, qui ea quæ-
 runt quæ hominibus non licet quærere, morte.

Toller quoq; de sanguine uituli, & asperget digito septies contra propi-
 catorium ad orientem.) Siue ut LXX. asperget digito suo super propicia-
 torium ad orientem, ante faciem propiciatorij asperget septies digito suo.
 Sacrificium unigeniti, esse quidem eius carnis, per uirtutem rursus diuinita-
 tis eius, & per beneplacitum patris, ad remissionem peccatorum nostrorū,
 & ereptionem, simulq; ad donum subministrationis spiritus peragi, aperte
 ex his, quæ nunc dicit legislator, manifestatur. Digitus enim significat uirtu-
 tem diuinitatis, unde Dauid dixit: Quoniam uidebo cœlos opera digitorū
 tuorum, lunam, & stellas quas tu fundasti. Vtrunq; ergo ad diuinitatis acci-
 pimus uirtutem, ipsēq; sanguis uituli super propiciatorium ad orientem
 aspergitur; Ad propiciationem enim nostram, simulq; illuminationē, pas-
 sio salutaris peracta est: unde ipsa passio dicitur propiciatorium, sicut fre-
 quenter ostēdimus. Dicitur autem & oriens, ait enim de eo Zacharias pro-
 pheta: Ecce uir, Oriens nomen eius, & subter eo oriatur. Ait autem & Za-
 charias sacerdos, pater Ioannis: In quibus nos uisitauit Oriens ex alto, Il-
 luminare his qui in tenebris sedent, & in umbra mortis. Sed & contra
 propi-

Aaron Christi
 etiam personā
 gerit.

psalm. 15.

Aromata po-
 nere in ignem.

Digitus dei.
 psalm. 8.

Christus oriens
 dicitur.

Zach. 6.
 Zacharias pa-
 ter Ioannis.

Luc. 1.

A propiciatorium, id est in conspectu patris, asperget septies, ut tam remissionem peccatorum, quam spiritus sancti donum, de dominico sanguine genus hominum susciperet. Vtrunq; enim septenarius numerus significat, quia uidelicet septem sunt dona spiritus, & idem numerus peccatorum significat remissionem. Nam Petro Christum interrogante, si peccauerit in me frater meus, quoties dimittam ei, usq; septies? Christus ait: Non dico, septies, sed usq; septuagies septies. Multiplicans numerum septenarium.

Matth. 18.

Quumq; maclauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguine eius intra uelum, sicut praecceptum est de sanguine uituli, ut aspergat e regione oraculi, & expiet sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, & a praeruaricationibus eorum, cunctisq; peccatis.) Admirandus est legislator, sufficiens ad figuram mysterij, nullatenusq; reprehendendus est in multis formis multiplicem praefigurationem necessarie diuides: Quia enim Christus de Iudaeis secundum carnem, qui sub iugo legis uiuebant, ortus est, recte uituli sacrificium nominatur. Legali enim iugo, & pertinenti ad eum operationi, & iustitiae Vitulus comparatur, iugum consuetus trahere, atq; ita terra operari. Quia autem secundum quod incarnatus erat, de communi massa hominum factus est, propterea rursus hircus appellatur. Asperum ergo hoc animal pilorum indumentum gerit: asperum autem, utpote peccato refertum,

Quamobrem quaedam repetantur sepius, quibusdam tamen immutatis uerbis.

B omne uiuentium genus, quia nihil est peccato asperius. Vnde hoc approbare aperte legislator uolens, inquit: Quumq; maclauerit hircum pro peccato populi.) Totum hic intelliges humanum genus, quod quondam non populus, nunc autem populus, ex quo de nobis primitias IESVS suscepit. Ergo ut demonstraret, de Iudaeis principaliter Christum, propter Abraham, cognationem esse, sed tamen omnis nostrae naturae, quae in peccato est, primitias portare, propter quod Adam appellatus est, uitulum simul & hircum lex ad figuram sacrificij eius assumpsit. Quum autem unum sit sacrificium, siue uitulus, siue hircus nominetur, effectusq; unus in utrunq; sit, peccatorum enim ex eo profligatur absolutio, necessarie communia sunt ea, quae in hirco aguntur, & uitulo. Cernis enim, quia etiam hircum occidens, ante dominum uidelicet patrem, & sanguinem inferens in interiora uelaminis, id est ad patrem. Rursus ergo hunc interius intelligibilis uelaminis, uisibilis uidelicet domini carnis intelligis, utpote inuisibilem inferens sanguinem eius intra uelum, sicut praecceptum est. Et de sanguine uituli asperget digito septies contra propiciatorium ad orientem.) Vel sicut LXX. super propiciatorium ante faciem propiciatorij. Deinde quid sequitur? Et expiet sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, & a praeruaricationibus eorum, cunctisq; peccatis.) Videtur quidem de tabernaculo dicere, dicit autem non de eo quod sensui subiacet. Quid enim expiationis seu propiciationis ligna egerint? quid uel pelles, uel reliqua, ex quibus tabernaculum Iudaeorum, quod sensui subiacebat, confectum erat? Sed generalitatem, siue totam dicit hominum speciem.

Christus Adā etiam dicitur.

C Sancta enim fuit ab initio massa nostra, ita ut dei in ea habitaret spiritus. Quod demonstratur ex eo, quod auferre illud irascens minatus est deus, quando hi qui ex Seth descendebant, quum essent iusti, & filij dei appellarentur, concupiscentes eas quæ ex ea, in posterosq; eius per successionem genitæ sunt, quæ & filia hominum dicebantur, unius generis cum malis, et iniquis effecti sunt, dixit enim sic: Videntes filij dei, filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt, & dixit dominus deus: Nō permanebit spiritus meus in homine in æternū, quia caro est. Ergo si habitabat spiritus dei in homine, antequam omnes sequi passiones carnis inciperet, sancta merito erat hominū massa: nam nec primitias ex ea sanctus sanctorum assumeret. Quia autem sordidata est, expiavit eum ab immunditijs filiorum Israël. Primum quidem sensibilis ipsis data est lex, quia transgressi sunt, reos illos maledicto, & morti constituit, ut propterea necessariam haberent expiationem, & pro eis quidem principaliter unigeniti immolatur sacrificium: Immolatur autem & pro omnibus hominibus, ita ut Caïphas diceret: Oportet, ut unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Quodq; dictum erat, confirmans, simulq; & corrigens euangelista Ioannes, addidit: Hoc autem à semetipso non dixit, sed quū esset pontifex anni illius, prophetauit, quia moriturus esset IESVS pro gente, & non solum pro gente, sed & filios dei, qui dispersi erant, in unum colligeret: gentes uidelicet, de ipsis enim dominus dicebat: Habeo em̄ alias oves, quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me colligere. Aperte autem filij dei, multo magis sunt Israëlita, quia Israël uidens deum interpretatur, & secundum rationem pro sensibili Israël IESVS immolatus, id est sacrificium, & pro omni humano genere, ad expiationem immunditiarum nostrarum obtulit. Quarum immunditiarum: Id est à præuaricationibus eorum, inquit, cunctisq; peccatis: Animæ quippe immunditia, non mortui pollutio, non porcinius cibus, non quippiam aliud simile, sed nocere proximo est, & peccare in deum, uel mandata dei.

Luxta hunc ritum faciet tabernaculum testimonij, quod fixum est inter eos, in medio sortium habitationis eorum. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex ingreditur in sanctuarium, ut roget pro se, & pro domo sua, & pro uniuerso coetu Israël.) Quod lex superius appellauit sancta, ecce nunc tabernaculum testimonij appellat, quod fixum est inter eos, in medio sortium habitationis eorum. Siue secundum LXX. ædificatum in eis, in medio immunditiarum eorum. Eadem quippe ratione, & sancta esse, & testimonij appellari tabernaculum, massa nostra potest. Si enim tabernaculum testimonij coelum diximus, recte sancta nominatur cœlestis noster homo, de quo ait Paulus: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Rursus: Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, habemus ædificationem quæ ex deo est, domum non manu factam,

Massa nostra à principio creationis munda fuit.

Gene. 6.

Sensibilis lex Iudæorum.

Ioan. II.

Ioan. 10.

Israël uidens deum.

Proximo inco modare, facit animã stigmosam.

1. Corinth. 15.

2. Corinth. 5.

ctam,

A etiam, æternam in cœlis. Recte ergo sanctū nominatur, quia ædificatus est in nobis. Primum enim formauit dominus deus de puluere terræ hominē, & tunc insufflauit in faciem eius spiritum uitæ. Hic est ergo noster cœlestis homo, qui in medio immunditiarum nostrarum est, qui etiam passionibus carnis oppugnatur, secundum quod Paulus dixit: Video enim aliam legem in membris meis, repugnantem legi mētis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Propter quod nimis lex consequenter subdidit:

Gene. 1.

Roma. 7.

Nullus homo sit in tabernaculo testimonij, quando pontifex ingreditur ut roget pro se, & pro domo sua, & pro uniuerso cœtu Israël. Quando enim Christus ingreditur in sanctum, id est, quando incarnabatur, cœlestē hominem, atq; ex nobis primitias sumebat, nemo erat in intelligibili tabernaculo testimonij, nec gētilis, nec circuncisus, nec leuita, nec sacerdos: quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum. Nemo cœlestem conuersionem tunc sequebatur, nec dignam cœlesti homine sapientiam, usq; dum in sancto propriæ carnis rogaret per crucem, & egressus est ex ea lege communis mortis, emittens spiritum, & carnem relinquens in sepulchro, quod eius euidenter exitus nominatur. Sed non generalitati omnium hominum profuit hoc quod nunc est expositum sacrificium. Nullus hominum sit, inquit, in tabernaculo, quando pontifex ingreditur in sanctuarium, ut roget. Atqui in sacrificio, quod est secundum literam, solus præsens esset populus Iudæorum. Non autem omnis homo de tabernaculo secundum tempus sacrificij, quod nunc dictum est, excluderetur; sed significat, omne hominum genus, terrena tunc sapere, & in peccatis esse, ac propterea in intelligibili tabernaculo testimonij recte non inueniri.

Neminem ingredi in tabernaculum.

Psalm. 13.

Roma. 3.

Quum autem exierit ad altare, quod coram domino est, oret pro se, & sumptum sanguinem uituli, atq; hirci, fundat super cornua eius per gyrum, spargensq; digito septies, expiet, sanctificetq; illud ab immunditijs filiorum Israël. Quia quæ uituli, & hirci essent, satis in his quæ dicta sunt, explanatū est. Simul enim utriusq; sumens sanguinem, unumq; illud coniunctioni demonstras, super cornua altaris ponit, seu fundit. Sed quid agit? Quæcunq; mysterij ordo exigit, & consequentiæ uult figura, quam cum omni subtilitate legislator scripsit, postea nostrum egressum ad altare, quod est coram domino. Dicit autem eum qui est thymiamatis, quod esse sedem Cherubin ostendimus, cum carne ascendens, & nostram in eo captiuitatem subleuauit, simul nos suscitans, & sedere faciens in dextera in cœlestibus. Et sumptum sanguinem effundit super cornua eius per gyrum, aspergensq; digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditijs filiorum Israël. Quia propria passione non solum cornua eius, qui est in cœlo altaris, uirtutes sci licet præcipuas, & generales, sapientiam, fortitudinem, iustitiam, castitatē sanctificauit: quæ cornua Cherubin recte sunt, figuras enim eorum cœleste

Cornua altaris

Animalia quædam uirtutum symbola.
 C hoc animal habet, in personâque hominis, & leonis, & uituli, & aquilæ gerit, sapientiæ quidem, in persona leonis; iustitiæ, in persona uituli; castitatis, in persona aquilæ: de quibus plenius in prophetæ Ezechielis interpretatione olim exposuimus. Expiet, & sanctificet illud ab immunditijs filiorum Israël.) Christi enim sacrificio, expiantur & cœlestia, ita ut Paulus diceret, differentiam legalium sacrificiorum, & unigeniti ostendere uolens: Necessesse est ergo exemplaria cœlestium his mundari, ipsa autem cœlestia maioribus hostijs, quàm istis. Sed cuius rei gratia expiatione opus habebant cœlestia, legislator ostēdit, dicens: Expiet sanctificetque illud ab immunditijs filiorum Israël.) Quātum quidem ad cœlorum uirtutes, nō necesse erat quælibet expiatio, quia in sanctificatione continua conuersantur: sed quia frequens ad cœlos nostrorum peccatorum ascendit fumus, de quo dixit Dauid: Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exardescit: ita ut deus ad Ionam diceret: Vade ad Niniuen ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem, quàm ego loquor ad te, quia malitia eius ascendit coram me. Et rursus ad Abraham de Sodomis: Descēdam, & uidebo utrum clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint, an non. Recte de nostris immunditijs sanctificat, & expiat super nos choros, ut auferat ex eis circumstantem, abominabilemque odorem, & gloriationem falsam, quam contra eos deposuimus. Propterea non simpliciter asperget, sed septies, ut intelligas ueniā peccatorum nostrorum, hanc enim septenarius numerus figurat. Loca cœlestia mundantur abominabili odore, & gloriatione quam deposuimus: huius enim rei causa, prius inimicitia à nobis, contra ea quæ sunt in cœlestibus, exorta est.

Postquàm emundauerit sanctuarium, & tabernaculum, & altare.) Vel sicut LXX. definietque exorans sanctum, & tabernaculum testimonij, & altarium, & pro sacerdotibus purgauit. Secundum quorum æditionem, recte lex præcipue memoriam sacerdotum fecit, ut in omnibus figura sacrificij unigeniti saluaretur. Quia enim à Christo sacerdotium chorus apostolorum fortius est, qui & pars erant humani generis, pro quo dominus semetipsum obtulit, sed tamen speciale, quemadmodum unguentum, & præcipuum sacrificium, domini appellauit: quod demonstrat dominus, ad patrem dicens: Ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Et rursus ad eos: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio uobis. Respice autem & legalis figuræ ordinem, quomodo ad ipsam deducit ueritatem: secundum LXX. enim ait: Definiet, exorans sanctum, & tabernaculum testimonij, & altare, id est finiet, & terminabit deprecationem, quæ acta est per crucem, pro omni genere hominum, & eam quæ in altare intelligibilis fuit, postquàm assumptus fuerit in cœlum, & sederit in dextera patris. Atqui de sacerdotibus non expiat, mittit enim eis emundationem per intelligibilia

A intelligibilem ignem, & per linguas igneas spiritus, propter quod dicebat eis: Vos autem baptizabimini spiritu sancto, non post multos hos dies.

• Tunc offeret hircū uiuentē, & posita utraq; manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorū Israël, et uniuersa delicta, atq; peccata eorū.

• Quæ increpās capiti eius, emittit eū per hominē paratū in desertū. Quūq;

• portauerit hircus omnes iniquitates eorū in terrā solitariam, & dimissus fuerit in deserto. Eadē etiā nunc iterare, propter eos qui in luce offendūt, opus habemus. Probatur em̄, quia nulli iniquo, uel maligno, sed ipsi deo efficiuntur ea quæ nūc in hoc hircō uiuo sanciant. Primū quidē, quia utrāq; manū

capiti hirci sacerdos imponit. Manuū impositio, in sacrificio ministrabat benedictionē, aut peccatorū remissionē, aut sancti spiritus aduētum, aut expiationes intelligibiles.

Manuum impositio.

Quomodo ergo in hūc, in quo fors inimici, & eius qui cōtra deū militat, sicut aiūt hi, qui illius partis sunt, hæc quæ dicta sunt, sacerdos acturus erat: Vel quomodo in ipso filiorū Israël iniquitates, & iniustitias, & peccata redemit: Cōfiteri quippe inimicus peccata non sinit, sed imò suggerit, ut occultemus animæ uulnera, ut non inueniamus medicum, qui medicamentum possit imponere, salutemq; præstare. Propterea mox ut increpatus est Dauid à Nathan, Peccauī domino, exclamauit: & illico propheta subdidit: Et dominus transtulit peccatum tuum, ueruntamen non morieris, quia blasphemare fecisti inimicos domini. Vnde & per hominē paratū, emitti legislator hircum in solitudinem dixit. Præparatum autem, id est, accedentem, siue aduētem. Et nec dignitatem huius dicit, utrum

2. Reg. 12.

B Leuita, an sacerdos, aut quispiam de populo esset, qui hoc ageret. Ergo cum omnibus Christum præsentem esse significat hircus: Quemadmodum enim per carnem in primo immolabatur, sic nunc uiuens propter diuinitatem dicitur. Sed quia unus & impassibilis, & passibilis est, necessarie & uiuenti manus sacerdos imponit, ut manus impositione ostendatur, quia uiuens uerbum dei, impassibile, immortale, hoc pro nobis carne suscipiens sacrificium suscepit. Recte ergo, in ipso iniquitates, & iniustitias, & peccata sacerdos pronuntiabit. Hic est de quo Esaias propheta dicebat: Domine quis credidit auditui nostro? Et brachium domini cui reuelatum est? Brachium domini filium appellans, patri consubstantiale, de quo & ea quæ sequuntur, subdidit: Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Sic aperte super se peccata nostra, & iniustitias, & iniquitates portauit. Et propterea secundum LX X. ait, imponet eas super caput hoedi uiui: huius enim figura est, quod & ex spinis coronam imponi capiti suo Christus permisit, quia in spinis peccata solent accipi. Propter quod & Adā spinas germinare terra præcipit, siquidē & ipse ex inobedientia peccata germinauit, Sed & Solomon ait: Spinæ nascuntur in manu temulenti, peccata

Esa. 53.

Brachium domini filius est.

Spinæ peccata significant.

Prouerb. 26.

C

C^oris plenas esse actiones eius significās. Sic ergo legis accipiēs uerba, nō igno-
 rabis intentionem eius, atq; uirtutem: sed & inuenies paratū hominē, per cu-
 ius manū hircus uiuens in eremū mittitur. Christus enim ipse, omne sui sa-
 crificij factus est & sacerdos, & sacrificiū, & cultrū, & altare. Ipse est & præ-
 paratus homo, paratus pro nobis ad passionem, ita ut ipse per Esaiam dicat:
 Ego uero non contradicam, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percu-
 tentibus, & genas meas uellentibus. Faciem meam non auerti ab increpan-
 tibus, & cōspuentibus; Ad quē & David dicit, incarnationis eius mysteriū
 significans, per quod nostrū adeptus est regnū: Dominus regnauit, decorē
 induit, induit dominus fortitudinem, & præcinxit se. Etenim firmauit orbē
 terræ, qui nō cōmouebitur. Parata sedes tua ex tunc. Christus ergo intelli-
 gibilis Aaron, semetipsum etiā nunc per hœdum immolans, ipse per hominē
 paratū, siue in manu hominis paratū, id est per propriā uirtutē: ipse em̄ quū
 sit & homo, paratus ostensus est. Et emittit hircū uiuentē in solitudinē, siue in
 terrā inuiā, & desertam uia suā & immortalē, & impassibilē diuinitatē, ad in-
 uia nobis loca, & ab omni malitia deserta, secundū quod Ioannes ait: Videns
 IESVS quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deum
 uadit. Expiabit em̄ sacerdos qui unctus fuerit, & cuius expiatæ manus, ut
 sacerdotio fungat̄ pro patre suo. Siue ut LXX. deprecabitur, inquit, sacer-
 dos quæcunque unxerit, & quicuncq; cōsummatus fuerit manus suas conse-
 crare ad patrem suum: Vt Christum sine aliqua dubietate ostenderet, quia
 enim Christus patres secundum carnem, Iudæorū sacerdotū principes habe-
 bat: filij enim & ipsi Abraham, sicut & Christus fuit. Ostendit lex, ut quia Iu-
 dæorū sacerdotes nō poterant, sicut ait Paulus, accedentes perfectos facere,
 impossibile em̄ erat sanguine taurorū, & hircorū auferre peccata, recte ipse
 Christus in sacerdotiū unctus, & manus per crucē cōsummans, expiat nos.
 De quo in alio loco recte lex dicit: Sacerdos quē unxerit, et cōsummauerint
 manus, sacerdotiū ministrare post patrē suū. Primū enim hunc pater unxit,
 secundū quod ait David: Propterea unxit te deus deus tuus. unxit autem di-
 cens: Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedec. Postea ab
 hominibus qui ministrauerunt passioni & sacrificio unctus est: crucis enim
 sacrificiū, & agnū, & sacerdotē, & liberatorē nostrum ostendit. Propter
 quod ad eius planiorē demonstratiōē, & subtiliorē figuræ manifestatiōē:
 Semel inquit in anno faciet hoc. Quod semel factū est, unigenitū sacrificiū
 ostendere cupiens, ut dictum est: Christus semel oblatus ad multorū exhau-
 rienda peccata, secūdo sine peccato apparebit expectantibus se in salutē, per
 fidē, cū qua qui legē meditatur, cōpar inuenit huic euangeliū, multūc̄q; uerax
 quod Christus, id est ueritas, Iudæis loquutus est: Si crederetis Moyse, cre-
 deretis utiq; & mihi, de me enim ille scripsit. Quid autem, aut ubi, non addi-
 dit, quia quæcuncq; mystica, quæcuncq; alta, quæcuncq; diuina sunt, hæc de
 Christo à Moyse in umbra & figura, & imaginibus dicebantur.



A loquutus est dñs ad Moysen dicens: Loquere Aaron & filijs eius, & cunctis filijs Israël, & dices ad eos: Iste est sermo quē madauit dñs dicēs: Homo quilibet de domo Israël, si occiderit bouē, siue caprā, in castris, uel extra castra, & nō obtulerit ad ostiū tabernaculi oblationē dño, sanguinis reus erit: quasi si sanguinē fuderit, sic peribit de medio populi sui. Ideo offerre debēt sacerdoti filij Israël hostias suas quas occidunt in agro, ut sanctificētur domino ante ostiū tabernaculi testimonij, & immolent eas hostias pacificas domino. Fundetq; sacerdos sanguinem sub altare domini, & ad ostiū tabernaculi testimonij, & adolebit adipē in odorē suauitatis dño. Et nequaquā ultra immolabunt hostias suas dæmonibus, cū quibus fornicati sūnt. Legitimū sempiternū erit illis, & posteris eorum. Quia parū legislatori de figuris pertinebat, sed & quod de eis cogitabat magis propter præfiguratā in eis ueritatē, qua postea tēporibus suis dispensata illas cessare uult, aperte præsens sanctio demonstrat, quæ nō simpliciter ad Moysen, sed ad Aaron & filios eius, & ad omnes filios Israël præcepit: sed aperte manifestās, quia hæc legis præceptio, nō magnū, nō perfectiorē quēpiā, non imperfectū ignorare uult, quod expedit eis scire, id est, quia tēporalis est literæ lex, ut tēpore expleto, nō iam circa ipsam frustra, & superuacue nosmetipsos occupemus. Quis autē est temporū finis? Omnimoda loci ipsius perditio, in quo sacrificia offerri præcepit, cōminando præcipiens, eū qui intra castra, siue foris, extra tamen tabernaculū testimonij sacrificiū dei explet, interire de populo. Ut quando tabernaculum testimonij, & templū, quod ad eius imaginē factū est, disperditū fuerit, cognoscatur, quia finē habēt oīa quæ ibi fieri lex præcepit, etiā illa deo nō placēt: neq; em̄ aliās disperdidisset locū, in quo peragi omnimodo secūdū legē debuisset. Quod etiā dices, quū sic iustas actiones, id est nō occidere, nō adulterari, nō furari, non falsum testimoniū dicere, patrē & matrem honorare, diligere proximos, seruos liberos facere, ieiunare frequenter, uel orare, nō circūscribit loco, quia semper sunt utilia, & cū euāgelica cōuersatione cōmunia. Hæc autē quæ secūdū semetipsa sunt superflua, sed causæ cuiusdā sunt exquisita gratia, cōcludit loco, ut cognoscant, quia tēporalia sunt: omnia em̄ quæ loco seruiūt, seruire etiā ordinata sunt temporī. Deputata sunt igitur loco sacrificia, emundationes mortuorū, & seminis fluxū patientiū, & leproforū, & menstruatariū: quia & hæc per sacrificia effectū habent: Similiter azyma, & figuratū pascha, scenopegia, pentecoste, necnon neomeniæ, & sabbata: oportebat em̄ omni modo sacrificia in istis offerri. Quia autē hæc mysteriorū dño implendorum figuras habebant, in superioribus sufficienter ostendimus. Paruulus ergo quum esset populus, qui legem accipiebat, & ad ea quæ sunt imperfecta inhians, quia adhæsiturus erat umbris, & cōpassurus locis, sicut paruulus in quibusdā iocis delectatur, inuenit modum legislator, per quem

Filij Israël legem ferre.

Certorum locorum observatio in ueteri testamento.

Cex necessitate illos remoueat à figuris, quando tempore harum recessione fuerit, loco circuncludens eas, quæ destructurus erat, & præcipiens extra locum hunc nil eorum quæ dicta sunt, fieri, sed eum qui tentaret, esse sicut sanguinem effundentem. Ergo quicumque & nunc figuras peragere destructi conantur loci, sanguinem effundunt, id est communem conuersationem polluunt, in commune peccant, sicut & hi qui sanguinẽ fundunt, similiterque sanguinem eius, qui ab eis in errorem mittitur, fundunt: perditionis enim ei causa efficiuntur. Quia autem possibile fuit illos interrogare, aut cogitare, & cuius rei gratia hæc sancita sunt, si localia sunt, & ad tempus dicimus, quia causam figurarum cognoscere aperte non poterant, neque capiebant reuelate discere, quia aliorum haberent imagines ea quæ sanciebantur. Quamobrem causam illis aliam ueriorẽ ipsam legislator scripsit, quàm hanc: Et nequaquam ultra immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Siue ut *lxix.* & nõ immolabunt ultra sacrificia sua superuacuis: quõ Exod. 32. eis à deo præceptum fuisset: Non facies tibi idolum, nec omnem similitudinem eorum quæ in coelo sunt sursum, & in terra deorsum, & quæcunq; in aquis subtus terram. Vitulum fecerunt conflatilem, & uitulo sacrificium obtulerunt, causa gastrimargiæ sumere sacrificia uolentes. Pædagogus eorũ lex, deo eos offerre sacrificia præcepit, ut in hæc occupati ab omni idololatriæ sacrificio semetipsos abstineant: & hæc sancit, quæ lex eos prohibens ab idolorum sacrificijs, simul docere etiam figuras mysteriorum futurorum potuissent. Bene autem seruire idolis, fornicationem appellauit: aperte nos docens, quia nostras animas deus sibi ad salutem despondit, & ideo fornicatio dicitur ab illo discessio. Insuper terret eos, qui in carne fornicantur, & docet, quale est fornicationis peccatum, ut idolorum cultu, fornicationem, & ad dæmones confugium, fornicationem nominaretur: Et dices ad ipsos: Homo de filijs Israël, & de aduenis qui peregrinantur apud uos, qui obtulerit holocaustum, siue uictimam, & ad ostium tabernaculi testimonij nõ adduxerit eam, ut offeratur domino, interibit de populo suo. Et si eadem dicere legislator uidetur, ueruntamen populum, cui ab eo lex imponitur, cautum reddit: Eadem quippe frequenter dicens, ostendit hoc mandatum necessarium esse, nimisque utile. Veruntamen nec frustra id ipsum rursus dicit, sed supra quidem occidentem solummodo, ut aliquod faceret sacrificium: non tamen omni modo & reliqua sacrificij faciẽtem, poenæ subiecit, ait em̃: Qui occiderit bouem, aut ouem, siue in castris, uel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino, Ibi prohibitus intelligitur ab eo quod tentauit: hic autẽ nõ ita, sed: Qui obtulerit holocaustũ, siue uictimam, & ad ostiũ tabernaculi testimonij nõ adduxerit eam ut offeratur domino. Consummatũ siue sacrificiũ perfectũ dicens, intantũ ut holocaustum fieret, eandẽ tamẽ & in hoc poenã præcepit, Qui em̃ initiũ fecit hoc atrectandi, & prohibitus est, nihil differt ab eo qui cõpleuit. Sed & utriusque poena,

Sanguinis effusio late patet.

Desponsus sumus deo, ideo fornicatio pro desponsione à Christo, id est, idololatria accipitur.

D

poena,

A pœna, perditio de populo est, ita ut non possit ultra hic in populo degere, neq; de circuncisione gloriari, neq; de genere Abraham semetipsum ornare, aut Israëlita dici; sed inter præputium habentes, & alienigenas constituantur, hoc est disperdi quempiã de populo suo. Ergo quicũq; nũc legis mandata, seu terminos transgrediuntur, extra templũ agentes quæcunq; destructo templo lex agi non uult, iam non sunt Israëlita, nec Iudæorum appellationem iuste sibi usurpant. Sed etiam illud præ omnibus notari oportet, quod non solum eos qui ex filijs Israël sunt, hæc præcepit custodire, sed cũ ipsis & profelitos, siue aduenas, qui peregrinãtur inter eos, id est gẽtiles, hi em̄ nō eis cōiuncti sunt, sed apud eos sunt, quia apud eos sumus, utpote legẽ eorum, & prophetas, & promissam eis hæreditatem habentes. Adhæremus autem non ipsis, sed deo; præterea secundum LXX, homo homo dixit, quum liceret simpliciter dicere hominem, duplicat tamen, ut ostendat tam eum qui in circuncisione, quàm qui in præputio adhæret deo, hoc debere custodire mandatum.

Disperdi alio quem de populo suo, est exilio punire.

Aduene appellantur qui legibus Iudæorum usi sunt, ueluti hi quos fundos populos alibi appellamus.

Homo quilibet de domo Israël, & de aduenis qui peregrinantur inter eos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animã illius, & disperdam eam de populo suo. Quia anima carnis in sanguine est, & ego dedi illum uobis, ut super altare in eo expietis pro animabus uestris, & sanguis pro animæ piaculo sit, idcirco dixi filijs Israël: Omnis anima ex uobis non comedet sanguinẽ, nec ex aduenis qui peregrinantur inter uos. LXX. autem hic ædũt, homo homo. Quod quomodo oporteat intelligi, superius diximus. Ergo oportet mandati huius literam custodire, & nullatenus comedere sanguinem. Hoc enim & apostolos inuenies præcepisse, quando de quibusdam Iudaicis obseruationibus contentione in Antiocheni ecclesia facta, ad eos relata est quæstio, qui legem posuerunt, soluentes quæstionem hanc, & definientes. Visum est ergo spiritui sancto, & nobis, nihil amplius imponere uobis oneris, quàm ut abstineatis uos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Propterea sanguinem quidem proprie homicidium, omnem autem sanguinem, omne fraternũ odiũ intelligamus, quia qui odit fratrem suum, homicida est, sicut Ioannes scripsit. Dicit ergo omnem sanguinẽ, iniustitiam dolosorum: Virum enim sanguinum, & dolosum abominabitur dominus; & quæcunq; proximorum nocent uitæ, per insidias quaslibet, ita ut homicidio sanguinis comparentur. Et propterea ab omni sanguine abstineri oportet, scientes, quia super animam, quæ talem sanguinem comedunt, de quibus dicebat Dauid: Qui de uorant plebem meam sicut escam panis, faciem suam obfirmat deus, uidelicet Christus. Ipse est enim imago patris, quia qui uidit filium, uidit & patrẽ. Ipse etiam iudex est, & necessarie ad cõminandum his qui malorum sunt operatores, disperdam ponitur, quod demonstrat Dauid dicens: Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

Act. 5.

Sanguis pro homicidio, est odio fraterno.

1. Ioan. 3.

Psal. 54.

Psal. 13.

Psal. 33.

Christus efficacissimum misericordiae exemplum.

Inde est quod nonnulli sanguinem, animae uehiculū dixerūt

Matth. 5.

Patientia est Christianis, quod ethnico legis actio.

Venatio in scripturis.

C Hic animam sanguinem comedentē, perdit de populo eius, de communi uel delictet hominum genere: hanc enim sicut immisericordem, & impiam separans, cum malignis condemnat dæmonibus, & in ignem mittit æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Deinde insinuans, quantum nos debemus compati, & misericordes esse, inuicem diligentes, propter eum qui tantam pietatem in nobis ostendit, ut suum sanguinem funderet ad propiciationem nostram, & pro nostris animabus daret, ait: Quia anima omnis carnis in sanguine est, & ego dedi illum uobis, ut super altare in eo expietis pro animabus uestris.) Mysticū Christi sanguinem significans: sanguis ergo ipsius, pro animæ piaculo erit. Sanguis super altare ad expiationem animarum nostrarum, pro anima expians, hic est, quem effudit pro nobis crucifixus, & expiationem, siue propiciationem generi humano præstitit, primitias offerens, propter quod recte dicit: Et sanguis pro animæ piaculo sit.) Anima enim eius, primum quidem quæ ab eo plasmata, deinde quia nostræ eam consubstantiali animæ, quum incarnaretur, accepit, ut ipse pro nobis redderet quam nos debebamus mortem. Quoniam autem dicit, Anima omnis carnis in sanguine eius est, nullatenus substantiam animæ sanguinem intelligamus: sed quia societatem cum carne per sanguinem habet, & quando hoc euacuatum fuerit, aut friguerit, tunc à carne dissoluitur, sic creatore naturam nostram disponente. Quia ergo Christus sanguinem suū ad expiationem animarum nostrarum dedit, ut ab omni nos homicidio, omni que alia iniquitate, quæ homicidio proxima est, abstinemus. Communis enim lex est, & contra omnes extenditur.

• Homo quicumq; de filijs Israël, & de aduenis qui peregrinantur apud uos, si uenatione, atq; aucupio ceperit feram, uel auem, quibus uesci licitū est, fundat sanguinem eius, & operiat illū terra: Anima enim omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi filijs Israël: Sanguinē uniuersæ carnis nō comedetis, quia anima carnis in sanguine est. Et quicumq; illū comederit, interibit.) Multum curæ est deo, ut alterutrum nobis minime noceamus. Propterea percutienti maxillam, cedi, & non cum eo iudicio contendere, similiterq; & de eo qui aufert nobis pallium IESVS præcepit: ut ne quidem ex contentione ad nocendum proximo prouocemur, sed imò ut eum qui iniuste contra nos agit, per nostram patiētiam corrigamus. Nihil ergo amplius, quam iniustitia, & auaritia, & alternum odium coarctat uitam nostram. Ad hoc intendens legislator, sanguinis mandatum nō frustra recapitulauit, sed quia quidam fraudibus quibusdam, & machinationibus, uarijsq; dolis nocere popularibus, quasi ignorantes solent, perimere etiam huiusmodi molimina perspexit. Nam uide quid præcipiat. Si uenatione atq; aucupio ceperit feram, uel auem, quibus uesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra.) Quod uenatio maxime iniustitiā, iniustitiam autem non quamlibet, sed eam quæ ad sanguinem tendit, uitamq; ipsam quodammodo

Ado per dolum fraudemq; iniustitia patientis nocet, à diuina scriptura accipi soleat, audi Dauid dicentem: Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. Et rursus: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. Si quis ergo uenationem coeperit, id est peccantē uiderit eū, qui uenationi ex infirmitate, uel ex simplicitate expositus est, hūc dicimus esse rem quæ capitur. Propter quod dixit, feram uel auem, quibus uesci licitum est. Per feram, de uulgo quempiam, carnalē tantum, & pastionibus incubantē significans, expertemq; commixtionē causarū: Per auem autem, eum qui à terrenis semetipsum remouet rebus: Huiusmodi enim homines, à uolentis & auaris, in causis secularibus consumuntur: illa uidelicet incongrua, malignaq; commestatione, de qua Paulus prohibebat, dicēs: Si adinuicem comeditis, uidete ne adinuicem consumamini. Aut ut qui prius erant iusti, inter ea quibus uesci licitum est, id est inter munda, recte nominantur. Veruntamen si quis peccantis, uelut inferius iacentis, & poenitentia sepulti, effundit sanguinem, id est peccatum quod peccauit, effundit autem illud, ad operationem accedens, & confessionem, quemadmodū ait Dauid: Effundam in conspectu eius orationem meam, operiat illud terra. Peccata enim confitentium terra operit, utpote inferius remanentia, & poenitentia mortificata. Et quorum prohibitus est clamor ad coelos ascendere, quem admodum Sodomorum ascendebat: nec enim uolebant poenitentia agere, ita ut deus de ipsis ad Abraham diceret: Descendam, & uidebo utrū clamorem qui uenit ad me, opere compleuerūt, an non est ita, ut sciam. Sed & Job siue à diabolo, siue tam illam, siue ab his qui exprobrando ei ingerebāt iniquitatem, non latere dominum, id est non despici ab eo, orans clamabat: Terra, non abscondas sanguinem meum, neq; inueniat locum in te latendi clamor meus. Id est, nō cohibeatur loco, sed ad deum ascendat. Propter quod addidit: Et ecce nūc in caelo testis meus, & cōscius meus in excelsis. Secundum hanc ergo intentionem, legislator ea quæ dicta sunt ponens, addidit: Anima enim omnis carnis, in sanguine est. Deinde adiicit: Vnde dixi filiis Israël. Id est dic, de sanguine uniuersæ carnis nō comedetis, quia anima carnis in sanguine est, contestans ab omni iniquitate abstineri. Contestans autem non exponere ea quæ contra uoluntatem commissa sunt fratrum peccata, sed tradere terræ eius qui captus est, id est uisus sanguinem, cooperientes illud uenia & compassione. Sanguinē enim comedens, & animam, qui diffamat proximi peccatū recte putatur, quia animæ mors, peccatum est his, qui uolunt filij Israël appellari, filijq; dei primogeniti uocari, & quæ subinfertur poenam effugere, ait enim: Et quicumq; comederit illud, interibit. Et neq; sacerdotium, neq; fides, neq; sanctificatio, neq; alia aliqua uirtus, aut dignitas, patrociniū præbere tali potest: omnibus enim sanguinem comedentibus, interitum est minatus.

B Anima quæ comederit morticinum, aut captum à bestia, tam de india

Psal. 105.

Psal. 123.

Ferā capere.

Auem capere.

Galat. 5.

Psal. 141.

Gen. 18.

Job 16.

Fratrū iniquitates cōtegere.

C genis, quàm de aduenis, lauabit uestes suas & semetipsum aqua, & contami-
 natus erit usq; ad uesperum, & hoc ordine mundus fiet. Quod si non laue-
 rit uestimenta sua, nec corpus, portabit iniquitatem suam.) Morticinū esse
 peccatorem, utpote qui crudelem peccati sustinet mortem: à bestijs autē ca-
 ptum, non tantum simpliciter, sed ualde peccatorem, intantum ut maligni
 in eo operentur dæmones, sicut fuit Iudas, qui diabolo ingrediente in cor-
 de suo, Christum tradidit; olim diximus, quum pollutionum sacrificia legis-
 lator exponeret. Sed illic quidem, eum qui tetigit morticina, aut à bestijs ca-
 pta, id est, qui communicauit, siue particeps fuit cum his, qui prædicti sunt,
 dicit: Hic autem eum qui comedit, uidelicet qui totum illius peccatum suum
 proprium fecit, suamq; malignam intentionem expleuit ex malo, quod ille
 commisit, sicut fuerunt Annas & Caiphas, qui non simpliciter Iudæ partici-
 pes sunt proditiōnis effecti, ipsi enim ementes proditiōnis ei dederunt pe-
 cuniam, & olim esurientes, uel desiderantes mortem domini, ad pascendam
 nutriendam uel suam intentionem, & ad satisfaciendum desiderio, per Iudā
 præualuerunt; huiusmodi comedere morticina, & à bestijs capta dicuntur.
 Qui necesse habent lauare uestimenta sua, & corpus: lauat autem uestem
 suam & corpus, qui mundat semetipsum totum, id est interiorem, exteriorē-
 remq; suum hominem, quia intra uestimenta corpus est, sicut intra exteriorē
 hominem homo qui interior. Quomodo autē lauat: Per baptismū, aut
 per abundantiam lachrymarum, imitantium aquas baptismatis. Qui autē
 hoc non facit, portabit iniquitatem suam, retributionem uidelicet iniustitiæ;
 Sic enim diuinā scripturā in peccatis potissimum restituere inuenies cōmi-
 nantem, unde Ezechiel deum iuduxit dicentem: Non parces oculus meus
 super te, & non miserebitur, sed uias tuas ponam super te, & abominaciones
 tuæ in medio tui erunt. Sed & Esaias dicit: Sacerdotes loquimini ad cor Hie-
 rusalem, & aduocate eam, quia completa est malitia eius, dimissa est iniqui-
 tas illius. Suscepit de manu domini duplicia, pro omnibus peccatis suis.

Morticinum
comedere.

Lachrymæ bap-
tismi emula.

Ezech. 20.

Esai. 40.

C A P V T X V I I I



T dixit dominus ad Moysen: Loquere filijs Israël, & dices ad
 eos: Ego dominus deus uester. Iuxta cōsuetudinem terræ Ae-
 gypti, in qua habitastis, non facietis. Iuxta morē regionis Cha-
 naan, ad quam ego introducturus sum uos, non agetis, nec in
 legitimis eorum ambulabitis. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabi-
 tis, & ambulabitis in eis. Ego dominus deus uester. Custodite leges meas, at-
 que iudicia: quæ faciens homo, uiuet in eis.) Quoniam multa illis, & disse-
 renter sanciuuit, ne in multitudine eorum, quæ sanciebantur, deficeret is qui
 legem accipiebat, intentionem simpliciter, & non in plura discerpentem.
 ostendit: ita ut sciens quid sit corrigendum, & ad quem finem tendat legis in-
 tellectus, præ multiplicitate nō deficiat. Sicut hi qui mare nauigant, quando
 ad

A ad finem nauigij, & ad terminum cursus, & portum oculos extendunt, facile longitudinem pelagi, & sine defectu percurrunt. Præcipiens ergo ea quæ nunc dicta sunt, Ego sum dominus deus uester, inquit, ut creatorē & dominum discentes eum qui mundauit, summo studio ea quæ præcepta sunt ab eo, custodiamus. Sic ergo sanctionis totius intentionē explanauit. Quæ est autē hæc: Ut ab omni iniquitate abstineamus, & quæ uirtutis sunt agamus, iuxta consuetudinē terræ Aegypti, & iuxta morem terræ Chanaan nihil facere, sic ab omni iniquitate abstineri præcepit. LXX. aut pro cōsuetudine, studia interpretati sunt: quia malignas adinventiones, & fabulas solet diuina scriptura appellare malorum studia: utpote Ezechiele dicente post iniquitates, quas deus in templo seniores Israël agere ostendit: Et dixit ad me dominus: Vides fili hominis? Et rursus: Cōuersus, uidebis studia maiora horum. Non solū ergo à fornicatione, & auaritia, & superbia, sed & à diuinationum, & auguriorū abiectiōibus, & ueneficijs præcepit abstineri, sed & à magis, & similibus alijs: ita ut Moyses in Deuteronomio diceret: Quādo ingressus fueris terram, quam dominus deus tuus dederit tibi, caue ne imitari uelis abominaciones illarū gentium, nec inueniatur in te qui sciscitetur, & obseruet somnia, atq; auguria, ne sit maleficus, nec incantator, nec Phytones consular, nec diuinos, nec quærat à mortuis ueritatē. Omnia enim hæc abominatur dominus. Omnes qui hæc faciunt, pro abominacionibus his disperdet eos dominus ex te. Ab his ergo abstineri prius oportet, & sic nobis deus dicit: Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis, id est mouemini & conuersamini in eis, & nullo tempore uacetis ab eorum correctione. Deinde rursus subdidit: Ego dominus deus uester. Custodite leges meas atq; iudicia, quæ faciēs homo, uiuet in eis. Abstinentes nos prius ab abominatiōibus quæ dictæ sunt, quia nō est participatio iustitiæ cū iniquitate, neq; luminis societas ad tenebras, neq; placet ei, ut qui gentile quodlibet malum, obseruationemq; studet, gloriari de legis dei scientia debeat, tunc demū iudicijs dei utamur, & præceptis. Qualia autem sint iudicia, & qualia præcepta, quæ faciēs homo uiuet in eis, ut tu cognoscas, quia non deo donas, obediens legi eius, & complens eius iudicia, & præcepta, sed tibi metipso: tu enim in eis uiues, uirtutibus operam dans, per quas æterna uita hominibus præstat. Sed quæri pertractariq; dignum est, cur in uno loco legis bis dixit, fieri iudicia sua, & præcepta sua custodiri? Vel cur bis dicat, ego dominus deus? Putas ne eadē iterando? Nullatenus: breuis est em̄ omnis diuina scriptura, maxime tamē hic legislator, sicut qui multa dicturus erat, fuit de breuitate sollicitus: quia duo sunt testamēta, uetus & nouum, unde & ipse per Hieremiam dixit: Dabo uobis testamentū nouum, nō secundum testamentum, quod dedi patribus uestris, in die qua adprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Aegypti: recte secundo iudiciorū, præceptorum uememoriā facit, ut illa ostenderet, quæ erat postea sanciturus. De quibus nunc

Ego sum dominus.

Studia in scripturis qualia accipienda. Ezech. 8.

Deut. 18.

2. Corin. 6.

Hiere. 31.

C addidit: Quæ faciens homo, uiuet in eis,) In ipsis em̄ uera uita credentibus
 1047.6. in Christum perficitur, de quo in euangelio dominus dicebat: Hæc est uoluntas patris mei, ut omnis qui uidet filiū, & credit in eum, habeat uitā æternam. Valde ergo rationabiliter secundo dicit: Ego dominus deus uester.)
 " contestās, quia ipse dominus, & priora iudicia, uel præcepta, & posteriora fanciuit: quæ qui fecerit, uiuet in eis. Nam prioribus iudicijs, & præceptis, uide quid addidit: Ego dominus.

Affinitatis & cognationis gradus, quod ad nuptias pertinet.

Omnis homo ad proximam sanguinis sui nō accedet, ut reuelet turpitudinem eius. Ego dominus. Turpitudinē patris tui, & turpitudinē matris tuæ non discooperies; mater tua est, nō reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem uxoris patris tui nō discooperies; turpitudinē em̄ patris tui est. Turpitudinem sororis tuæ ex patre, uel ex matre, quæ domi, uel foris genita est, non reuelabis. Turpitudinē filiae filij tui, uel neptis ex filia, non reuelabis, quia turpitudinē tua est. Turpitudinem filiae uxoris patris tui, quæ peperit patri tuo, & est soror tua, non reuelabis. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies, quia caro est patris tui. Turpitudinē patru tui nō reuelabis, nec accedes ad uxorem eius, quæ tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia uxor filij tui est, nec discooperies ignominiam eius. Turpitudinem uxoris fratris tui nō reuelabis, quia turpitudinē fratris tui est. Turpitudinem uxoris tuæ, & filiae eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiae eius non sumes, ut reueles ignominiam eius, quia caro illius sunt.)

D Quod non negligenda sint ea quæ fanciuntur, manifestum est ex eo, quod iterum dixit: Ego dominus. Facit autem hoc Moyses, imò spiritus qui in eo loquebatur, ut non despicerentur quæ dicebantur, dicentibus quibusdam, quia Moysesos sunt. Non sunt autem eius hæc quæ præcipiuntur, sed dei, quū summopere quod inuentum est studium adhibitum sit, ut litera eorum conseruaretur, & spiritalis intellectus. Vnde nostra translatio dicit: Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, ut reuelet turpitudinem eius.

Homo, homo. LXX. ædunt: Homo homo ad omnē domesticā carnis ipsius non accedet, ut aperiat turpitudinem. Propterea secundo dicentes, homo homo, ut quem admodum est homo duplex, sic intelligantur & ea quæ fanciuntur, esse duplicia, oportereq; & exteriorem eorum faciem, & interiorem eorum faciem, & interiorem cōtemplationem custodire, ut magna rectaq; lex exteriorem interioremq; componat hominem. Sed ea quidem quæ foris est legis facies, proximos sanguine nuptiali coitu misceri prohibet, quia & hoc tenebat apud gentes, quarū terrā in hæreditatem IESVS accepit. Seruus autem carnalium uoluptatum Israël erat, ita ut Moabiticas mulieres desideraret, Behelphegor idolo immolarēt, quod ab ipsis colebatur, & accusaret eos
 Num. 25.
 Osee 7.
 Osee 4. Osee, ac diceret de eis: Omnes adulterantes, sicut clibanus ardēs. Et iterum deus sic ad eos diceret: Non uisitabo super filias uestras, dum fornicatae fuerint, & super sponfas uestras, quum adulteratae fuerint, quoniā ipsi cum me
 retri

gentium terrā Iesus in hæreditatē accepit.

A rettricibus uersabantur, & cum effoeminatis sacrificabant. Sed & Hieremias dicit ad totam Hierusalem: Facies meretricis facta est tibi. Vnde & eis mulieres multas accipere præceptum erat, ut per hoc saltem ab alienarum mulierum fornicationibus, & adulterijs abstinerent. Ideo ergo & nunc longum extendit sermonem, & generationes per ordinem exequitur, quibus continere se debeant à commixtione concubitus, præcipiens: Vt ostenderet mandatum esse necessarium, ipsas cognationes denumerat, in enumerationem causam sanctionis manifestans, quod studet, ut non confundantur generationes, nec dispereant hæreditates, neque frater & pater idem fieret, eiusdemque esset uxor & mater. Vtraque enim hæc eueniebant, si eandem uxorem pater & filius habuissent, ex eaque filios procreassent. Ex filio enim genitus, tam patrem genitorem suum, quam fratrem habet, quippe qui ex ea natus est, quæ & illum peperit, & uxor eius simul, atque mater fuit. Hæc autem ex nefaria cognatorum commixtione, & alia his eueniunt similia. Propter quod auertere à tali coniunctione, & coitu uolens: Turpitudinem, inquit, patris tui, & matris tuæ non discooperies. Eadem & in subsequētibus de nouerca, & sorore, & nuru, & alijs omnibus reuelatione turpitudinis, horum coniunctionem appellas. Ex hoc sermone erubesci, & auerti, siue odio haberi debet omnis huiusmodi faciēs actiones. Similiter & illud opportune intuendum est, quod dices, Omnis homo ad proximum sanguinis sui non accedet, ut reuelet turpitudinem eius, addidit: Ego dominus. Et quid opus erat hoc addi, quum semel, & hoc initio præsentis sanctionis dixerit: Ego dominus deus uester. Sed aperte illud ostendit, quia is qui hæc sanxit, ipse est qui nobis carne coniunctus est, nostræque cognationis effectus est particeps. Vnde iniustum est ut magnitudinem cognationis eius iniuriemus. Quum autem hæc ita se habeant, intelligendum est sanciri spiritaliter: Non uult enim nos reuelare quælibet peccata, à cognatis, amicis uel nobis quæ credita fuerint, nec prodere turpes actiones illorum, ne forte patiamur quod Cham, qui patris nuditatem uidens, non cooperuit, sed fratribus egrediens patefecit. In patre ergo & matre, & sorore, quoscunque alios cognatos enumerauit, cum carnalibus & illos oportet accipi. De quibus Paulus dicit: Seniores ne increpaueris, sed obsecra ut patrem, iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuenulas ut sorores. Deinde cunctam nobis, qui fideles sumus, cum omnibus qui eiusdem sunt fidei, conquirere cupiens cognationem, sic rursus dicit: Multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem, alter alterius membra. Vnde & impius, reuelare cuiuslibet prædictorum turpitudinem, appellauit: quia spiritalis cognationis præuaricatio ad dominum tendit, postquam cum eo habemus cognationem uinculis spiritalibus. Veruntamen nec hoc præterire oportet eum, qui diligenter meditatur legis eloquia, quia secundum LXX. decem graduum cognationis numerum in præsentem posuit legislator, cuius numeri omnia mandata sunt legis, ostendens quia quisquis turpitudinem reuelat, carnalium, spiritalium, uel cognatorum, totius legis inuenitur esse

Hier. 3.

Quorsum scripta
ptæ sint leges
cognationum.Ego dominus
cur subinde re-
petatur.

Gen. 9.

i. Timoth. 3.

i. Corinth. 12.

Decem cognationum
gradus
quid uelint.

C transgressor. Quare? quia alienum est à charitate quod agit, quæ est legis plenitudo. Hoc est quod ait Paulus: Non adulterabis, non occides, non fur-
Rom. 13. tum facies, non concupisces. Et si quod est aliud mandatū, in hoc uerbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Planior aut sit intellectus, si ipsam
Mandatorum omnium summa est dilectio proximi. perscrutemur literam. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, ut reuelet turpitudinem eius.) Ut non accedamus ad cognatos in lege cognationis præsumentes, & per hoc eos tentantes, ac deinde actiones eorum turpes cognoscētes, pdamus eos. Vnde & nimis opportune subdidit: Ego dominus.) Id est, manifestans hominū peccata, quæcunq; cōfessi fuerint, & orando exposuerint, tegens & dissipans, ita ut ne quidē uestigium eorū reperiatur. Quia ergo multū eorū quæ nunc sancita sunt, lucrū didicimus, ad ea quæ sequuntē transeamus. Turpitudinē uxoris tuæ, & filia eius non reuelabis, & filiā filij eius, & filiam filia eius non fumes, ut reuelas ignominia eius: quia caro illius sunt, & talis coitus incæstus est.) Necessariū ergo hoc mādatum legislator posuit: qui em̄ cū matre & filia miscetur, & de utraq; filios generat, cōfundit ipse generationes. Qui em̄ de matre ei generantur filij, fratres eorum qui generantur ex uxoris filia simul atq; hi fiunt: Patresq; similiter, & auī, quando cū matre, & eius nepte coiens pater filiorū, qui ex utraq; geniti sunt, fuerit effectus. Nos autē matris, & filia, & neptis turpitudinem, malum desiderii, actionemq; ex desiderio genitam intelligamus, quæ ad actionem
Turpitudinis matris et filia. aliam egreditur maligniorē atq; maiorem. Ait em̄ Iacobus: Concupiscentia quum cōcepta fuerit, parit peccatū: peccatum autē quū cōsummatū fuerit, generat mortē: quæ est desiderij nepos, quod tibi secundū ipsam historiam, & scripturam diuinā ostendemus. Concupiuit ergo Dauid Vriæ uxore: ecce peccati mater concupiscentia. Cōcupiscens moechatus est: matrē filia subsecuta est. Adulteratus occidit: pessima cōcupiscentia mortifera quæ præcessit neptis. Nihil ergo horū reuelari uult: neq; em̄ oportet proximorū prodi peccata, sed admoneri magis eos, & ad memoriā eorum reuocare, quū dicat Apostolus: Fratres, si deprehensus fuerit quis ex uobis in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Vides quia non frustra legislator dicebat: Caro tua sunt.) Ostendens, quia cognatū nobis quodāmodo, & familiare est, peccare, ppter quod cōpati nobis inuicē debemus peccātes. Nam Paulus dispensans hoc, quod nunc dictū est, subdidit: Inuicem onera uestra portate, & sic adimplebitis legē Christi. Ipse ergo peccata nostra portauit. Qui autē onus proximi portat, & suscipit in semetipso fratris peccata, non hæc prodit, nec reuelat, sed magis cohibet, & uerbis medicinalibus curat, & sicut propriā infirmitatem exhortationibus benignis exhaurit. Vnde propheta Esaias de saluatore dicens, Vere peccata nostra ipse portauit: subdidit, Et pro transgressoribus rogauit. Affligi igitur & gemere debemus pro eis, qui ad prauā operam, cogitationēq; progressi sunt, non autē hæc manifestare. Sororē uxoris tuæ in
Esa. 55. pellis

A pellicatū eius nō accipies, nec reuelabis turpitudinē eius, adhuc illa uiuente.) Recte hæc præcipiunt, quia in pace uocauit nos dñs deus. Qui em̄ cū omnibus nos pacē habere uult, etiam per Paulū dicēs: Si possibile est, quod ex uobis est, cū omnibus hominibus pacē habete: multo magis placatos nos uult esse cū proximis, quod subuertit, si simul quis uxori, sororicq; eius iungat, ut sorores simul habitent: & ut inter simul habitātes excitetur zelus, unde contentio, rixaq; generatur. Post hoc lex illud præcipit, nō oportere in Iudaica cōuersatione ecclesiasticā accipere: nec simul pascha, quod in figura est cum eo, quod est intelligibile, celebrare: nec festiuitatē azymorū celebrātes, Christi panis coenā sumere, quæ sunt uera azyma: nec circumcisionem simul prædicare, & baptisma. Memoramini ergo illius qui dixit: Ecce ego Paulus dico uobis: si circumcidamini, Christus uobis nihil prodest. Sed & si forte quis Iudaica cōuersatione usus est, negligendo eam mortificet, id est uiliore atq; inefficacē reddat, & tunc ei, quæ est ecclesiæ, misceatur: quæ soror illius, quæ eandē legē habet, eosdemq; legit prophetas, sed æmula est, nō quod ipsa zelatur, sed quod hæc illius zelum patiat: quia diuitiæ eius ad nos per ipsam deuolutæ sunt, intantū ut Paulus de his, qui ex circumcisiōe sunt, ad Galatas, qui ex gentibus erant, diceret: Aemulant̄ uos nō bene, sed excludere uos uolūt. Quia aut̄ nō ecclesia synagogam zelatur, sed ipsa à synagoga zelum patitur, manifestū est ex eo, quod nō secūda uxor primæ, sed prima æmula sit secundæ: sicut ex desiderio uiri subingrediēte solet: unde & Lia zelabatur Rachel. Vide aut̄ qualia legislator subdidit: Et quū dixisset, da mihi de mandragoris filij tui, respondit: Parum̄ ne tibi uidetur, quod præripueris maritum mihi: Aperte aut̄ hæc æmulātis uerba sunt. Ad mulierē quæ patit̄ mēstrua, non accedes, nec reueles foeditatē eius. Cū uxore pximi tui nō coibis, nec seminis cōmixtiōe maculaberis. De semine tuo nō dabis, ut cōsecrēt̄ idolo Moloch. Vel scđm LXX. Præsto esse principi. Nec pollues nomē dei tui. Ego dñs. Cum masculo nō dormies coitu foemineo, quia abominatio est. Cum omni pecore nō coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier nō succumbet iumento, nec miscebitur ei, quia scelus est. Bene hæc interpretationis stilo coniuncta sunt. Præfens ergo legislatoris intētio est, à libidinibus, & nefarijs cōmixtionibus, & à fornicatione tam sensibili, quàm intelligibili cohibere eum qui accipit legē. Eum propterea nō præcepit ei: quæ in mēstruis cōstituta est, propter pollutionē concubitus, cōtra legē misceri, sed nec uxori proximi: adulteriū em̄ ista cōmixtio, nō coniugiū est. Vnde quū dixisset: Cū uxore proximi tui nō coibis, addidit: Nec seminis cōmixtiōe maculaberis. Hoc explanans, quia iam nō est hoc coniugiū, neq; em̄ polluerat eum, qui cōmiscerat, quia honorabile est cōiugium, & thorus immaculatus: sed cū sensibili fornicatione, & ab intelligibili nos remouere maximo studio nititur. Propter qđ subdidit: De semine tuo nō dabis seruire Moloch. Siue ut LXX. principi. Cui autem principi, nostra translatio, & reliqui interpretes ostenderūt. Ipsi em̄ Moloch, pro eo quod est principi, cōsone ædiderūt. Idolū aut̄ hoc fuisse

Rom. 12.

Pellicatus my⁹
sticus qualis.

Gala. 5.

Gala. 4.

Zelus Synago
gæ erga eccle
siam,

Gene. 29.

Coniugium.

C etiam Stephanus cōcionans, maxime Amos ante eū prophetans, demōstrat
Amos 5. uit, ait enim: Et portastis tabernaculū Moloch uestro, & imaginē idolorum
Semen tota actio nostra. uestrorum, syclus dei uestri fecistis uobis. Semen autē non solum cognatos,
1. Timoth. 6. sed omnē nostram actionē, & doctrinā intelligamus, ut nec actionē nostram
demus ad seruiendum idolis, quia radix omnium malorum cupiditas, quæ est
idolorū seruitus. Sed nec talia doceamus, quæ ad erroris idolorū impietate
pertinent. Sic em̄ intelligis nō oportere ad mulierē quæ in mensuris cōstitu-
ta est ingredi, ad reuelandam turpitudinē eius, ut nō in errorem paganorum
nos misceamus. Huius em̄ figurā gerere, eam quæ in mēstruis cōstituta est,
superius ostendimus, quū de menstruatis, & fluxum sanguinis patientibus
mulieribus, interpretandi necessitate sermo habitus est. Sed nec reuelemus
foeditatem eius, ut nō dicamus, neq; deducamus ad mediū actiones eorū ma-
las, non quasi eis parcentes, sed propter eos qui audiunt, quia nocet audien-
Eph. 5. tibus. Propter quod dicit Paulus: Quæ em̄ in occulto ab eis fiunt, turpe est
dicere. Sed & uxorem proximi refugiamus, ut nō polluatur in ea, gentilis ui-
Reuelare foeditatem. delicet & idololatræ, qui proximus noster, propter naturam, & propter co-
Lucæ 10. gnationem dicitur. Propter quod & dominus inquisitus à scriba: Et quis est
proximus meus? Eum qui descenderat ab Hierusalē in Hiericho, & in latro-
nes inciderat, uidelicet dæmones, & neq; à sacerdote, neq; à Leuita sanatus
est, sed à Samaritano, proximū dixit. Cum huius ergo muliere non cōcum-
D bes, ut tali feminis commixtione maculeris: ut non paganorum sapientiæ in-
tantum communicemus, neq; intantum in ea incumbamus, ut aliquam pol-
lutionem ex ea in dogmate conquiramus, nec polluamus nomen dei nostri,
quod cōmuniter in omnia quæ dicta sunt intelligamus. Quia polluet nomē
dei, non solum fornicationis turpitudine, & aliquibus actionibus idolorum
utens, sed & si quis ex paganorum errore, & ea quæ appellat apud eos Phi-
Philosophia in ecclesia nonnō quā pestilens. losophia, subintroducitur indiūina ecclesiæ dogmata: quod quidam patientes,
in sortem Hæreticorum lapsi sunt, & facti sunt extra ecclesiā, utpote polluen-
tes nomē dei, id est iniuriantes, & quodāmodo coinquinantes: quia nō opor-
tet ea quæ sunt mortuorū, super uitam inducere, sed custodiendum est Pauli
2. Corinth. 6. mandatum, scriptū à spiritu: Quæ participatio iustitiæ ad iniquitatem? aut
quæ societas Christi ad Belial? Hoc enim & ipse quodammodo legislator si-
gnificans, in his quæ dicta sunt, subdidit: Ego dominus. Qui gloriā habeo
omnibus incommunicabilem, quanto magis dæmonibus, qui corruptores
sunt animarum, & idolis eorum? Iplis autem uerbis sanctionem terribi-
liorem facit, ex eo quod mediam eam, sicut cernis, his de quibus nunc loqui-
tur, posuit. Præcedentibus quippe his, quæ modo discussa sunt, rursus pro-
ponit. Quia non debet cum masculo uirili coitu concumbi, sed nec cum pe-
core coiri necessarie in hoc utroque mandans, tanquam utrumq; contra na-
turam est. Sed insuper quia iumentorum est, & ut uir uiro scædo coitu mis-
ceatur, quod fugiendum atq; aduersandum est. Sed & Paulus hoc demon-
strauit.

A strauit, ad poenā ea docens, & iram dei, & perditionem cōmittentiū peragi, Sed & reliqui interpretes, pro abominabilis, Symmachus ineffabile Aquila infectum, ædiderūt: hoc quidem actione, illud autem uerbo uel narratione non esse portabile, nec legitimum dicentes. Nos autē præter hæc, masculum qui uirilia agit, intelligamus hominem, de quo Dauid dicebat: Beatus uir qui non abiit in cōsilio impiorum. Et rursus: Fiat manus tua super uirū dexteræ tuæ. Hunc effœminari non oportet, nec dissolui eius quam habet in uirtute perseverantiam: hoc enim opportune cum uiro muliebri coitu misceri intelligitur. Sed quemadmodum alium effœminatum fieri non oportuit, ita nec nos nefarijs uoluptatibus requiescere: quæ recte quadrupedia, utpote in terram intendentia, & actiones quæ uirum deceant, non habentes, dicta sunt: in terram enim intendunt quadrupedia, & manū carent usu, quæ in actiones dignas hominibus accipiuntur, quia proprie hominum est manibus laborare. Non ergo oportet cum his coire, ex quibus quis polluitur. Qui enim moratur in delectationibus, siue uoluptatibus, ita ut concumbat in eis, hic semē effundere dicitur, propter hoc, quia pellitur ab eis, siue quia delectatur in eis, & frequenti usu feminat eos quodammodo, aut ab eis feminatur semine aliquo, quod inimicus dormientibus nobis & negligentibus in mundum seminauit, polluens ualde, ita ut à sacro tabernaculo debeat hic, qui talis est, ut polluens expelli, alienusq; esse à dominica area, qui per malū semen factus est zizania. Legem autē non uir solus, sed mulier necessarie custodit: illa utiq; quam Solomō laudat: Mulier bona benedicetur, timorem dei laudat. Mulierem fortē, ait, quis inueniet? Quemadmodū masculus, quando sua custodierit, gesseritq; sibi digna, significat animam in uirtutibus constitutam: sic & mulier, quando in nullis se miscuerit muliebribus, quoniam grandem & hæc, antequā transgrederetur creatorem suum, dignitatem accepit, ut adiutrix uiri nominaretur. Propter quod scelestū est hanc, quæ talis est, libidini substerni. Coire ergo, succūbere ædedit Symmachus. Ne polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ sunt gentes, quas ego eiciā ante cōspectū uestrū, è quibus polluta est terra, cuius ego scelera uitabo, ut euomat habitatores suos. Custodite legitima mea, atq; iudicia. Nō paruo modo pollui in prædictis peccatis, indignatio, & poena quæ in eis definita est, demonstrat: in nullo enim eorum oportet pollui, nam qui in uno pollutus fuerit, in omnibus polluitur. Quia ea quæ sibi ad inuicem coniuncta sunt, lex ostendere cupiens, in unum omnia collegit, quæ in tantum sunt grauiā, ut gentes integras perderent, & terram polluerent, polluramq; respui facerent, & eos qui in ea talia commiserunt, euomeret atque renueret: non quia poterat expellere à se, uel euomere, uel sicut Theodotion ædedit, respuere eos, sed eosdem nocētes, qua ingemiscit naturaliter in transgressionibus suis, quemadmodū Paulus dicit: Quia ipsa creatura ingemiscit, & parturit usq; nunc. Deus autem tam gemitum eius uindicat, quam legem suam, & creaturam,

Psal. 1.

Psal. 49.

Quadrupedia.

Prouer. 31.

Masculus.

Gen. 1.

Rom. 8.

C utpote propriam, quæ demonstrat ex his quæ nunc dixit, cuius ego scelera uisitabo: & hoc aperte ostendit, quia à deo uirtutem terra euomendi eos, qui in ea iniuste agunt, accepit. Vnde & crabrones in perditione habitantium produxit, quos etiam se immittere ante faciem filiorum Israël, contra Amorrhæos, & reliquas gentes per Deuteronomij librum nos docuit. Et hæc quidem nos docet per literam lex. His autem coniuncta sunt, & non contraria, si per spiritalem intellectum gentes in his omnibus pollutas, daemones intellexerimus: gentes siquidem hi propter multitudinem dicuntur: quum enim nimis sint iniqui, & omni lætantur malitia, maxime tamen fornicatione, & nefaria fornicatione, ac multo magis idololatria gaudent: quia in his corpus & anima maculatur, & totus homo, qui terra appellatur, per hoc polluitur. Sed uisitat deus terram, uidelicet hominum genus, & scelus, uel ut LXX. iniustitiam eius in eam, id est quæ ab ipsa, & in semetipsam committitur: ab ea quidem qui ab hominibus sunt peccantes, & si à daemonibus, & hoc protrahuntur in semetipsa, quia accipientes occasionem illi ex nostra negligentia, contumeliam ingerunt nostræ naturæ. Sed uisitante deo per saluatoris aduentum, de quo Zacharias dicebat, prophetans in ianuis esse domini natiuitatem: *Visitauit nos oriens ex alto. Habitatores suos nostra natura, id est eos qui eam sorte perceperunt, uel in ea quorum principem malum David figurans psallebat: Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiat innocentem: ita ut ipsi expulsi dicerent: Si eiecis nos, mitte nos in gregem porcorum.* Propter quod custodire legem omnem per Moysen propalatam, & præcepta euangelicæ conuersationis debemus, utpote qui talem ab eo percipimus uisitationem.

Et non faciet ex omnibus admonitionibus istis, tam indigena, quam colonus qui peregrinatur apud eos. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ qui fuerunt ante uos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & uos similiter euomat, quum paria feceritis, sicut euomuit gentem, quæ fuit ante uos. Omnis anima quæ fecerit de abominationibus istis quippiam, peribit de medio populi sui. Reiterat & stabilit legem, & comminationem confirmat. Etiam hæc rursus addens, poenam mandat, terrere, & erigere nos uolens ad uitanda ea quæ uetuit, ut non ei, quam comminatus est, poenæ subijciamur. Quæ est enim hæc animæ perditio: id est quam hic peccati præuenit mors, complet ergo in futurum gehenna, Ait enim dominus: Timete eum qui potest & corpus, & animam perdere in gehenna. Propter quod tam incolam, id est eum qui à patribus in lege nutritus est, & ab infantia doctus est literas, quam profelytum, & qui adiunctus est nobis, id est eum qui de foris nobis adiectus est, qui interius sumus, recedere ab abominationibus oportet, & nullatenus hæc facere quæ colebant antiquiores, qui terram nostram polluerunt. Hi ergo antiquiores nobis sunt in conditione, quia inuisibiles sunt creaturæ. Polluerunt autem hominum genus, inobedientiam ei Adam & alia post illum mala suggerentes, ueluti mendacium, homicidium, & quæ

Deut. 1.

Ceter polluta.

Idololatria
corpori &
anime capi-
talis.

Luc. 1.

Psalm. 9.

Matth. 8.

Matth. 10.

Incola.

A & quæcūq; his similia sunt, ita ut dñs de diabolo diceret: Ille ab initio mēdax & homicida est. Suggesterūt autē eis qui mentē lubricā, & uergentē ad malū habebāt: nā nec Abel, nec Seth, nec Enoch, nec Noë, nec alijs iustis suggere re potuerūt, uel magis suggesterūt, sed nō obtinuerūt, sed irrisi sunt ab eis, et recesserūt. Neq; em̄ inimici cogitatiōes ignorāt iusti, sicut ait Paulus: Nō em̄ ignoramus cogitationes eius. Sciētes autē eos ab eis se custodiūt. Sed illos qui dem intelligibilis nostra terra uisitata à deo, per saluatoris aduētū euomuit. Propter quod nec uenia tali nūc dignus est talia peccās, quia postq̄ destructi sunt, qui nos seducūt, & postquā euomuit eos terra, nos ea quæ ad eos pertinēt, imitamur & patimur, quod dominus dicebat: Fiūt nouissima hominis illius deteriora prioribus. Hi enim, qui post euangelicā prædicationē in eas, quæ dictæ sunt, impietates excesserūt, & scelera, siue abominatiōes, propter nimiam ab eis dei auersionem, recte dicti sunt mali, terra abhorret & euomet illos: Nō em̄ iam in hominū portione, sed in dæmonū ordinabūtur: perden tur enim eorū animæ. Hoc autē in gehenna fit, ubi maxime locus, & fors dæmonū est, quod manifestat dominus dicēs: Discedite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Custodite mādāta mea, nolite facere quæ fecerunt hi, qui fuerunt ante uos, & ne polluamini in eis. Ego sum dominus deus uester. Vere in duobus & tribus testibus stat omne uerbum. Hoc ergo legislator confirmare uolens, de eisdem tertio præcepit.

Custodite, inquit, mandata mea, nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante uos. Ut ostendat, quia nō hominis cuiuslibet, sed ipsius dei sunt mandata. Qui quomodo debeat custodiri, non uerbo, sed opere, incarnatus per suam conuersationem ostendit. Ut non faciamus autem omnia quæ fecerūt hi, qui fuerunt ante nos, necessarie addidit: ut sciremus, quia ueniam peccantibus non præstat. Quod præcedentes aliq̄ quidam similia posteris commiserunt peccata: primum quidem, quia nec illis uenia data est, sed pœnis condemnati sunt: deinde, quia præcedentiū pœna sufficiens erat ad sequētes corrigendos: insuper quia deo de eisdē cōtestante sæpe per legē & prophetas, & euangelia, oportebat ad obediētiam flecti quālibet durū cor. Sed uide quibus præsentē sanctionē cōfirmauit uerbis. Ne polluamini in eis, quia ego sum dñs deus uester. Omnes uos à pollutiōe mūdare uolēs. Quia imaginē eius circūdati sumus, & polluta quidē ea, à qualibet earū, quæ uetitæ sunt, malarū & nefariarū actione, necessarie irascitur: mūda autē cōseruata, intantū placet, ut etiā inhabitet in nobis, quod manifestat Paulus utrūq; ait ergo sic: Nescitis, quia templū dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Quicūq; ergo templū dei uiolauerit, disperdet illū deus: templū enim dei sanctū est, quod estis uos. Consummatā ergo sanctificationē custodientes, totā in nobis habemus inhabitatē trinitatis plenitudinē, si tamē templū dei sumus, uidelicet patris, Christi autē corpus & mēbra, & spiritus sanctus in nobis habitat, in Christo IESU dño nostro, cui est gloria, honor, & regnū, in secula seculorū. Amen.



ISYCHII PRESBY.

TERI HIEROSOLYMORVM IN LE
VITICVM LIBER SEXTVS.

PRÆFATIO.

C Quid præstet
diuinorum li-
brorum iugis
lectio.



C VANTA bona ad meditationem legis, & interpretatio-
nem mentē transferētes, lucremur, quid opus est dicere?
nec enim solum uirtutes consequimur, sed & mala renui-
mus ex huius studio, nec non amorē acquirimus dei, pul-
chritudinē sapientiæ eius discētes, simulq; à seculari fu-
mo oculū animæ liberamus, & corruptiōis humanæ susti-
nere cessamus imperiū, & excedimus deinceps homines, carne hac, quæ est
ex terrena materia, uiuētes sublimius, uel magis efficimur homines. Homi-
nis enim est rationale contemplatiuā que propriū, unde & ad imaginem
dei creatus dicitur. Hæc autem nobis per studiū, & occupationē circa uer-
bum dei proueniunt. Propter quod Leuitici libri sequentia percurramus,
multum iuuamen legentibus conferentia. Dei enim sunt mandata, adum-
brata quidem in pluribus, propter infirmitatē populi Iudæorum in litera;
perfectionem autem secundum literam intuenti præstant, & consona inue-
niuntur ea, quæ per Moysen dicta sunt, si interpretentur, euangelio.

D Moysen inter-
pretemur recte
ex euangelij.

CAPVT XIX.

Sanctificatio.



L Oquutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad omnem
cœtum filiorum Israël, & dices ad eos: Sancti estote, quia & ego
sanctus sum dominus deus uester. Vnusquisq; patrem & ma-
trem suam timeat, Sabbata mea custodite, ego dominus deus ue-
ster. Nolite conuerti ad idola, nec deos conflatiles facietis uobis, ego domi-
nus. Recte sanctificationem præposuit, quia omnis uirtutis est fundamen-
tum. Quam quia sectari modis omnibus oportet, legislator ostendens con-
uenienter ait: Sancti estote, quia ego sanctus sum dominus deus uester. Id
est, si uobis placet placere deo, aut adesse uobiscum, uel magis esse cū eo uul-
tis, dei enim præsentia & cōiunctio omnes à uobis infidias, læsionēq; remo-
uet, sanctificationem consequimini, sanctus autē coniungi profanis non pa-
titur. Propterea Paulus dicebat: Nescitis, quia templum dei estis? & spiritus
dei habitat in uobis? Quicumq; autē templū domini uiolauerit, disperdet illū
deus. Templū enim dei sanctū est, quod estis uos. Superædificās autē māda-
ta super hoc fundamētū, extra quod nemo potest ponere aliud; Vnusquis-
que

1. Corinth. 3.

A quæ, ait, patrem, & matrē suam timeat.) Per sanctificationem quidem puram mentem erga creatorem mandans, per honorem autem patris & matris impendi, naturæ benignitatem, quæ parentibus honorem, sed & timorem deberi à filijs, sicut dominis dedit. Deinde legis mandata recapitulare uolens, id est, non occides, non furaberis, non adulterabis, non periurabis, non assumes nomen domini dei tui in uanum, non concupisces uxorem proximi tui; & ut beuiter cōtinentiam à malo præciperet, Sabbata mea custodite, rationabiliter subdidit; quia uerum sabbatū est, nullū corruptionis opus operari: nam & omne opus seruale in sabbato non fieri, Moyses præcepit: aperte ab operibus carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, & similia his, cauere præcipiens eum, qui sabbatum celebrare uult secundum legem spiritus. Sed nec causam sabbati ignorare oportet, sic etenim uirtutem legis, quæ de eo est, sciemus. Quando ergo sabbati mandatū deus dedit: putasne sub Noë, quādo nō comedi sanguinē præcepit: nequaquā, sed sub Abrahamā, quē habuit amicū fidelē, quē probauit, & nunquā ab eo mandatū bonū abscondit. Sed nec tunc, quando de terra Aegypti populum Iudæorum eduxit, & esurientes murmurauerunt, dicentes: Vtinā mortui fuissetus per manum domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panes in saturitatē. Misit quidē eis deus manna, docēs aut nos oportere quæ amplius, quā quotidianum cibum. Non præcipiebat plus de Gomor per singula capita colligi, mensura aut hæc apud Iudæos erat, quæ poterat unūquēq; nutrire hominē. Tūc ergo docere eos de intelligibili requie, & sine mundi uolens, quia illo tēpore impossibile est cibū cōquirere, uel operari, nec circa corporale aliquid occupari, talia eis dicere Moyses præcepit: Sabbata hodie domino, nō inuenietis illud in agro: sex diebus colligitur, septima aut die sabbata, nō erit in ea, Nō sabbatum, sed sabbata, quia intelligibilis requies nō ab uno quodā, sed ab omnibus carnalibus uacationē, alienationēq; possidet. Vnde nusquā prius inuenies apud diuinam scripturam sabbatorū nomen, ut manifestū sit, quia sabbatū omnem uacationem carnaliū, & secularium rerū præcepit. Vnde omne opus lex prohibēs, quæ faciūt aduersus omnē animam, subdidit: Sabbata mea custodite.) Per hoc aperte ostendens, quia à corporalibus nos uacare desiderat, & quæ ad iuuamen sunt animæ, & profectum pertinentia operari. Verū enim sabbatum est, nihil materiale, nihil ad terrā hominē deprimens, & ad corruptionem carnalē trahens agere. Cū hoc aut quid aliud nunc deus præcepit: Noli te conuerti ad idola, nec deos cōflatiles facietis uobis, ego dñs.) Nō cōuerti aut ad idola, est nō cōdescendere his, quæ idolorū lex multa prophanaq; exigit. Sed nec conflatiles deos faciamus nobis, nō solū in animalium formis, sed nec in peculiarū thesauris, nec in auri, aut argēti massis: hæc enim deos suos faciūt hi, qui ea cōgregant, intantū sub earū dominio cōstituti, ut timeāt ex eis uel quantūlūcūq; cōtingere. Quid aut hæc necesse habemus: qui pro

*Sanctificatio**Sabbatorū observatio sub Abraham cœcepit.**Exod. 16.**Gomor mensura.**Exod. 16.**Ad idola conuerti.**Idola qualia*

C omnibus possidemus diuitijs eum qui dicit: Ego dominus? id est qui uolatis lia nutrio, quilibet agri uestio, qui ex nihilo feci, facta nutriui, atq; hæc omnia rursus ad indigentiam redigere ualeo.

Si immolaueritis hostiam pacificorum domino, ut sit acceptabilis, eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, & die altero. Quicquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis. Si quis post biduum comederit ex ea, prophanus erit, & impietatis reus, portabitq; iniquitatē suam, quia sanctū domini polluit, & peribit anima illa de populo suo. Omnia quidē, ut ita dicamus, Moyses legis capitula, bis terq; populo præcepit, frequēti traditione memoriā eorū auditoribus promulgās: Multo magis tamē mādāta quæ necessaria sunt, sicut & præsens mādātū: propter quod & illud proponens pridē, quū de sacrificijs præciperet, quū & nos plene de hoc in primo libro huius Leuiticæ interpretatiōis discussimus: ecce nūc rursus recapitulabit, ut & nos breuiter recapitulemus, quæ tūc per multa diximus. Sacrificiū em̄ salutare immolari præcipiēs, ipsum recte innuit, in quo ea quæ pertinet ad salutē, operemur. Hinc autē, ut sit placabilis, oportet immolari, hæc utiq; omnimodo assequētes, quæ acceptabilia deo sunt, de quo dixit Paulus, quū quomodo oporteret assequi remotā, & quietā uitā, in omni pietate, & pudicitia, Timotheo scribēs ostēdit: Hoc bonum & acceptū, corā saluatore nostro deo, qui oēs homines uult saluos fieri, et ad agnitiōē ueritatis uenire.

1. Timoth. 2.

Sed si dicis, cuius rei gratia accepta uestra, secūdū LXX. legislator dixit? Sci to, quia consciētiā designat, per quā quæ sint deo accepta, unusquisq; potest scire, propter quod Ioannes dicebat: Fratres, si cor nostrū nō reprehendit nos, fiduciam habemus ad deum. Comedere autem de sacrificio, eo die quo immolatum est, & alio, est, ut in præsentī uita, quæ cunq; ad salutē pertinet, operemur. Hodie autem, & crastinum, in præsentī seculo diuina scriptura solet accipere, de qua re testem Iacobum producamus scribentē: Age nunc qui dicitis hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem. Dies autem tertia, quia in ipsa à mortuis dominus noster resurrexit, figuram futuri seculi, & mortuorum resurrectionis gerit, in quo iam non licet operari: sed qui nunc operati sunt, illic ad retributionem ueniūt. Qui ergo sic hic uiuit, tanquam illic quædam præsentium operaturus sit, & propterea comedere tertia die sacrificium pacificorum, siue salutare dicitur, opus attrectat à legislatore prohibicum, uirtutem imperfectam relinquens, uelut illic operaturus sit, & huius sacrificium rectissime acceptum nō est, nec uita correpta est. Sed qui talem sibi metipsi operatur uirtutem, iniquitatem suam portabit, prius quidē imperfecte operans, deinde ut ingerens calumniam diuinæ legi, & dogma disseminans impium, atq; alienum, huius anima perit de populo suo. In populo autem qui saluetur, non ordinabitur, quia reliquit imperfectam uitam, quæ eum saluare poterat, si eam consummasset.

Post mortē nulla occasio reliqua est bene merendi de deo.

1. Ioan. 3.
Hodie comedere & cras de sacrificio immolato.

Iaco. 4.

Quum messueris segetes terræ tuæ, non tōdebis usq; ad solam superficiē terræ,

A terræ, nec remanentes spicas colliges, neque in uinea tua racemos, & grana de
 • cidentia congregabis, sed pauperibus, & peregrinis carpēda dimittes. Ego
 • dominus deus uester.) Vult legislator ut nos inuicē diligamus, amatoresque
 • pauperum nos esse desiderat, semperque eleemosynis studere, nunc quidem
 dantes egentibus, nunc autem non exigentes quæ nobis debent, sed & con-
 cedentes eis colligere quascunque reliquias omnium bonorum, quæ à deo
 donata nobis sunt, repererint, & imitari eum qui donauit, non tantum mi-
 sericordem, sed & qui multæ miserationis est, atque dicitur. Et propterea me-
 tentes, aut omnino uindemiantes, iterare eodem tempore ipsam messuram,
 uindemiamque non præcepit: sed nec ex toto metere, aut uindemiare sanciu-
 • sed relinquere quasdam omnimodo pauperi, & profelyto de messione, &
 uindemia reliquias, & deo, qui fructus ipsos oriri facit, operatorijs gratiarum
 actionibus compensare, nec ullomodo eius dispensationi ingratum existere:
 cui quibusdam quidem diuitias dare placuit, alijs autem sine labore nutriri
 de reliquijs abundantia aliorum, ut & eorum, qui diuites sunt, dispensatio,
 & pauperum quanta sit patientia, probetur. Quos quia nec odio habet, nec
 à sua prouidentia repulit, quod quidam insipienter putant, pauperis &
 • profelyti memoriam faciens, illico subdidit: Ego sum dominus deus ue-
 • ster.) Primum quidem illum manifestans, qui diuites facit: deinde eum qui
 pro nobis pauper effectus est, & qui profelytus in terra sua factus est: in suis
 enim, uelut in alienis, peregrinatus est, nec locum habens in terra diuersorij.
B Non enim pauperis, & profelyti susciperet personam, si eos aduersaretur.
 Vnde per Dauid dixit: Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum,
 nunc exurgam, dicit dominus. Sed postquam hanc reperimus utilitatem li-
 teræ, interiorum in ea intellectum consideremus. Quum enim ager sit
 mundus, quemadmodum nobis Christus zizaniorum parabolam inter-
 pretans tradidit, messura uero euangelica doctrina, sicut rursus dixit discipu-
 lis dominus: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo do-
 minum messis, ut mittat operarios in messem suam. Quod opere explanas,
 duodecim discipulos ex eis conuocauit, & eis illico uerbum doctrinale com-
 • misit. Aperte per ea, quæ nunc dicta sunt, legislator doctoribus Iudæorum
 præcepit, nequaquam totius legis interpretationem eos atrectare, sed ce-
 dere quædam pauperi & profelyto, doctoribus uidelicet gentium: Paupe-
 res etenim hi sunt, quia spiritu pauperes esse præcepti sunt, & ad eos diceba-
 tur: Beati pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cælorum. Profelyti au-
 tem, ut nunc semetipsos cognationi Abrahamæ subinferentes, & ad deum ac-
 cedentes modo per fidem. Ergo hoc quod legitur, non occides, non adulte-
 rabis, doceant & Iudæorum doctores. Quæcunque autem necessariam habent
 contemplationem, & interpretationem, ueluti ea quæ sunt de mundationi-
 • bus, de sacrificijs, & alia similia, doctoribus, & ecclesiæ cedant. Et quæ
 • decidunt de messura eorum.) Id est, quæcunque cernunt eos transgrediētia,

*Spicilegium re-
linquere paupe-
ribus quid.*

Profelytus.

psalm. 11.

Matth. 13.

Luc. 10.

Matth. 5.

C quæ uidelicet ignorât. Vnde em̄ possunt dicere legis figurata mysteria, quæ
vinea populus
Iudæorum.
Esa. 5.
 eius ueritatem Christus postquam aduenit, tradiderit: Vinea autem ipse po-
 pulus Iudæorum dicebatur, quod demonstrat deus per Esaïam dicens: *Vinea enim domini Sabaoth, domus Israël est. Ista fructum mulierem non fe-*
Racemi uitium.
 rebat, in quo eam reprehendēs per Esaïæ prophetiam dominus dixit: *Quid faciã uineæ meæ adhuc quod ei non fecerim: quia expectaui ut faceret uuã,*
Esa. 65.
 & fecit spinas. Quæ quondam tamen paucissimos racemos habebat, diuer-
 forum temporum iustos, propter quos etiam totius uineæ curam, usq; ad
 quoddam tempus, paterfamiliã gessit. Demonstrat autem & hoc Esaïas di-
 cens: *Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur, ne dissipes illud,*
Memoria an-
nue quorundã
mortuorum.
 quoniam benedictum est, sic faciã propter seruos meos, ut non disperdam
 totum. Hos ergo racemos sibimet colligere Iudæi, & in suis diuitijs thesau-
 rizare non possunt, quia eorum uitam minime sunt zelati, pauperi autẽ eos
 & profelyto relinquunt: Nobiscum enim sunt prophetae, & quotquot iusti
 apud populum Iudaicũ fuerunt, intantũ ut memoriæ eorum à nobis annis
 singulis honorentur: quod apud illos non fit, ut experimento cognoscatur
 ueridicum diuinum eloquium.

- Non facietis furtum, non mentiemini, nec decipiet unufquiscq; proximũ
 - suum, non periurabis in nomine meo, non pollues nomen dei tui, ego domi-
 - nus.) Fines nobis bonæ conuersationis legislator ostendit, simulq; & pecca-
D ta, quam ad se inuicem habeant cognationem, tradit. Quæ enim nos parua
 putamus, maxima sunt: siquidem in mendacio, singulis, ut ita dicam, diebus
 solemus delinquere, uel loco, uel studio, similiterq; iurisiurandi præuarica-
 tione. Hæc autem intantum sunt praua, ut ea furto coniungeret: & recte,
 quia furtum operatur plerunq; mendacium. Propter quod Zacharias pro-
 pheta, falcem quam contemplatus est longitudinis cubitorum uiginti, & la-
 titudinis cubitorum decem, contra fures eam, & contra periuros exacutam
Zach. 5.
 demonstrauit, ait em̄: *Ingredietur in domũ furis, & periuri. Sed & omnibus*
2. Reg. 13.
 peccatis cooperatur mēdaciũ, nequaquam enim corrũperet Thamar Am-
 mon, si corruptionem mendacio Dauid decipiens præuenisset: sed nec Na-
3. Reg. 21.
 both Israëliten Iezabel occideret, nisi falsam contra eum per seniores ac-
 cusationem composuisset, benedixit deo & regi. Et hæc quidem cum omni
 subtilitate, utpote deo sanciente, custodiamus: cum his autem & furto, non
 solo quo in pecunijs delinqui potest, sed & ab omni alio nosmetipsos absti-
 neamus, quod est maliciose circa proximos agere, malumq; eis operari, &
 moliri aduersus eos mortem, uel fugam, aut seruitutem, uel alia similia dolo-
 sa, atq; nefaria. Vnde & Ioseph, in se iniustitiam à fratribus factam, furtum
Gene. 40.
 appellauit, ad principem pincernarum dicens: *Memento mei, quum bene*
Calumnia.
 tibi fuerit, ut suggeras de me Pharaoni, & educat me de isto carcere, quia fur-
 to sublatus sum de terra Hebræorum. De uitemus autem & mendaciũ, in
 quo quidam sub specie ueritatis delinquant, calumniam facientes proximo,
 magis

A mente quàm lingua, quemadmodum hi qui dixerunt de domino: Dixit, Possum soluere templum hoc, & in tribus diebus ædificare illud. Loquutus fuerat quidem hæc dominus, quando Iudæi ad eum dixerunt: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? ipse autem ad eos: Soluite templum hoc, & in tribus diebus ædificabo illud. Sed non secundum illam dicens hoc intentionem, secundum quam hi, qui testimonium contra eum dabant, dixerunt: dicebat enim de templo corporis sui. Illi autem hæc, sicut de templo dicta Iudæorum, asseuerabant, unde eos & falsos testes spiritus appellauit. Properiurio autem LXX. ædunt: Nō leuabitis nomen meum in iniustum. Iusiurandum uero in iniusto est, non solum quod præuaricatur, sed etiã quod iniuste custoditur, ueluti quale illud fuit, quod Herodes filiæ Herodiadis iurans, Ioannis Baptistæ caput abscidit: Oportebat enim hoc eum iusiurandum non præbere, postquam tamen iurauit, non custodire, quia talia sacramenta, nec initium sumere deus uult, sed nec sumentia ad finem peruenire, unde dicens, Non leuabitis nomen meum in iniusto, addidit: Et non prophanabitis nomen domini dei uestri. Quod Hieronymi translatio ædicit: Non pollues nomen dei tui.) Quomodo autem quis illud prophanat, dico: id est male faciendo, quia iusiurandum transgredi non potest. At

B qui deus, per quem iurauit, intantum bona uult, quia etsi promiserit de quibusdam terribilia, illi autem poenituerunt, non tardat mutari sententiam, suumque sermonem non refragare, ut quiddam nobis pietatis impendat, propter quod addidit: Ego dominus.) Qualis? de quo ait Ionæ prophetia, quando Niniuitæ ieiunauerunt, & orauerunt, & poenituit deum de malitia quam loquutus est, ut faceret eis, & non fecit. Multa autem & alia huiusmodi prophetæ dixerunt.

Matth. 26.

Ioan. 2.

Matth. 14:
Iusiurandum
quando liceat
impune rescin-
dere.

Hieronymi
translatio qua
uulgo sumus
usi.

Ionæ 4.

Iaco. 2.

Calumniæ
uis inter se con-
fines.

Non facies calumniam proximo tuo, nec ui opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij apud te, usque mane. Nō maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum, sed timebis deum tuum, quia ego sum dominus.) Vides quemadmodum paulatim lex eius, qui legem accepit, colat mentem, & ea quæ uidentur parua, coniungit magnis, ut timore definitæ in maioribus peccatis poenæ, & à minoribus abstineamus. Sicut enim eis sociantur in mandato, ita & in poena sociantur: quia qui legem totam seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Sed nec frustra calumniæ uim coniunxit: Quæ enim differentia est apud eum, qui rebus suis caret, siue ui, siue armis forsitan, aut potentia qualibet, uel per circumuentionem iudiciorum, aut fraude, uel quolibet alio simili modo his careat? Sed & qui die totus operatus est, ut acciperet mercedes, ex quibus cum filijs, & uxore, & parentibus expectantibus easdem mercedes uiueret, & nō accepit, sed dilatus est, nonne calumniam & uim patitur? non solum in cibo, sed & per hunc etiam in uita: uitam enim in cibo quotidiano ducit. Ergo etsi crastino recipiat, quia præterito die, in quo laborem sustinuit, permansit ieiunus, uim pertulit, &

calumniā passus est. Et quod alijs substantia est, hoc sunt mercedes laborantibus: ergo recte uis etiam horum priuatio dicitur. Sed & qui maledicitur surdo, multum nocet: & qui ponit coram cæcis offendiculum, in quo pedibus offendant. Is quidem qui surdus est, dum maledicitur, nocetur, non solum quia de eo detrahitur, sed quia & emendare, aut hæc cauere, in quibus de eo detrahitur, nō potest. Sed nec cæcus ab offendiculo, quod ei ponitur, custodire se potest. Euenit autem & huc & illi ex utroq; mors, cæco quidem, dum conteritur per offendiculum: surdo autem maledicto, quasi de principe detraxisset, aut aliud quippiam fecisset, quod ei periculū ingereret, semet ipsum minime corrigenti, & hoc quod uidetur esse paruum, quod à multis sæpe ludentibus delinquitur, transit ad mortem: unde nimis opportune Dauid dixit eum, qui in cathedra pestilentia, id est deridentium non sedit. Nos autem ad eadem rursus exequenda pergamus. Non enim solum pecuniarum calumniam, & uim lex prohibuit, sed & omnē aliam, & multo magis eam, quæ est in spiritualibus, ut non gloriā arripiamus alterius, nec quod alterius labore correctum est, in nobismetipsis attrahamus, propter quod & Paulus dicebat: Non enim in aliena regula, in his quæ parata sunt, gloriari. Et rursus, donatum sibi dicit euangelizare, non ubi nominatus est Christus, ne super alterius fundamentum ædificaret. Alterum autem alterius interpretatio est. Nolebat enim prædicare, ubi alter prædicauit, ut non mercedes arriperet alienas. De his enim mercedibus, ait legislator: Nō morabitur opus mercenarij apud te usq; mane. Non iam prædicantibus, sed ad huc discipulis mandans non negligere, nec ociosum apud se sinere doctorale uerbum: Mercenarius enim dei est, qui prædicat uerbum eius. Merces autem eius est, retributio prædicationis, ueraci existente huius rei teste Paulo, qui dicit: Quæ est ergo merces mea? Ut euangelium prædicās, sine sumptu ponam euangelium Christi. LXX. autem ædunt: Non dormiet merces mercenarij tui apud te, usq; mane. Quia enim dormire negligentes dicuntur, demonstrat dominus, discipulis mandatum dans: Vigilate, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus est. Sed & quando dormientibus hominibus, uidelicet negligentibus, seminare dicebat inimicum zizaniam: mane enim, futurum seculum est, quia nocti præsentis uitæ succedit, & lux inextinguibilis in eo habitat. Non ergo oportet ociosum esse apud nos doctorum uerbum, per omne hoc tempus, cui futuri temporis mane succedit, quia & in hoc auaritia, & iniustitia in doctoribus exercentur, mercedē perdentibus, quæ eis ex profectu discipulorum deberetur. Per surdum autem, & cæcū, eos qui inobediētia & ignorantia morbo detinentur, lex innuit, ad quos Esaias dixit: Surdi audite, & cæci intuemini ad uidendum. Hi non maledicendi sunt, sed admonēdi, si tamen eos conuerti uolumus. Vnde & Paulus, eum qui docet, in mansuetudine docere eos, qui contradicunt doctoribus ecclesiæ, præcepit. Sed nec offendi cum eis falsa dicentes, aut agentes debemus

Surdo qui maledicit duplici se sceleri obligat.

psalm. 1.

Gloriam alicuiam sibi uendicare, ad uim pertinet.

2. Corinth. 10.
Roma. 15.

1. Corinth. 9.

Dormire in scripturis.
Matth. 24.
Matth. 13.

Cæci & surdi inobedientes.
Esa. 42.

Tit. 3.

A debemus effici, hoc enim Paulus prohibens, atq; corrigens, scripsit: Si quis uiderit eum, qui habet scientiam, in idolio recubentem, non de conscientia eius, quā sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothitum. Sic legis tam litera, quā spiritū iuuari possumus.

1. Corinth. 8.

Nec facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. Nec consideres personam pauperis, nec honores uultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator, & fufurro in populis. Nō stabis contra sanguinē proximi tui. Ego dominus. Non quamlibet iustitiā, sed summā, & perfectā stude, lex maxime in præsentibus cōstituit, recto itinere, ordineq; procedēs, ut prius uideatur pauperibus legē cōstituere, deinde potentibus, ac deinde principatus, & potestates habētibus, ut per hoc ostendat, personā nō debere accipi. Non furtū enim, nec calumniā facere, nec iurare in iniusto, etsi diuitibus, uel potētibus aliquando cōtingit, ueruntamē propria pauperū quodammodo sunt peccata. Per paupertatē enim, furari, & calūniari, & transgredi sacramenta cōpelli uidentur, ita ut sapiens ille in Prouerbijs diceret: Diuitias & paupertatē ne dederis mihi, ne forte satiatus illiciar ad negandū, aut egestate cōpulsus, furer, & periurē nomē dei mei. Vi autē opprimere, & mercedibus priuare, & irridere furdū, aut cæcū, quia quædā eorū sunt potentia, quædā uero prodigæ quodammodo uitæ, & deliciarū, contumeliā generantiū peccata, præcipue personis diuitū, & potentū lex sanciri dicitur. Personā autē accipere in iudicio, hi q magistratuū præsidēt uel iudicū tribunalibus, quos iudicantes nec quidē pauperū personas oportet accipere. Nemo em̄ deo misericordior est, qui misericors & miserator super oēs appellatur: uerūtamē iudicij tēpore, nequaquā iā ita appellari uult, sed iustus, teste David, qui dicit: Deus iudex iustus, fortis, & lōganimis. Nec quidē potentis oportet admirari personā in iudicio, quia deo nullus est potētior: ipsius autē est iudiciū, ipse em̄ nobis iudicātib; causantis personā suscipit. Cuius rei testis est idē Moyses in Deutero. ita dicēs: Nō respicies personā in iudicio, secundū paruū, & minorē iudicabis. Nō distinguas personā hominis, quia iudiciū dei est. Ergo si uis personæ donare potētis, personæ dei dona: donas autē, si ad partē te iustitiæ cōtuleris, illic em̄ habet: quia iustus dñs iustitiā dilexit, æquitatē uidet uultus eius: quamobrē etiā nunc iuste iudicari proximo præcepit. Oportet em̄ nos nosse, quia in quo iudicauerimus, in eodē iudicabimur. His addidit: Non eris criminator, & fufurro in populis.) Vel sicut LXX. adūt: Nō ambulabis in dolo in gēte tua. Nō stabis cōtra sanguinē proximi tui. Dolo sanguinē coniunxit, uidelicet homicidiū, sicut & David solet: Virum sanguinū, & dolosum abominabitur dominus. Et iterū: Viri sanguinum & dolosi, non dimidiabunt dies suos. Gladius enim occultus est dolus, ensis exacutus, & latens, ita ut David rursus diceret: Sicut nouacula acuta fecisti dolū. Sed nōs ab eo uelociter recedamus, expauescētes illū pro peccati uicinia, cui meruit esse cōiūctus, Nec cōtra sanguinē pximi stemus.

Peccatorum ordines per hominum gradus digesti.

Prouerb. 30.

Iudices ne quidem pauperes respiciant, si quæ animaduersione indigeat. Psal. 102.

Deut. 16.

Psal. 10.

Roma. 2.

Psal. 5.

Psal. 54.

Psal. 51.

C sed omnes insidias, & collegium, quod pro qualibet iniquitate fit, fugiamus. Quia quidā singulariter infirmi, et per semetipsos nocere non ualentes, miserari solent multitudini, necesse est ut quando plures simul conueniunt, malitia ualentior inueniatur. Hic enim commodat manum, alter linguam, alius his quæ aguntur consensum præbet, alter innuit, & in malitiæ consummatur infania. Sed cum his etiam illud intueamur, ut non solum quum de peccatis, aut alijs similibus iudicamus, custodiamus pauperi & potenti æquitatem: Sed ubiq; in omni iudicio, quod non solū apud tribunal, sed in omni colloquutione, & amicali concilio, atq; in doctrina spiritali maxime intelligitur. Recordemur Iacobi, dicentis: Si introierit in cōuentu uestro uir, aureū anulum habens, in ueste præclara, ingrediatur autem & pauper in ueste sordida, intendatis autem ad eum qui induitur præclara, & dixeritis: tu sede hic bene: pauperi autem dixeritis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nōne iudicatis apud uosmetipsos? & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Et cum de hoc quædam alia dixisset, & opportuno tempore reuocare ad memoriam nostram legis mandatum uolens, addidit: Si autē personas accipitis, peccatum operamini, sed arguti à lege, tanquā transgressores. Ergo iuste iudicare proximo debemus, & non unā eandēq; actionē, in diuite quidem dicere bonam: in paupere autem malam, & hunc arguere, illum autem sinere peccantem. Sed nec dolose in propria gente, id est, in populo ambulare debemus, nec uexare populares uiros sub specie pietatis, neque contra sanguinem proximi consistere, id est, non sociari eis, qui in animas fratrum peccant, & malorum sententiæ. Et quū omnis quidē mandatorum iustitia consideranda sit, illā tamen subtilitatem præ omnibus intēde. dicens enim, Ne oderis fratrem tuum; addidit, in corde tuo. Quia frequēter in personis peccantiū, personā odio eos habentiū indui cōpelliūmur. Vnde Paulus Thessalonicensibus præcipiebat: Si quis non obedit uerbo nostro, per epistolā hunc notate, & non cōmiscemini cū illo, ut cōfundatur. Hoc autē dum fit, odij præbet præsumptionē. Quorū em̄ aliorū, nisi odientiū, & aduersantiū est: Nō cōmisceris. Sed hanc auersationē nō præcepit in corde fieri, ait enim: Non cōmiscemini ei, ut cōfundatur, & erubescens omnimodo emendetur. Qui autem emendabat eum, cui non cōmisceretur, nullatenus eū odire in corde suo poterat, quod cōfirmans, etiā hoc addidit: Et nolite quasi inimicum existimare illum, sed corripite ut fratrem. Omnē autē iustitiam explens, & per singulas species uitæ quodammodo legē ponens, confirmationem mandatis, quā oportet, apponit: quam si custodierimus, nemo nostris nocere diuitijs, nemo nostrū thesaurū furari potest. Est autē cōfirmatio hæc. Et diliges amicū, siue ut LXX. proximū tuū sicut teipsum. Habens in modico totam legē, & per unū tibi hoc mandatū, omnia custodire facile est: Charitas em̄, ait Paulus, proximo malū nō operatur. Plenitudo ergo legis, charitas est. Sed & omnē uitā nostrā esse in bonis facit. Si em̄ diligo proximiū.

Conciliabula
quid efficiant.

1 Iaco. 2.

Constantiam
iudicij seruandam
esse æque
in omnibus.

2. Thes. 3.

Obiurgaturi
inuidie suspici
onem uitemus.

1. Corinth. 13.

A proximū sicut meipsum, & forsitan filios nō habuero, aut diuitias, aut decorem, aut mundi gloriā, aut potentiā, uideo aut proximū habentē, gaudeo, et nihilominus tanquam ego hęc habeā, lætor ego: in illo enim & ego habeo. Id ipsum autē & in spiritalibus, in quibus maxime eam, quæ ad proximos pertinet dilectionem custodire debemus, & non inuidere operantibus iustitiam, nec morderi, quando alijs secundū Christū glorificantur, quando in uerbo doctrinæ locupletantur, quando abundant diuinis donis. Sed imitandus est Christus, qui intantum nos dilexit, ut apostolis maiora signa facere, quàm ipse fecit, cōcederet. Vnde & nunc dicens, Diliges amicum tuū, siue proximum tuū sicut teipsum: addidit, Ego dominus, leges meas custodite. Quando uero nos deus dilexerit, ipso dicente cognosce, ait enim: Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Vnde & legem suam præcipuam esse dilectionis mandatum dixit: hoc hic addens quod in alijs mandatis non reperies adiectum.

Amicorum bonis gaudendū, perinde ac nostris.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

B Tumēta tua nō facies commisceri cū alterius generis animantibus. Agrū, siue ut *LXX.* uineam tuam non seres diuerso semine. Vestem, quæ ex duobus texta est, non indueris.) Hęc quodammodo ad literam uidentur esse ridicula: unde nec ita ea custodiri à prophetis, & spiritalibus inuenimus, quemadmodum Iudæorum filij infirme, imperfecteque uiuentes, qui lac amant, & solidum cibū nō capiunt. Nam intende quid ad Sadoch sacerdotem, & Nathan prophetam, & ad Banaiam dicebat: Ponite filium meum Solomonem in mulam meam. Dicens enim, meam, ostendit, quia & ipse in mulum sedebat. Si autem iumenta commisceri alterius generis animantibus, id est asinum equo commisceri lex uetuit, & abominabile hoc erat, oportebat & ea quæ fiebant, & ea quæ nascebantur ex eis, proculdubio abominari. Sed & si uestimentum ex duobus fieri non uult, quomodo sapiens ille de forti muliere hęc in Prouerbjs dicit: Inuenit lanam, & linum, & operata est utile manibus suis. Et rursus: Ex bysso, & purpura sibi uestimenta. Nec enim utilia sunt uestimenta, bonum autem indumentum eius, siue utile dixit esse uestimentum, unum quidem de lana & lino, aliud autem rursus ex bysso, & purpura confici intelligamus. Sed quid hoc sit, Paulus aperte Corinthijs scribit: Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ dei participari, & mensæ dæmoniorum. Et rursus: Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Neque enim Iudaicis seductionibus, nec errori gentilium oportet fideles commisceri. Iumenta ergo, id est populares homines, non permittamus alterius generis animantibus commisceri, id est, non sectari circuncisionem, & baptismam. Alterius enim iugi est circuncisio, grauis & importabilis, de quo dixit Petrus: Quid tentatis deum, superimponere iugum in ceruicibus discipulorum, quod nec patres nostri, nec nos portare potuimus? Alterius est autem baptismam Christi, & leuis iugi, quod nobis Christus impos-

Vestimēta multicoloria.
Prouerb. 31.

1. Corinth. 10.

Gala. 5.

Act. 15.

- C fuit, sic dicēs: Tollite iugum meum. Et rursus: Iugum enim meum suauē est, & onus meum leuē est. Sed nec uineam, siue agrum creditum nobis, uario ferere debemus semine, ut non contraria diuinis doctrinis ecclesiam doceamus; quemadmodū praua sapientes hæretici, Christo nuptias per suā præsentiam benedicente, atq; dicente, Non ea quæ ingrediuntur nocent hominem, prohibentes nubere, & præcipientes abstinere à cibis, quæ deus creauit eis, sibi met impietatis præparant mortem. In quibus necessarie secundum LXX. subdidit: Ego sum dominus deus uester: ab omni uos huiusmodi cōtinentes esse malitia cupiens, & qui per euangelium dixi ad eos, qui male legem, & ad suam uoluntatem accipiunt: Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.
- » Nec oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super eo peccatum. Nō quæres ultionē, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.
- » Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ego dominus. Leges meas custodite.)
- Matth. 5. Recte Christus Iudæis dicebat: Non credatis, quia ueni soluere legem, aut prophetas, non ueni soluere, sed implere. Si enim perscruteris hæc uerba, inuenies, quantum cōsonantia sint his mandatis legis euangelica dogmata, utpote eodem deo utraq; loquente. Etenim qui nunc fratrem, si peccauerit, corripiendum præcepit, hic per euangelia præcepit: Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter teipsum solum. Non correctum aut, coram uno argue, & coram alio: deinde rursus in ecclesia, quū neq; coram illis increpatus, correctus fuerit. Et hic quidē quū dixerit, Ne oderis fratrem tuum; addidit, Ne habeas super illo peccatum. Ibi aut & quod peccatum, ostēdit, ait enim: Si non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Hic: Non quæres ultionē. Per Paulū aut: Nō uosmetipsos uindicātes charissimi, sed date locum iræ. Nūc dixit per legis librum: Nec memor eris iniuriæ ciuium. Per euangelium autem: Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus est iudicio. Propter quod eos cauteriatam habētes suam cōscientiam Paulus nominauit. Vestimentum autem abominabile, ex duobus contextum induit, qui dicit se Christum adorare, & adorat dæmones: qui solis iustitiæ se asserens militem, etiam uisibilem hunc, & qui ad ministerium creaturæ datus est solem placat, uel reliqua sydera, aut aliquid huiusmodi, sicut Manichæi, & alij multi hæretici faciunt. Vnde pro reprobo, & abominabili, Theodotion Satanae ædedit: sic utiq; inueniēs in Hebræo, & cōseruans sicut inuenit, ut nomine Satanae, planior legislatoris efficeretur intentio. Non uult enim nos, quum simus dei, diabolicis immisceri negotijs, neq; simul orationibus, & incantationibus uacare, nec phylacterijs ecclesiae dei, sanctorumq; uirorum: uel ediuerso prauorum ueneficorum simul indui, & ea quæ sunt dæmoniorum circumducere sancto spiritui, in quo, ait Paulus, signati sumus. Recedit enim, utpote perpeffus contumeliam, & obtinebit immundus spiritus, & patietur huiusmodi, quod Saul pertulit: Spiritus aut domini

Matth. 18.
Consonantia
ueteris testamē
ti cum nouo.

Manichei syde
ra quedam
adorant.

A domini recessit à Saule, & exagitabat eū spiritus dei malus. Non quia deus transmisit malum, sed quia permisit ei obtinere eum qui illum elegit.

Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nobi-
lis, & tamen precio nō redempta, nec libertate donata, uapulabunt ambo,
& non morientur, quia non fuit libera. Pro delicto autem suo, offeret domi-
no ad ostium tabernaculi testimonij arietem, orabitq; pro eo sacerdos, &
pro delicto eius coram domino, & repropitiabitur ei, dimitteturq; pecca-
tum.) Quantum inter libertatem & seruitutem intersit, ostendere per ea,

*In libera despo-
sata adulteriū
tantūmodo fit.*

quæ nunc dicta sunt, legislator intendit: nam in ea quæ libera est desponsa-
ta, adulterium esse delictum eius, qui cum ea fornicatus est, asserit, mortisq;
pœnæ eum subiacere sanciuuit: In ancilla autem nobili, quod LXX. ædide-
runt, Custodia homini, id est, desponsata, absoluens à pœna, sacrificium iu-
bet offerre eum, qui in eam peccauit, ex hac sensibili seruitute intelligibilē
uolens ostendere. Neq; enim præcepit in ancillas quaslibet, quanto magis
desponsatas delictū fornicationis admitti: sed ancillam desponsatam, siue cu-
stodiam homini, Iudæorum dicit synagogam, quæ legi custodita est, nec
despondi Christo, priusquam moreretur legis litera, poterat. Vnde & Pau-
lus dicebat: Ergo fratres, & uos mortui estis legi, per corpus Christi, ut sitis

*Synagoga pro
ancilla.
Roma. 7.*

B alterius, qui ex mortuis resurrexit. Ipse autem, ancillam esse Iudæorum sy-
nagogam, hæc dicēs docuit: Quia Abraham duos filios habuit, unum ex an-
cilla, & unū ex libera. Deinde quam uoluit ancillam intelligi, exponēs sub-
didit: Quæ sunt per allegoriam dicta: hæc enim sunt duo testamenta, unum
quidem ex monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar. Sina autē
mons est in Arabia, coniunctus ei, quæ nunc est Hierusalem, quæ seruit.
Cum hac ergo si quis dormierit coitu seminis, id est, qui huius particeps effe-
ctus fuerit doctrinæ, intantum ut coniungatur ei, & coeat cum ea, per le-
gis uidelicet conuersationem, quia unum reperiuntur hi, qui sibi coniugali
consortio sociantur. Semen autem pro doctrinali uerbo accipi debere, mul-
tipliciter in hoc Leuitico libro pridem demonstrauius. Quicumq; ergo
antequam hæc per aduentū Christi liberaretur, hoc fecerat, recte non mo-
riebatur: Nam etsi secundum literam, & non secundum spiritum legem ac-
cipiebat, quemadmodum Iudæorum docet synagoga, ancilla iuste nomina-
tur, quia legislatoris intentionem ignorabat. Seruus autem, sicut dixit Chri-
stus, nescit uoluntatem domini sui, & propterea delinquere dicebatur, re-
missionemq; necessariam habebat, quia dominicum præceptum non secū-
dum dominicā studebat uoluntatē. Veruntamen quia non adhuc erat libe-
rata, propterea occulta erat legis contemplatio. Vnde & tempus uidebatur
habere conuersatio literæ, nec morte subijci dicuntur, & uisitationem eis
promisit. Nam quod nostra translatio habet, Vapulabūt ambo, LXX. di-
cunt, uisitatio erit eis, & non morientur. Visitationem autem eis promisit,
id est à legis seruitute libertatem. Mos enim est diuinæ scripturæ, libertatē,

Gala. 4.

Sina.

Luc. 12.

C uisitationem appellari; nam & liberationem seruitutis Aegyptiæ, uisitationē inuenimus deum nominantem, quando ad Moysen dicebat: Conuoca seniores filiorum Israël, & dices ad eos: Dominus deus patrum uestrorum apparuit mihi, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, dicens: Visitās uisitauit uos, & uidi quæcūq; euenerunt uobis in Aegypto: & dixi, liberabo uos ex oppressione Aegyptiorum. Aperte ergo per præsentem legem uisitare eos promisit per Christi liberationem, de qua manifeste Zacharias per Canticum suum dicit: Benedictus dominus deus Israël, quia uisitauit, & fecit redemptionem plebi suæ. Dicit enim liberationem, quam Christus in sacrificio, & euangelica conuersatione, Iudæo primum, & post hoc Græco, secundum quod dixit Apostolus, præstitit. Ait enim de euangelio, quod à domino donatum est: Virtus dei est in salutem omni credenti, Iudæo primo, & Græco. Non secundum aliquam personarum acceptionem, sed quia primi Iudæi hanc salutem & liberationem, utpote etiam alios seducendo, habebant necessariam. Cum his qui dormit, id est qui miscet, ut seminis eorum, et doctrinæ particeps efficiatur, huic per sacrificium præstatum remissio: sed per Christi, hoc enim sacrificium significans, arietem pro peccato præcepit offerri, & per eius oblationem sacerdotem deprecari. Quis sit autem hic, qui pro omni mundo deprecatus est, & quis aries, qui pro peccato offertur, & cur ante ostium tabernaculi testimoniū ad sacrificium deducatur, sed & quid proprie debeat intelligi peccatū delicti, ea quæ de sacrificiis olim sancita sunt, & exposita perscrutans, inuenies Christum in eis, uelut in imagine figuratum: qui per crucem immolatus, cum alijs omnibus peccatis etiam hoc ignouit, quod Iudæorum commisit populus, & is qui erat ei mixtus ex gentibus, qui etiam dormire cum eis dicitur, legem non secundum intentionem legislatoris accipiendo. Hæc autem non importune in hoc loco, sed imò nimis opportuno tempore, quo iumenta non oporteret alterius generis iumentis coniungi, id est, non liceret eos qui sub iugum facti sunt Christi, Iudaicum iugum suscipere, significauit. Confirmans enim hoc, præsentia subdidit, per quæ ostendit, quia & ante aduentum Christi, quicumq; exterorum illis commiscebatur, opus habebat intelligibilis arietis sacrificio ad propitiationem suam, conferens illud mente, & describens apud semetipsum per figuras ueritatem. Sic enim non solum non condemnari ex obueniente sibi seruitute Iudaicæ literæ, sed etiam liberari ab ea, & à morte infidelitatis spiritaliter legem accipiens, & sacrificia eius ad Christum referens, poterat.

*Iumenta non
commiscri.*

- » Quando ingressi fueritis terrā, & plātaueritis in eā ligna pomifera, aufere
 - » tis præputia eorū. Poma quæ germināt, immūda erunt uobis, nec edetis ex
 - » eis. Quarto anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabili dño. Quin-
 - » to autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. Ego
 - » dominus deus uester,) Permanet in intentione etiam nunc legislator.
- quam

A quam habuit prius, alijs uerbis præcedentibus similia sanciens, ostendens quidē nec habere fructum bonum Iudæorum populum, ante domini præsentiam potuisse. Cur enim triennio fructum eis omnis ligni non esse esibilem dicebat: Sed nec ullomodo mundum, sed & mundationem quarto anno necessariam habentem. Et quæ erat hæc mundatio: Nō asperio, non sacrificiū, non aliud quippiā huiusmodi, quale alio loco secundū literā lex præcepit. Ergo uocat necessarie ad contemplationem spiritus, eum qui non solū meditari legem, sed & aliquod ex ea percipere commodum cupit. Terram ergo deus dat, quam ipsum dare decet, id est diuinam scripturam, quæ uirtutum fructus fert, quæ habet illam uitam, & colet, siue operatur, quam Dauid colere & operari promittit, ubi enim deo placere magis homo, quam in mādatis, & operibus bonis potest? Ait em̄: Placebo domino, in regione uiuorum. De quibus ipse dicit: Qui uero expectāt dominum, hæreditatem possidebunt terram. Possidebunt enim plenam dei spiritu scripturam, & quæ ex ea sunt bona, qui deum expectant, qui mandatorum quæ in ea continentur, retributionem promittit. Hanc terram ingredi quidem filij Iudæorū præcepti sunt, & acceperūt priores. Primi enim sacras susceperūt literas, propter quod & lignū quod edi potest, id est mādata, quæ diximus, plantare præcepti sunt, hi quidem eas meditantes, hi autē & prædicantes. Quia enim plantationi lignorum, meditatio legis, & prædicatio, propter eū profectum, qui per partes prouenit, assimilatur, audi Dauid dicentem: Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum, quod plantatū est secus decursus aquarum. Paulus enim de prædicatione, quam prædicauit Corinthijs scripsit: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Sed mandata quidem bona nimis erant, propter quod & lignum esibile appellauit. Illi autem modo quo debebant, non operabantur, secundum literam lege utentes. Erat ergo eorum fructus, operatio uidelicet legis triennio immunda. Dicit autē triennium, à tempore legis usq; ad Dauid tempus, & à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonix, & à transmigatione Babylonix usq; ad aduentum domini: sic enim & Matthæus distinxit. Quia ergo quarto hoc anno, omnem fructum ipsius legis, sanctum & laudabile domino commendauit, non tamen uel tunc esibile illud esse Iudæis dixerat, illud sine aliqua dubitatione probauit, quia totus legis fructus, in aduentu domini est: Huius enim tempus, secundum ordinem temporum superioris nominatorum annus recte nominabitur quartus, sanctus laudabili deo. Quia Christus eū fructiferum faciebat, quemadmodū oportet etiā nos fructificare docens. Recte ergo sanctus erat, utpote à sancto sanctorum perfectus. Sed & laudabilis: omnia enim quæ Christus operatur, bona fama sunt, atq; gloriosa, ita ut etiam ab ingratis Iudæis glorificentur. Quum enim paralyticum portantem super humeros grabbatum uidissent, glorificabant deum, qui talem potestatem dedisset hominibus. Vnde non simpliciter, sed

Terra que intelligatur.

Psal. 114.

Psal. 36.

Psal. 1.

1. Corinth. 3.

Lignū esibile.

Matth. 1.

Triennio abstinere à fructibus quid sit.

Mat. 2.

Ioan. 7.

Claudabile domino fructum hunc lex appellauit. Necdum autem erat populo esibilis, necdum enim hic secundum spiritum Christi conuersatione adeptus fuerat: sed in anno quinto, in apostolica uidelicet generatione; illinc enim ipse Iudæorum populus, id est hi, qui ex eis crediderunt, & gentes omnes, esibilem legis fructum, operatione uidelicet habuerunt. Et secundum LXX. adiectio fructuum legis erat populo, id est lucrum & commodum. Quæ enim operantur prius sine lucro, inutiliter operantur. Bene autem adiectionis lex memoriam facit uerbo conuenire, quod dixit dominus in euangelio: *Matth. 25.* ipse enim erat, qui hæc, & illa dicebat: Omni habenti dabitur, & adjicietur. Quicumque autem, ut oportet, uetus tenet testamentum, ei & nouum adjicitur, & per hoc ei esibilis etiam fructus testamenti ueteris inuenitur.

Non comedetis carnem cum sanguine, non augurabimini, nec obseruabitis somnia, nec in rotundum tondetis comam, nec radetis barbam, & super mortuo non incidetis carnem uestram, neque figuras aliquas, & stigmata facietis uobis. Ego dominus.) Ab omni fermento malitiæ mundum esse fidelem uult, & propterea nunc quidem prohibet à seruitute legis literæ, & Iudaicam doctrinam demonstrat inutilem. Nunc autem rursus ad errorem gentilium sermonem uertit, neque enim omnia, quæ nunc uetita sunt, studentur; quippe quæ non solum sint ridicula, sed etiam & noxia studentibus ea, quod maxime ostendit Ecclesiastes, ait enim: Qui obseruat uentum, non seminat; & qui considerat nubem, nunquam metet. Augurium ergo non solum uox auis cuiuslibet, aut uolatus appellatur, qui uel prohibet à quadam actione, uel eam studiosius admonet accelerandam, sed & signis uti loquentium, prætereuntium, obuiantium, & quorundam in itinere obuenientium offendiculorum, taliumque aliorum est. Ab aibus enim augurium, sed & aliorum signorum obseruatio dicitur. Auspicium autem, est transeuntes considerare aues, & propter has in desertam ab hominibus uiam egredi: aut auium uolatum, aut uoces quales sint perscrutentur, ut ex eis cognoscant, quæ futura sunt. Quod accusare est deum, quia ea quæ homini, quem secundum suam imaginem omnium animalium principem constituit, abscondit, & ab eis quispiam discit, quæ nec ab spiritualibus uiris, sed nec à deo, qui illis reuelat, potest discere, sicut hi, qui in prædicto errore seducti sunt, arbitratur. Insuper nec comam in rotundum tondere, id est, non radere in rotundum aspectum capitis, sicut & Symmachus ædidit, quemadmodum etiam hi facere consueuerunt, qui barbaricas student comas, propter quod hoc LXX. *σισόνη*, forsitan propter magnitudinem concursorum capillorum appellauerunt. Non oportet autem hoc fieri, sed contentos esse naturalibus ornamentis, & nihil exquirere, nisi forsitan creatorem aliquid indiguisse ad perficiendum animal accusamus. Sed nec cincinnos nutrire in honore dæmonum, capillis alijs fortiores, & hoc uouere: student enim hoc pagani, caput puerorum offerre dæmonibus. Vnde de hoc maxime oportet putari legislatorē præcipere. Sed

Annus quintus

*Matth. 25.**Eccles. 11.*

Augurium.

Auspicium.

Comam nutrire in barbaricum modum.

Præsegmina enim barba & capillorum Apollini consecrabant.

A Sed nec barbam radere, uel secundū LXX. corrumpere faciē barbæ: nec incifuras in corpore sibi facere eos qui flent supra mortuos, etiam hoc enim pagani consueuerunt. Sic enim affligi supra mortuos oportet, ut nec faciem lædat, nec corpus corrumpat, à quibus nos Paulus prohibens ait: Nolo uos ignorare fratres, ut non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habēt. Nam quodlibet eorum quæ prædicta sunt, agere, non est spem habere resurrectionis mortuorum: quia tanquam illis corruptis, semetipsos dissipant atque corrumpunt. Prohibet etiam stigmata fieri in corpore, undique decoris legislator curam gerens, & non concedens abuti carne in quolibet horum: quæ quidem ipsi nocent, totum autem animal foedum reddunt. Comedere enim super montes, quod LXX. in initio præsentis legis posuerunt, pro eo quod nostra æditio habet, non comedetis cum sanguine, propter eos qui idolorum festiuitatibus consueti sunt, prohibuit. Hoc enim & Osee accusans populum Iudæorum, dixit: Spiritus fornicationum decepit eos, & fornicati sunt à deo suo. Super uertices montium incensum adolebant, & super colles sacrificabant. Sed uideamus præter hæc quæ nos iubet cauere: secundum spiritalem contemplationem non comedere super mōtes, id est cogitationibus superbis non pasci, de quibus Esaias ait: Omnis mons & collis humiliabitur. Non augurari, non auspicari, ut non intendentes dæmones secundum eorum uoluntatem uitamus, neque cor nostrū uolucris tradamus, quæ rapiūt semē pietatis à nobis, sicut dominus in parabolis euangelicis dixit. Comā nō tōdamus: uel sicut LXX. σισόνη de capillis capitis non faciamus. Capilli enim nostri pro cogitationibus accipiuntur, propter quod dixit dominus: Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Ipsi enim utpote iudici, & corda scrutanti, numeratæ sunt omnes nostræ cogitationes. Non oportet ergo eas agitare quempiam, uel concutere, sed nec offerre diabolo, quod faciunt quidam, & de sensibilibus capillis crinē offerētes, sicut superius diximus. Insuper nō oportet, sicut præ diximus, barbā radere, uel secundū LXX. corrūpere faciē barbæ, quia perfectionis nostræ signū barba est. Virtutes autē designant uerā nostram perfectionē, quas incongruū est corrūpere operantes nō uero, sed sub falso & ficto habitu. Nec incisiones facere super animā bonū est in corpore: Sunt enim delectationes, quæ ad nocendā animā incidūt corpus, & corrūpunt. Sed & stigmata, id est, malæ doctrinæ dogmata, quia inhærēt, & infigūtur animæ per quædam blandimēta, uel syllogismos, uel per quēlibet aliū modū docentium intelligamus. Præcepit ergo nobis lex & ab his abstinere, quia impressa uel immerfa, sicut solent stigmata, difficulter abolentur. Ne prostituas filiā tuā, ut cōtaminetur terra, & impleatur piaculū. Si enim patres, quos oportet filios emendare, ad fornicationem nos hortantur, prouocantes aut uiuētes turpiter, ut ipsi ad imitationem parentum, ad malum illiciantur, piaculo, uel secundum LXX. fornicatione terra completur, & ad omnem

Lugere mortuos.
1. Theſſ. 4.

Stigmata corporis in luctu.

Comedere super montes.

Osee 4.

Eſaiæ 40.

Matth. 13.

Matth. 10.

Barbā radere.

C speciem impietatis proficit, quia eos qui eruditores esse debuerunt, ad malum pueri pædagogos habent. Sed nec animam nostram, quæ nobis filia unigenita est, ita ut David diceret: Libera à leonibus unicam meam: & De manu canis unicam meam: prostituamus, à deo illam discessionem docentes, ne fornicante anima, fornicetur & corpus. Hoc enim terra, utpote quod de terra ortum est, & in terram reuertetur, appellatur. Et impletur piaculo, uel sicut LXX. adulterio.) Ebrio quippe sessor, equus defert in præceps. A deo recedente anima, omnis iniquitas dominatur in corpore.

Sabbata mea custodite, & sanctuarium meum metuite. Ego dominus.) Sicut uno existente speciali sabbato, septima uidelicet die, omne aliud legitimum ocium sabbatum appellatur, sic quum generalis sit abstinentia à malo: hoc enim reuera studet legislator sabbatum, & per singula quæque recedere nobis à malo præcepit. Hoc enim fulciens, addidit: Sanctuarium meum metuite.) Vel sicut LXX. sancta mea timebitis: quia quemadmodum eos, qui quo debent modo accedunt ad ea, sanctificent, sic hi qui inique præsumunt in eis, & non prius semetipsum forde malitiæ purgant, atque sic ad munda accedunt, corrumpunt, siue disperdunt, sicut Nadab, & Abiu, & filij Heli. Vnde & Paulus de his qui incircumspecte mystica percipiunt, subdidit: Propterea multi in uobis infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Vnde & nunc legislator addidit: Ego dominus.) id est sanctus, & in sanctis habitans, & necessario exigens sanctorum uindictam.

Nec declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos.) LXX. autem addunt: Non sequimini uentriloquos, & ueneficis non adiungamini, ut polluamini in eis. Ego sum dominus deus uester. Maxima diabolici erroris, & fraudis species, uentriloquorum est exquisitio. Vnde & Paulus puellam inueniens, spiritum habentem Pythonis, quamuis dæmonium magna de ipso & Sila prædicaret, & diceret: Hi homines serui dei excelsi sunt, qui annunciant uobis uiam ueritatis: malum tamen spiritum increpans, effugauit. Pessimum est etiam & ueneficis adhærere, quia dæmonum inimicorum nobis, & pestilentium nomina dicunt. Qui etsi ad breue tempus, ut in errorem mittant, uidentur operari aliquid, quod ad corporalem sanitatem uile & paruum, quale etiã imperiti medici operari possunt, ueruntamen nec hoc ut boni, neque ut bene uolentes hominibus, operantur, sed in seruitutem illos redigere, & à deo separare cupientes. Sed nec uentriloquos, id est falsos prophetas sequamur, qui nomine dei aliena à deo docent, & prophetant: qui uentriloqui iuste dicuntur, quasi de intelligibili uentre sui cordis, fabulas quasdam, id est falsas doctrinas, & prophetias proferentes, de quibus per Ezechielem dominus dixit: Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum. Hi & uenefici, ut qui cum blandimento quodã, & fraude domos ingredienti, et captiuas ducentes mulierculas oneratas peccatis, sicut ait Paulus, recte appellantur:

psalm. 39.
psalm. 21.

Sabbata.

1. Paralip. 24.
1. Corinth. 11.

Magos LXX.
uentriloquos
interpretatur.
Act. 16.

Venefici.

Ventriloqui
quare.

Eze. 13.

2. Timoth. 3.

A in his ergo præcepit non pollui. Polluunt enim sermones eorum eos qui
 eis obediunt. Vnde & addidit: Ego sum dominus deus uester. Per euan-
 gelicam doctrinam dicens: Attendite ab his qui ueniunt ad uos in uestimen-
 tis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Coram cano capite confur-
 ge, & honora personam senis, & time dominum deum tuum, Ego sum domi-
 nus. Bonum est quidem, & eum qui iam ad canitiem peruenit, honorare, ha-
 bet enim tempus aliquid amplius proculdubio ad prudentiam: sed & hono-
 rem quem prouectioribus impendimus, nos quoque à minoribus merebi-
 mur, atque ex hoc ordo bonus uitam nostram in honestate custodiens, nobis
 profligatur. Canum autem, uere senem, id est eum intellige, de quo ait Moyses:
 Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, seniores tuos, & dicent tibi. Sed
 & Paulus: Presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant
 in uerbo, & doctrina. Sed & Daniel quum esset puer, & iudices atque presby-
 teros populi criminantes Susannam argueret, dicebant alij presbyteri: Ve-
 ni sede in medio nostrum, & annuncia nobis, quia tibi deus dedit hono-
 rem senectutis: ut ostenderetur, quia sapietia magis quam ætatis est presby-
 terij dignitas.

2. Timoth. 3.

Matth. 7.

Senes reuereri

Cani qui intel-
ligantur.

Deut. 32.

1. Timoth. 5.

Daniel. 13.

Si habitauerit aduena in terra uestra, & moratus fuerit inter uos, ne ex-
 probretis ei, sed sit inter uos quasi indigena, & diligetis eum quasi uosmet-
 ipsos: Fuiſtis enim & uos aduenæ in terra Aegypti. Ego dominus deus uest-
 ster. Terram nobis à deo datam, esse culturam uirtutum, bonamque eius do-
 ctrinam, superius diximus. Si quis autem ad hanc accesserit aduena, uideli-
 cet uolens conuerti ad nostram fidem, & terræ illius ciuis conscribi, de qua
 Paulus ait: Accessistis ad Sion montem, & ad ciuitatem dei uiuentis Hierusa-
 lem coelestem, & multorum milium angelorum frequentiam, & ecclesiam pri-
 mitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis: non affligamus eum, id est non gra-
 uemus contra eum iugum, ut modogenito & nouiter credenti grauiora
 mandata imponamus, ut non sicut pharisæi & scribæ peccemus, quos ac-
 cusans dominus dicebat: Alligant onera grauiam & importabilia, & ponunt
 ea super humeros hominum, ipsi autem digito suo non uolunt ea moue-
 re. Non ergo ei qui accedit ad fidem, hoc facientes, & quædam legalia ab eo
 exigentes, affligamus eum. Sit autem nobis sicut indigena, qui nutritus est in
 fide, & creuit in pietate. Vnde & Petrus hoc euidenter sanciens, ad eos qui
 uolebant circumcidere de gentibus credentibus dicebat: Quid tentatis do-
 minum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec patres
 uestri, nec nos potuimus portare: sed per gratiam IESU CHRISTI cre-
 dimus saluari, sicut illi. In hoc ergo unumquemque aduenam, siue ut LXX.
 dicunt, profelytum, sicut nosmetipsos diligamus, ut illa præcipiamus eis tan-
 tum, per quæ nosmetipsos, si ea gerimus, saluari credimus. Nam etsi ampli-
 us temporis ab his qui nunc ad fidem accedunt, nos in fide pia habemus,
 ueruntamen & nos ex infidelibus sumus, aut nos ipsi prius infidelibus

Aduenas hu-
maniter tra-
ctandos.
Hebr. 12.

Matth. 23.

Act. 15.

C existentes, aut de talibus geniti patribus, & omnes a duenae fuimus in terra Aegypti, id est in diabolico errore, & doctrina tenebrarum. Aegyptus enim tenebrae, uel obscuritas interpretatur. Ergo nimis secundum tempus addidit: Ego dominus deus uester. Id est qui & uos ab errore suscepi, de quo

Aduene in Aegypt.
Roma. 11.
Leges ciuiles, & annonariae.
Mensura.
Stateras transilimus, iudicantes aliter atq; aliter de nobis atque alijs.
Matth. 7.
Matth. 15.
Euangelium ab Aegyptio nos asserit.

Paulus dixit: Conclufit deus omnia sub incredulitate, ut omnibus miseretur. Nolite facere iniquum aliquid, in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & aequa sint pondera. Iustus modius, aequusq; sextarius. Ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti. Custodite omnia praecipua mea, & uniuersa iudicia, & facite ea. Ego dominus. Similis est etiam haec sanctio praecedentibus, quando post lucrum literae eius etiam spiritum praescrutati fuerimus. Non ergo fieri oportere iniustum in iudicio, in praecedentibus praecipit: nunc autem nec in mensuris iniuste agere, nec in pondere, nec in stateris praecipit, ne forte his ipsis, quae quasi termini sunt iustitiae, ad iniustitiam utamur. Pro terminis enim iustitiae, uendebus, & ementibus, aut alio quolibet modo contrahentibus mensurae dantur, & pondera, quae admodum leges iudicantibus: unde de non faciendo iniustum iudicio, etiam de non immutandis stateris, & ponderibus, sed & de sextario, modio uel habendo iusto, id est de omni mensura uini aut olei addidit. Ab omni utique iniustitia quae erga proximum geritur, tam in maioribus, quam in minoribus praecipit abstinendum, quia quod iniustum est, ubique abominabile est: placet autem deo semper quod iustum est. Praeterea quod diuiti possessio agri, & domus est, hoc pauperi mensura uini, & tritici, & panis pondus est, & alia ex quibus uitam quotidianam ducit. Sed nec iniustum in iudicio mentis faciamus, nec mensuras & stateras eius, quae naturaliter nobis insita est iustitiae, corrumpamus, aliter nostra, & proximi peccata iudicantes, ait enim dominus: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, metietur uobis. Quod ipse interpretans, quemadmodum deberet intelligi, subdidit: Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quae in oculo tuo est, non uides? Sed nec in ponderibus, & stateris, & mensuris, diuinis noceamus, sed iustas stateras, & mensuras, & pondera, id est leges scripturae diuinae custodiamus, nullatenus eis stateram, aut pondus superimponentes proprium, & neque hoc, quod pharisaei, patiamur, de quibus in euangelijs dominus dicebat: Quare transgredimini mandata dei, propter traditiones uestras? Illum enim ad memoriam nostram, qui haec loquutus est, lex reuocans, subdidit: Ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti. Custodite omnia praecipua mea, & uniuersa iudicia, & facite ea. LXX. autem addit: Omnem legem meam, & omnia praecipua mea, Ego dominus duplicant, ego dominus: ut tu cognosceres, quia qui nos de terra Aegypti sensibilis eduxit, tunc legem dans, ipse nunc de intelligibili Aegypto euangelium praedicans liberauit. Unde postquam dixit secundum LXX. Custodite omnem meam, oportebat sufficere, omnia enim lex complectitur, addidit

A dit autem; Et omnia præcepta mea, non iudicia, aut iustificationes, aut testimonia, quæ sic appellari per legem Moyfi consueuerunt, sed præcepta mea, euangelica mandata demonstrans, quæ ex autoritate dominus præcepit.

C A P V T X X.



Loquutusque est dominus ad Moysen dicens: Hæc loquere filiis Israël: Homo de filiis Israël, & de aduenis, qui habitant in Israël, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur. Populus terræ lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, succidamque eum de medio populi sui, eo quod dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum. Quod si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperium meum, dimiserit hominem, qui dedit de semine suo Moloch, nec uoluerit illum occidere, ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, succidamque ipsum, & omnes qui consenserunt ei, ut fornicarentur cum Moloch, de medio populi sui. Cuius rei gratia de iisdem bis, & ter aliquando lex præcepit, frequenter in præcedentibus diximus, quia propter memoriam legentium hoc faciat. Vnde eadem recapitulans, mandata noua quædam eis interserit, ut non superflua uideatur legum repetitio, & inquisitione nouorum, etiam anterioribus studiosius intendamus. Huius rei gratia actiones quasdam in præteritis prohibens, pœnas earum tacuit, ut quæ sit hæc, uel qualis quærentes, ea quæ inferius sancit, scrutemur: in his enim pœnas inseruit, quas tunc prætermisit. Olim ergo prohibens de semine suo Moloch, siue secundum LXX. principi dari. Erat autem hoc idoli cuiusdam uel dæmonis nomen, secundum quod Stephanus Amos introduxit dicente: Et recepistis tabernaculum Moloch, & sydus dei uestri Remphā figuras quas fecistis, ut adoretis eas. Nunc ergo id ipsum rursus contestans, quibus uerbis orsus sit exordia huius legis audisti. Loquutusque est dominus ad Moysen, dicens: Hæc loquere filiis Israël. Quod LXX. addiderunt, & filiis Israël loquere. Non hoc dictum est, quasi alij fuissent, quibus præcedentia sanxerat, sed ostendens, quia hoc personale mandatum propterea contra omnes dilatauit, quia peccatum contra quod comminationem præsentem protulit, tantum alijs execrabilius est, ut alia quidem peccata solos peccantes reos pœnis efficerent, hoc autem & eos, qui neglexerunt peccantem, iudicemque ei, sed & ultorem, non solum principes populi, sed & totam synagogam, & populum facit. Populus enim, inquit, terræ lapidabit eum. Nec his contentus, addidit: Et ego ponam faciem meam contra illum, succidamque eum de medio populi sui. Per hoc omnes erigens, & prouocans contra eum, qui talia commisit: sed & terrorem indicens, si neglexerint, & non cum studio præceptam pœnam suis in eum exercuerint manibus, utpote intantum irato deo, ut ipse aperte prædictam sententiam contra eum

Moloch,
Amos 5,
Act. 7.

Idolatriæ crimen in consentientes etiam transfertur.

C ferret. Cur autem? Quia de semine suo dedit Moloch, ut contaminaret sanctuarium meum, & pollueret nomen sanctum meum.) Quicumque enim filium aut cognatum, aut discipulum, aut amicum, aut quencumque de suo semine, uel cognatione, aut doctrina, principi seculi huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiae, dederit, uouens eum & consecrans daemionibus, hic quidem ad sacra daemionum, alter autem mixta uirili muliebrique uita, utrumque enim erat paganis consuetudo, & his qui in errore illorum labebantur, de quibus deus per Osee dicit: Quia isti cum fornicariis corrumpebantur, & cum effeminatis sacrificabant: polluit dei sancta. Quomodo? quia polluit nomen sanctum eius. Ut enim imaginem dei percipiens homo sancti, & in sanctis requiescentis, sanctus recte & sanctificatus illi, cuius habet imaginem, dicitur. Contaminat ergo, & polluit nomen eius, qui ei dedit imaginem, & per hanc ipsum qui sanctificauit, qui & spiritum uitae ei ex sua gratia insufflauit, quia spiritu malo, & aduerso deo corrumpitur, & dominicam imaginem in daemionum seruitutem redigit, regalemque margaritam a porcis permittit pollui. Idem est & quisquis de cognatione, & de doctrina sua auaritia offert, & ad auaritiam operibus aut uerbis consuefacit eum, qui quocumque modo discipulus eius, uel cognatus est, seruum eum daemionum, deuotum idolis, siue consecratum, militemque maligni principis huius seculi efficiens.

Radix enim omnium malorum auaritia, quae est idolorum seruitus. Dicitur autem hoc ipsum & contra eos, qui adulterium docent, suggerentes nefarias actiones, suadentes turpitudinem, polluentes sancta dei, id est signatorum deo corpora, quorum caro templum dei, & spiritus sancti est habitaculum. Vnde & polluere recte nomen sanctum dicuntur, siue secundum LXX. sanctificatorum, quia ex uno, aut duobus, aut pluribus forsitan abominabilibus, omnium sanctorum dei, qui in eo crediderunt, & fidelium, manifestissime abominabile nomen & contaminatum inter homines efficitur, talia & de ceteris conicientibus his qui foris sunt, in qualia quosdam uiderunt luxuriantes. Propterea eos qui sic mala & abominabilia operibus, aut uerbis docent, non unius praecipit, sed omnium puniri manibus: utpote omnium inimicus & aduersarius, & omnium gloriae, sicut praedictum est, nocentes. Quod si negligens populus terrae, & quasi paruipendens imperium meum, dimiserit hominem, qui dederit de semine suo Moloch, nec uoluerit illum occidere.) Id est, si hi, qui enutriti sunt in scientia, neglexerint eum qui talia docet: haec est enim uera & recta terra, de qua ait Dauid: Spiritus tuus bonus ducet me in terram rectam: Quia malum est maxime tale peccatum non exequi.

Quid est quod sequitur? Et super cognationem eius.) Eos qui student uidelicet similia, qui cognati sunt propter similitudinem actionis, & doctrinae.

Succidamque ipsum, & omnes qui consenserunt ei, ut fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui.) Non solum minatus est punire eos, qui dicunt, uel faciunt hoc, & propterea cognatos recte nominatos, sed & consentientes ei, id est concordantes

De semine suo
Moloch sacrificare.

osee 4.

Polluere sancta dei.

1. Timoth. 6.

D

Lapidationem
cuiusmodi scelera meruerit.

Psal. 142.

”

”

”

concordantes

A concordantes aut concurrentes, aut communicantes operibus eorū infructuosos, sicut Paulus dixit. Malum est enim, permittere aut consentire etiam eos, qui foris sunt, fornicari à deo, & adhærere intelligibili principi: multo magis autem de medio populi: Hoc est enim totum gregem lupis credere, & omnes oues feris tradere: siquidem de medio populi inimicis rapere permittimus, aut si manum porrigimus rapiēti. Qui enim consentit, & tacet accusare eum, quem arguere necesse est, uel admonere, uel increpare, hic non fugiet diuinum iudicium. Ponit autem faciem suam super eum deus, illam de qua Dauid dicebat: Vultus autem domini super facientes mala, ut disperdat de terra memoriam eorum. Nō solum ergo qui talia faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, sicut Romanos Paulus scribens reprehēdebat, sub poena quæ nūc dicta est à legislatore, efficiuntur. Anima quæ declinauerit ad magos & ad ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meā contra eam, & interficiā illam de medio populi sui. Sanctificamini, & estote sancti, quia ego dominus deus uester. Custodite præcepta mea, et facite ea, ego dominus qui sanctifico uos. Non qualecunque peccatum esse declinare ad magos, siue ut LXX. uentri loquos, uel ueneficos prædiximus: in utroque enim à deo receditur, siue sensibiles Pythonicos & ueneficos, siue intelligibiles dicas, id est, eos qui nomine dei falsa prophetant, deceptores, & adulatores, qui ueneficis sermonibus auditus multorum corrumpunt, ut à ueritate quidem auditus auertant, ad fabulās & errorem conuertuntur, & propterea ponere faciem suam iudex, & disperdere eos de populo suo cōminatus est. Addidit autē: Sanctificamini & estote sancti. Ostendēs quia quotquot illos sequuti sunt, polluti sunt, & abominabiles, atq; immūdi: utpote qui abominabilibus uerbis, & prauis dogmatibus consenserunt. Insuper addidit: Custodite præcepta mea & facite ea. Manifestans & per hoc, quod præuaricationem illi præceptorum dei doceant, siue legem doceant, siue diuina se interpretari mandata fingant, & propterea eos, & sequaces eorū auersatur. Sed & breuem conclusionē uerbis addidit, dicēs: Ego dominus, qui sanctifico uos. Id est, cur cum his qui alia contra meam legē, aut meam doctrinam dicūt, corrumpemini? Ego enim sum dominus, qui uos sanctifico, & nullus hominum, nec si prophetam se esse dicat, nec si quamlibet scientiā promittat, nisi forte quæ mea sunt dixerit, & à me acceperit, & meus spiritus in eo operatus fuerit.

Consentire cō peccantibus.

Psal. 33.

Roma. 1.

B Qui maledixerit patri suo & matri, morte moriatur. Qui patri matriq; maledixerit, sanguis eius sit super eū. Siue ut LXX. reus est, ut hoc nomē ad ipsum deū referatur. Malachias enim dixit: Nunquid nō deus unus fecit uos: nunquid pater omnium uester? Et rursus: Domine, pater noster es tu, nos uero lutum, & tu fictor noster, & opera manuum tuarum omnes nos. Recte ergo quicumq; patri detrahit, sed & matri, morte multatus est. Ingratus est enim naturæ, & benefactores blasphematur, per quos à deo esse percipi

Malach. 1.

Esai. 64.

Cipientes, & per quos mediante generati sumus, & iniuriat creatoris organa, ut labores quos patiuntur in nostra generatione taceamus; nam quia maximam poenam contra hunc, qui huiusmodi est, id est mortem præcepit, ostendens, quia ualde recte, & rationabiliter talem se poenæ scripsisse sententiam, subdit: Patri matricq; maledixit, sanguis eius erit super eum.) Vel sicut LX X. reus est ad satisfaciendum, de poenæ magnitudine mentionem & recapitulationem faciēs peccati. Si ergo hæc in eo, qui sensibiles maledixit patres, multo magis qui blasphemat Christum: ipse enim nos spiritualiter regenerauit. Igitur qui eius mysterium, & gratiam iniuriat baptismatis, nõ obediens uoci dominicæ: Si quis non fuerit regeneratus ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum coelorum; hic morte morietur pessima, alienatus à regno coelorum, & æternæ uitæ detrimētum sustinens; qui & propterea reus est, quia prædicente domino, & prædicante nihil durū, nec graue, neq; quod temporis, & materiæ, aut artis, aut disciplinæ egeret, sed tantummodo mundi cordis, & fidei, iste sponte hoc donum auersatus est.

Si moechatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetrauerit cū uxore proximi sui, morte moriatur & moechus & adultera.) Nec contra hunc dura, sed imò magis nimis iusta extitit lex. Quum liceret enim propriam uxorem habere, corrumpit alterius; quum liceret in castitate nubere, & in sanctificatione propriæ uxori secundum legem misceri, in impudiciã & corruptionē alterius miscetur uxori, & dissipat filiorum successiones, dubiumq; mulieris partum, ad quem pertineat, facit. Sed & postquam dixit, moechatus fuerit cum uxore alterius, addidit: Et adulteratus fuerit cum uxore proximi sui.) Tanquam alter sit ille, alter autē hic, quod inuenire nullatenus possunt qui secundum literam solam legem accipiunt: sed inuenient illi qui ad moralem intellectum, & contemplationem spiritalē currunt. Quantum ergo sensibile adulterium malum est, tantum est intelligibile deterius. Nam illi carni, hi autem spiritui contumeliam faciunt; & hi homini, illi autē ipsi deo, de quibus Osee dixit: Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente in corde suo. Adulterium intelligibile accusans: ab omni enim populo Iudæorum hoc committebatur, corrumpente legem, legisq; dogmata. Quicūq; ergo illius uiri, de quo ait Paulus: Despondi uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo, moechatur mulierem, uidelicet ecclesiam, de qua idem ait: Viri, diligite mulieres uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam. Et rursus: Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: sacramentum autem hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Moechatus aut uerbis turpibus, disseminans in ea doctrinam propriam, & non Christi, sicut ait Paulus, turpis lucri gratia, morte moriatur & moechus & adultera. Id est, qui alienum superseminat uerbum, & ecclesia quæ in se talia patitur seminari. Hanc enim, sicut diximus, uxorem intelligamus. Primum quidem ueri

Mortis poena in eos, qui sunt parentibus iniuriiores.

Ioan. 3.

Præcepta Christi filieia.

Mysticum adulterium.

Osee 7.

Iudæi adulteri 2. Corinth. 11.

Coloß. 3. Ephe. 5.

Tit. 1.

A ueri cōiugis uidelicet Christi, deinde & coniugē eius, cui à Christo credita est ecclesia sacerdotis, aut forte doctoris. Quotquot enim æmulando Christum, & ad suum odium uerbum corrumpunt, circa naufragantes, sicut Hymeneus & Alexander, quos tradidit Paulus satanæ, ut discerēt non blasphemare, horum adulterium in personam Christi reputatur. Quicumque autē æmulatione hominum, qui regendas ecclesias sunt sortiti, tale quippiam faciunt, ut eorum doctrinam subruant, quod Paulus Alexandrum fecisse dixit ærarium, ait enim: Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddet ei dominus secundum opera sua, quem & tu deuita, multum enim restitit uerbis nostris: Horum adulterium in proximū reputatur, cum sacerdote uidelicet, siue conductore, propter cuius æmulationē, ad talē iniusticiā progreditur. Sed & huius pœna mors est: quia etsi nō specialiter cōtra Christū, tamē cōtra hominē cōtendēs, corrūpit Christi opus, gregēq; disperdit, propter quod socius eius efficitur pœnæ, quicūq; ab eo corrumpi se patitur.

2. Tim. 4.

Alexander ærarius adulter.

Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo, sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriantur, quia scelus operati sunt, sanguis eorum sit super eos. Dicta sunt hæc in hoc Leuitici libro à legislatore superius: sed illic quidem, non reuelabis turpitudinem patris tui, & matris, nec sororis, & nurus, & reliquorum per ordinem dixit, quando & nos hæc exponentes, nō solum turpis cognatorum, & nefariæ cōmixtionis auersationem legē præcipere, sed & de non reuelandis quæ cognouimus, neq; diffamandis carnalium, spiritalium, uel cognatorum peccatis dicta esse exposuimus. Hic autē deus, si dormierit, addidit: illum proculdubio deducens ad medium, qui eandem actionem prauam, quam proximū egisse cognouit, nihilominus agit, nec peccati societate m erubescens, etiam sic existit proditor, in quo & mortis pœnam legislator recte definiuit. Bene autem nouercæ nurum coniunxit, quia hoc quidem in patre à filio delinquitur, illud autem in filium à patre. Similis autē impietas est filium patris, aut patrē filij denudare, siue diffamare peccatum, quum & ipsi in similibus deliquerint. Ad quos Paulus dicebat: Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas, in quo em alium iudicas, teipsum condemnas, eadem enim agis, & iudicas.

Rom. 2.

Qui dormierit cum masculino coitu foemineo, uterq; operatus est nefas, morte moriatur, sit sanguis eorū super eos. Quia iniuria naturæ est hoc peccatum, ostendit tam nouitas eius, quàm facinus. Ergo non frustra pœnam in illo mortis lex decernit. Nos autem huiusmodi & auditu auersamur. Caueamus autē & eum qui fortis est anima, atq; ideo appellatur masculus, uir em ubiq; in diuina scriptura perfectus uirtutibus nominat, unde & Paulus ait: Donec occurramus oēs in uirū perfectū, in personā ætatis plenitudinis Christi. Caueamus ergo uerbis incōgruis effœminare, uel actiōibus, & dissoluere huius animæ uirtutē, dū cū eo uidelicet et nos dissoluamur.

Temerare in masculum.

Vir.

Ephes. 4.

H

C enim, sicut cernis, poena mors est. Qui sup̄ uxorem filiam, duxerit matrē
 „ eius, scelus operatus est, uiuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum ne-
 „ fas in medio uestri.) Nimis recte sic s̄uam poenam huic minatus est delis-
 cto, eos enim qui ex matre geniti sunt, ab his qui à filia geniti sunt, quum
 unus sit pater, incertum est utrum fratres, an auunculos oporteat appellari.
 Nam quum pater unus sit, fratres eos cogit aestimari. Ex duabus autem pa-
 rientibus, quum una sit mater, alia filia, auunculos hos, qui de matre sunt ge-
 niti, ab his qui nati sunt de filia, compellit necessitas appellari: & hoc qui-
 dem ualde secundum literam custoditur, & cauetur huiusmodi incerta com-
 mixtio, generis que confusio. Quia omnis peccati mater concupiscentia est,
 oportet & hoc præcaueri, ut si qua nobis peccati concupiscentia sit, usque
 ad hanc stemus, & non ei coniungamus actionem. Qui autem coniungit, in
 igne succenditur, nō solum autem ipse, sed & desiderium peccati, in super &
 actio ipsa. Quo igne: de quo dixit Christus: Ignem ueni mittere in terra, &
 uolo ut accendatur: id est, administrationem spiritus, qui ipsos peccatores
 de medio auferet, eorumq; peccata. Si enim spiritu, ait Paulus, facta carnis
 mortificetis, uiuetis.

In eos qui con-
 fundunt cognat-
 tionis iura.

Ignis quo pec-
 catores debeat
 comburi.

Luc. 12.
 Roma. 8.

„ Qui cum iumento, & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoq; occi-
 „ ditur. Et mulier quæ succubuerit iumento, simul interficietur cum eo. San-
 „ guis eorum super eos.) Nimia cōtra populum Iudæorum legislator utitur
 D distinctione, quia intantum iniqui, atq; libidini dediti erant, ut ad exteras
 etiam concupiscentias aberrarent, & propterea cum quadrupedibus uiri,
 mulierisq; commixtionis mentionem faciens, mortis esse huiusmodi poenā
 demonstrauit. Tu autem, forsitan superfluam esse fidelibus hanc legem iu-
 dicabis, neq; enim, inquis, egent huiusmodi iure censerī. Non autem est su-
 perflua, sed nimis eius nos iuuare spiritualis potest contemplatio: si quadru-
 pedia, uoluptates prauas, & deorsum terrā contuentes intelligamus: utpote
 omni humana carentes actione, & propterea appellatas quadrupedia, quia
 quadrupedia manus, sicut homines, non habent, atq; ideo maxima nostra
 cognatione carent. Quicumq; ergo uir, aut mulier ad alienigenas uolupta-
 tes intantum incumbit, ut ne quidem per desidiā ab eis capiatur, sed imō
 ualde eis cohæreat, & cum eis coeat, ut commixtionem cum eis diuturnam,
 & perseverantē habeat, reus est is, qui talis est, morti. Hic est enim nefariarū
 libidinū finis, qui operantibus eas punitis, recte ipsi etiam mori dicuntur.
 Neq; enim per se subsistentes, quia nulla est peccati substantia in peccatori-
 bus, operantur, quibus tamen perditis, & ipsæ simul pereunt.

Quadrupedia

Finis libidinū,
 mors.

Abrahæ exem-
 plum de Sarra.

„ Qui acceperit sororē suā filiā patris sui, uel filiā matris suæ, & uiderit tur-
 „ pitudinē eius, illaq; conspexerit fratris ignominia, nefariā rem operati sunt:
 „ occidentur in conspectu populi, eò quod turpitudinē suam mutuo reuelaue-
 rint, & portabunt iniquitatē suam.) Tolerabile esse hoc, à multis putabatur,
 sororibus filiaē patris, uel filiaē matris misceri, quia & Abraham de Sarra di-
 cebat:

A cebat, soror mea est ex patre, & non ex matre. Quod quidem nō omnimodo sic est, sicut habere putatur historia: nam eos, qui ex Thare patre Abraham geniti sunt, Moyfes narrans, nusquam Sarræ mentionē fecit, quod si et sorori suæ Abraham nupsit, ante tamen quā cognosceret deum. Malū est ergo sororibus coniugij societate misceri, unde & illud lex prohibuit. Quū ergo hæc sic se habeant, nullatenus à prædicta contemplatione recedamus. Turpitudinē autem sororis ex patre, aut ex matre, reuera illum intelligere, & accipere, qui turpem actionem à patre aut matre, id est, in qua pater aut mater deliquit, nō solum uidet, sed & accipit, per similem, & parē actionem, & nefarius est hic, non solum perscrutans, quæ non oportuit, sed & superædificans, & coniungēs se perpetrata à parentibus prauitati. Quæ soror eius, quasi prauis prauitas appellatur. Sed & ut qui diffamauit eam, & disseminauit, latentia enim plurimum parentum peccata diffamant filij, quando agunt similia. Vnde hunc qui talis est, disperdi in cōspectu populū: uel sicut LXX. in cōspectu filiorum generis sui, id est, uidentibus similia cogitantibus, præcepit: hi enim filij generis eius recte dicuntur. Cur autē in cōspectu horū: Vt unius poena cæteri pudicitia discant. Interēpto autē peccatore, et peccatū simul interit, quēadmodū semel in præcedētibus diximus.

Turpitudinē sororis qui uident.

Prodimus parentum uitia, si imitemur ea.

B Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinē eius, ipsa quæ aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populū sui. A menstrua abstinere legislator non frustra præcepit, sed hominē suadens ad pudicitia, castitatis quæ eū diligentia habere, ex qua sanctificatio prouenit, nolens & in modū porcorū continue mulieribus misceri, & ad cōmunem corruptionem uacare, sed ex coacta abstinentia usum facere ad cōtinentia. Sed quēadmodū disperdi eos de populo suo præcepit, quū purgationē ei, qui dormiuit cū menstrua, superius indixisset, dixit enim: Si coierit cum ea uir tempore sanguinis menstrualis, immūdus erit septē diebus. Deinde per hæc, purgationū sacrificia narrans, subdidit: Ista est lex eius qui fluxū seminis patitur, & qui polluitur, & quæ sanguinis fluxū patitur in menstruis suis, & influxū seminis patiente in fluxu suo masculo & foemina. Et uir, si dormierit cū menstrua, sic purgari & hunc, sicut & alios non puniri uult. Ergo contēplemur menstruatā gentiliū sapientia, lōge enim à deo est, sed & de uolatu auis, & cursu syderū, & mensuris cœli dicens, atque docēs. Cum hac ergo pessimū est dormire, id est delectari in ea, & diu coire, sed et reuelare, & palam proferre turpitudinē eius, tradendo eas quæ apud eū sunt Teletas, & errores quos habet, & fontem totius erroris exponentem: quia his publicatis, reuelat & ipsa fluxum sanguinis sui, id est ea quæ sunt de sacrificijs idolorum subintroducens: propter quod non simpliciter dixit, interficientur, sed addidit: De medio populū sui. Vel secundum LXX. ex genere suo. Quia qui sapientiam tradit gentilium, quæ præuaricatur creatorem nostrum, & scientiam eius, & pietatem, non est iustum iam ut

Menstrua mulierū cur interpellent à cōmitione.

Leui. 15.

Gentilis sapientia.

C nominetur homo: sed & imagine dei semetipsum, ignorando creatorem, priuauit, & ideo interficitur de medio populo, siue de genere suo, ut nō iam sapientia nominetur, sed careat quod habuit falso nomine atq; ficto, teste 1. Corinth. 3.

” Paulo, qui ait: Sapientia huius mundi, stultitia est apud deum. Turpitudinem materteræ, & amitæ tuæ non discooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem suam. Nec sororibus præcepit eorum, qui nos genuerūt, commisceri, tam propter generationes, ut non confundantur, quam ut competentem reuerentiam parentibus conseruemus, propter eos & à sororibus eorum abstinentes: quod similiter & secundum spiritum intelligas, ut nō solum uelentur parentum peccata silentio, & tradantur obliuioni, sed & eorum, qui eis sociati sunt, unde & eorum fratres esse dicuntur. Sileamus autem illorum peccata, quia nudatis illis, late re nec parentes possunt, unde ait: Ignominiam carnis suæ nudauit. Qui autē hoc faciunt, cui poenæ submittūtur? Portabūt ambo, inquit, iniquitatē suā.

Sine filijs mori LXX. autem addunt: sine filijs morientur. Quia qui non inuicem sua pondera portant, sed diffamant, atq; disseminant cognatorum, tam secundum carnem, quam secundum spiritum peccata, sine uirtutibus morientur, quæ est pessima sterilitas. Filij etenim nos tempore iudicij non iuuant: uirtutes autē iuuant, quarum causa uidelicet coronamur, quarum sterilitate animā ægro tare miserissimum est. Ornari autem huiusmodi filiorum generatione, beatitudini est: Et hoc est cum Esaia dicere: A facie tua domine concepimus, & quasi parturiuimus & peperimus spiritum salutis: iusticiam non fecimus in terra. Et hæc intelligis, & quæ subsequuntur.

” Qui coierit cum uxore patruī, uel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum, absq; liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit, absq; filijs erunt. Ostendit ergo legislator, quia maxime filiorum causa à creatore, societate percepit, naturam cōiugi, ea quippe quæ nūc tanquam abominabilia incongrua que prohibuit. Est enim reuera incongruum, & iumentorum uitæ proximum, uxoribus fratrum, & cognatorum, uicinorum uidelicet commisceri: & hæc in alia parte legis, id est in libro Deuteronomij non solum præcepit, sed etiam compulit, dicens: Quando habitauerint fratres simul, & unus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui: Et his similia. Quum autem frater nō fuerit, aut auunculum, aut eum qualiter est ex patris cognatione, ducere mulierem defuncti sine filijs præcepit: quemadmodum & Booz Ruth secundum legem cognationis accepit. Sic libidinis quidem causa fugit cognatorū commixtionē, societatemq; prohibet. Quando autem rursus oportet à tribulationibus subleuare, uel casibus, præcipit, & uult: & nuptias non in pollutione corruptionis, sed ad successionem generis hominibus præcepit, propter quod & eum qui

A qui sic miscetur, sine filijs mori præcepit, ait enim: Absq; filijs erunt: quia filiorum procreationes, legem male utendo, cõfundit. Quid ergo est mori sine filijs? hoc enim in hac lege quærere maxime necessarium est, utrum filios eorum, qui uxoribus fratrum, auunculorumq; nupserunt, interim præceperit, & quomodo ait: Non morientur patres pro filijs, nec filij pro patribus? Sed nullatenus eos mori præcepit, sine filijs autẽ illos mori dixit, secundum LXX. duntaxat interpretũ æditionem, ut non reputetur eis filiorum successio, nec filijs suam relinquunt hæreditatem. Hoc autem ostendit etiam Symmachus ædens planius, sed & Theodotion, qui pro eo, quod dictũ est, sine filijs morientur, sine filijs erunt, uterq; ædiderunt. Vnde & spiritalem interpretationem, & resolutionem similem habet superioribus.

Deut. 24.

4. Reg. 14.

Custodite leges meas, atque iudicia, & facite ea, ne & uos euomat terra, quam intraturi estis, & habitaturi.) Nõ nobis sufficit partem quandam conseruare legis, nec unum aliud ue mandatum ad correctionem uitæ peragere, sed omnia præcepta, & iudicia custodire necesse habemus, quæcunq; à deo iussus legislator scripsit. Hæc enim dicit præcepta, uel de quibus ipse dubitans inquirebat deum, & illo didicit iudicante, sicut in filios Israëlitis mulieris, qui loquutus est blasphemiam: leges enim quæ ita prolatae sunt, iudicia nominat. Per hæc autẽ totam hanc legem breuiter significauit, de qua nihil oportet transgredi, ut non eijciatur, id est, proijciatur præuaricator.

Iudicia custodi
re, est legi ob
temperare.

Hoc est em euomere, quod & Symmachus, similiter & Theodotion abiicere ædiderunt. Euomi autem, unde? De terra uidelicet, in qua nos deus introduci promittit: quæ sit autem hæc, ex subsequentibus discite.

Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante uos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eos. Vobis aut loquor, possidete terram eorum, quam dabo uobis in hæreditatẽ, terram fluentẽ lac & melle. Ego dominus deus uester, qui separaui uos à cæteris populis.) Non solum ad Iudæos hæc dicta sunt, qui ab omnibus gentibus propter circumcisionem, & Moyli legẽ, separatos se esse credunt, sed & ad omnes qui accedunt seruire deo: Hos enim ambulare maxime in gentium legitima non licet: gentium autem siue nationum, quarũ: quas ego expulsurus sum, ait, ante uos: quod cæteri interpretum ædiderunt, quas eijcio ego à facie uestra, LXX. autẽ, à uobis, id est dæmonia. Hæc enim à facie fidelium expulit dominantia eis, prius quã in impietate persisterent, & nec unius uni, sed multi uni dominabantur. Quod probat Maria Magdalene, de qua septem eiecit dæmonia, & qui uinctus erat catenis, dicit enim ei: Legio nomen est mihi, quia multi sumus. Hæc ergo quæ lex prohibuit, ab illis commissa sunt, aut ipsis per se agentibus, aut in hominibus operantibus: propter quod eos deus abominatus est, & nos in hæreditatem illorum introduxit in terram fluentem lac & mel. Non dixit habentem, ut de hac sensibili terra accipias, quod dictum est, sed fluentem. Quæ est autem terra, quæ lac & mel fluat?

Mat. 5.

Luc. 8.

C Delicias igitur dicit futuri seculi, et bona quæ nobis deus post resurrectionē mortuorū donat, quæ lac & mel appellauit, quia ei nihil est suauius, in his quibus nunc utimur cibis, neque dulcius. Sed & sine labore eorum, cibus est nullius operationis, uel præparationis egens: illic enim bona futuri seculi sine labore erunt aliquo, uel dolore, nullius studiū, nullius apparatus, nullius operationis egentia. Et quis nobis hæc det, aperte sequētia uerba legislatoris ostendūt. Ego dominus deus uester, qui separaui uos à cæteris populis.) Hoc autem Christus fecit: ipse enim in euangelijs, ab omnibus gentibus non solum intelligibilibus, sed sensibilibus, distinguit eos qui in eum credunt, ait enim: Ne cogitetis, dicentes: quid comedemus? aut quid bibemus? aut quo uestiemur? hæc autem omnia gentes inquirunt. Ergo aperte nos separatos esse à gentibus uult, sublimiorem sectando conuersationē.

Separate ergo et uos iumentum mundum ab immundo, auem mundam ab immunda. Ne polluatis animas uestras in pecore, & in auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ uobis ostendi esse polluta. Eritis sancti mihi, quia sanctus sum ego dominus, & separaui uos à cæteris populis, ut essetis mei.) Iumenta, siue pecora, quia populares homines intelligat lex: uolatilia autem contemplatores, qui ad sublimitatem uacant scientiæ, aperte à nobis, & cum quibus oportebat scripturarum probationibus, ostensum est, quū de sacrificijs, & cibis quadrupedū, uolatiliūq; diceremus, quia omnis popularis, mundus propter simplicitatem à pluribus iudicatur, similiterq; & qui ad scientiam diuinam semetiplos tradere, atque occupare uidentur, quod non ita se habet: oportet enim popularem prudentem esse in bono: In malo autem, sicut ait Paulus, simplicem. Hic enim qui talis est, mundus est: qui autem talis non est, immundus est. Sed & qui contemplandis diuinis uacat, necessarium habet mundum cor, mundamq; conscientiam, & fidem non fictam. Qui autem hæc non habent, in uaniloquia conuertuntur, non intelligentes, neque de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant, sicut ad Timotheum scriptum est. Necessarie ergo & horum illorum, quæ mundos separari præcepit, atque immūdos, ut ab his abstineamus, illis cōmiscemus. Sed multam sapientiam suam etiam nunc legislator ostendit: de quadrupedibus quidem, & uolatilibus ita distinguens, in reptilibus autem terræ non ita, cuncta enim quæ mouentur in terra, immunda sunt. Qui terrena uidelicet sapit, cuius deus uenter est, qui ueneno pascitur constitutarum in puluere uoluptatum. De ipsis siquidem sicut cernis, indistincte narrat, dicens: Et cunctis quæ mouentur in terra, & quæ uobis ostendi esse polluta.) Ergo omnes qui terrenis pascuntur actionibus, etsi fidelium fingant habitum, ut immundi separati sunt, & inter immunda distincti sunt, à quorum nos omnimodo malis abstinere desiderat, propter quod addidit: Eritis sancti mihi, quia ego sanctus sum dominus.) Qui forma uobis conuersationis effectus sum, qui tantum auersatus sum terrena, ut nec haberem quo

Lac & mel fluere.

Matth. 6.

Prudentia adhibenda artibus bonis.

Roma. 16.

1. Timoth. 1.

Vite nostre instituendæ Christi exemplar est.

A quo reclinare caput, qui etiam meis discipulis mandavi: Non possideatis aurum, neque argentum, neque aes in zonis uestris, non peram in uia, nec duas tunicas, neque calceamenta, neque uirgam. Intantum ergo eorum, quae in terra repunt, nihil nos sapere, aut agere studet.

Vir, siue mulier, in quibus Pythonicus, uel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos. Sanguis eorum sit super illos.) Hoc ipsum Pythonicum esse, uel diuinum, siue ut LXX. incantatorem, nimiae iniquitatis est: qui enim talis est, & ipse corruptus est, & alios proculdubio in sua iniquitate corrumpit. Vnde praecipit lapidibus eum obrui, quia nec sensibile quid agimus, sed fabulas de corde, ueluti superfluos & uanos sermones, uel quaedam quasi incantantia blandimenta, incongruis doctrinarum sermonibus studemus, ut popularium, siue simplicium seducamus auditus, ad nutriendos uentres nostros, atque explere nostras uoluptates, alias talibus exquisionibus cupientes. Aperte enim intelligibiles Pythonitos, & prauos incantatores Romanis scribens Paulus uas electionis expressit: Rogamus autem uos fratres, ut obseruetis eos, qui dissensiones inter uos, & offendicula praeter doctrinam, quam uos didicistis, faciunt, & declinate ab eis. Qui autem sint hi, in subsequentibus explaui: Hi enim domino nostro Christo non seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones, & benedictiones, seducunt corda innocentium. Ergo bene de eis legislator dixit: Sanguis eorum sit super eos.) Quia uir cor-

Pythonicus spiritus.

Incantatores blandi sunt deceptores.

Roma. 16.

B rumpunt populum.

CAPVT XXI.

Dixitque dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes, filios Aarō, & dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis, aut propinquis. Id est, super patre, ac matre, & filio, & filia, fratre quoque & sorore uirgine, quae non est nupta uiro, sed nec in principe populi sui contaminabitur.) LXX. autem: Non polluetur ex subito in populo suo, ad prophanationem suam. Litera quidem a mortuorum pollutionibus fugere sacerdotes praecipit, sed non haec est legis intentio, neque de hoc legislator proposuit, sed aliquid maius intellexit, & quod nimis de sacerdotibus necessarie dicitur: quia enim ipsos inspicere, quando negligunt populi peccata, dicitur, secundum quod in Osee scriptum est: Peccata populi mei comedunt, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Non quidem omnia, quaecunque populus peccat, ipsis oportet imputari, sed intendenda est illa ab Ezechiele propheta dicta diuisio: Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo uerbum, & annuncabis eis ex me: si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neque loquutus fueris, ut auertatur a uia sua impia, & uiuat, ipse

Mortes ciuium.

Osee 4.

Ezech. 3.

C impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autē eius de manu tua requiram. Si autē tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & uia sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaſti. Hoc autem apertius, sed & subtilius in præſenti legiſtor expoſuit: In mortibus, inquit, non contaminentur inter ciues ſuos. In quibus? In peccantibus uidelicet, quæ pollutione cōplentur, & alijs quidē ſecundum quosdam modos pollutionis autores fiunt: maxime tamen ſacerdotibus & doctoribus, quando eos neglexerint. Veruntamen in his, ait, non contaminatur in mortibus ciuium ſuorum, id eſt, quando nihil inuenti fuerint quod eis expediebat, omiſſiſſe, ſed ipſi quidem quod ad ſe pertinuit feciſſe, & dei legem prædicaiſſe; illi autem nolentes obedire, mortem ſibi met cōduxerunt inobediētiæ. Nō ergo in his qui præſunt polluuntur, ſed in propinquo, & proximo ſuo, in patre, & in matre, in filijs & filiabus, in fratre, & ſorore uirgine, quæ non eſt nupta uiro. Oportet enim ſacerdotem diligentiam adhibere & populo ut non peccet, ſed præcipue domui ſuæ, & cognatis, propter quod Paulus ait: Hæc præcipe, ut irreprenſibiles ſint. Si quis autem ſuorum, & maxime domeſticorū, curam nō habet, fidē negauit, & eſt infideli deterior. Et ruruſ: Si autem quis ſuæ domui præeſſe nescit, quomodo eccleſiæ dei curam habebit? In filio, & filia, & fratre, & ſorore uirgine, uidelicet peccantibus, neceſſarie ſacerdos polluitur: utpote qui debet quotidie, ſed & omni hora, ea quæ ad ſalutem pertinent, eos inſtruere, & uigilare circa eos, ut nō peccent talia quæ morte ſunt digna. Hoc autē ipſum in patre, & in matre intelligendum eſt: Filium quippe doctorem patris, matrisque ſacerdotalis dignitas facit. Dicens quidem ſororem, quæ non eſt nupta uiro, oſtendit per hanc, quia ſi cognati ſacerdotes ſemetipſos ſeparauerint, & domus quodammodo alia ſemetipſos ſeparantes facti fuerint, nullam patiuntur in peccantibus his pollutionem. Quandiu autem eis adhærent propinquitatis, & cognationis legem cuſtodientibus, contaminationis eorum recte participes efficiuntur: quia nec ignorare eorum peccata, utpote cohabitantium poſſunt, quod eis & contaminationis cauſam parit. Vnde ergo dicens quod in his contaminarentur, ſubſequenter addidit ſecundum LXX. non polluitur ſubito in populo ſuo, ad profanationem eius. Quid per hoc oſtendens, niſi quia polluitur quidem & in populo peccante ſacerdos, ſed non ſubito? Quæ autem accedunt in extraneis culpæ, hæc non illico ſacerdotē contaminant, ſed quādo ipſi quidē permaſerint in peccatis, ſacerdotes autem eos curare neglexerint. Inſuper ſubito quiſpiam peccans, de populo, uenia dignū ſacerdotem, utpote ignorantem, facit: tempore autē longo præparatum peccatum cōmittens, locum ei ueniæ non reliquit: oportebat enim ſacerdotem non ignorare, ſi tamen diligenter populo præſediſſet, eſſetq; ſolicitus quomodo hic, quomodo ille ſe haberet, utrum ſtarent, an nutarent, ut nutantes fulciret. Hi em̄ qui ſubito cadūt, eos qui

*Soror innupta
quare ad sacerdotē
pertinet.*

*Subita peccata
populi sacerdotem
non contaminant.*

A qui præsunt, sine culpa faciunt, quemadmodum procella gubernantes, ex improviso superueniens. Et propterea non dixit sacerdotem subito in populo pollui ad prophanationem suam. Non frustra autem addidit prophanationem, sed illud per hoc uerbum innuens: quia quando sacerdos polluitur, secundum predictam causam populi peccatis, uidelicet negligens, & non agens quae modis omnibus sacerdotem oportebat, profanus, id est nudus sacerdotij dignitate inuenitur unus & ipse de multis: Profani enim hi, qui non sunt sanctificati dicuntur, & multum recte, quia ea quae sunt sacerdotis non egerunt.

Profani.

Non radent caput, nec barbam, neque in carnibus suis facient incisuras.)

Vinci à sacerdotibus etiam tristitiam, quae de morte solet accedere, lex recte praecipit, utpote qui & ipsi spem uitae futurae habent, & populum docet. Sed extra haec non solum in proprijs peccatis uigilare eos, & mentes habere sanas, sed etiam in alienis, in his quae nunc dicta sunt, euidenter praecipit: quomodo autem, discite. Caput & barba, sapientiae est & perfectionis nostrae signum: propter quod caput nostrum appellatur Christus, in quo sapere habemus maxima quaeque, atque perfecta, teste Paulo, qui dicit: Donec occurramus omnes in uirum perfectum, & mensuram aetatis plenitudinis Christi. Recte autem & barba significat perfectionem sapientiae, alterum autem intelligentiam, quia in his qui ad iuuenile uenerunt aetate, iam quae sunt utilia scire ualentibus, barba nascitur. Quonia ergo mortuos, peccatores non solum dominus, sed & Paulus appellat, quum dicit: Et quum essemus mortui peccatis nostris, conuiuificauit nos Christo. Non oportet sacerdotis maxime caput, aut barba radi super mortuum, id est super peccatorem: Neque enim oportet cogitationes, quae sicut capilli ornatus sunt capitis, & ipsae ornatus sunt nostrae sapientiae, quando tamen sunt ordinatae atque sobriae, sacerdotem corrumpere alio peccante, sed conseruare integras, ut possit exhortari, obsecrare, arguere, increpare, secundum quod Paulus ad Timotheum scripsit: Argue, increpa, obsecra, in omni patientia, & doctrina. Quomodo autem hoc fiat, subdidit: Tu autem uigila in omnibus labora, opus fac euangelistae. Ergo sacerdos qui non exhortatur, & arguit peccantem, non uigilat: qui autem non uigilat, radere caput, & barbam secundum uirtutem praedictorum recte dicitur. Sed neque facere in carne sua concisiones super mortuo sacerdotem decet, id est non scandalizari in peccatore, nec offendere peccante aliquo, neque carnalem ex hoc sumere sapientiam, ad illicitatem similis iniquitatis: Incisura enim, sapientia carnis est: quod de Iudaeis, qui carnaliter uiuunt, & sapiunt terrena, ait Paulus: Videte canes, uidete malos operarios, uidete concisionem.

Christus caput est nostrum, id est perfectio. Ephe. 4.

Ephe. 2.

Mortuus peccator intelligitur.

2. Timoth. 4.

Radere caput dicitur episcopi oscitantes.

Philip. 3.

Sancti erunt deo suo, & non polluent nomen eius: Incensum enim domini & panes dei sui offerunt, & ideo sancti erunt.) Quomodo polluant sacerdotes nomen dei, Malachias propheta exposuit: Vos sacerdotes, qui polluitis nomen meum, & dixistis, in quo polluimus te? offertis super altare meum panem pollutum. Et his similia addens subdidit: Propter quod si offeratis cae-

Malach. 1.

Cum ad immolandum, nōne malum est: & si offeratis claudum, & ianguit
Malach. 1. dum, nōne malum est: Et rursus: Magnum est nomen meū in gentibus, di-
 cit dominus: uos autē polluistis illud in eo, quod dicitis, mensa domini deser-
 ta est. Ergo in peccato sacrificorum dei nomen polluent sacerdotes. Vnde
 quum legislator dixisset: Non polluent nomen eius, non frustra addidit:
 Incensum enim domini, & panes dei sui offerūt. Vel sicut LXX. Quia ipsi
 offerunt sacrificia dei: quæ nō tantum de inrationabilibus hostijs, quantum
 de rationabilibus præcipere legislatorem, & prophetā putes. Pollutam em̄
 dicit, & ostendit domini mensam sacerdos, ille qui ab ea eos, qui iniquitate
 peccati polluti sunt, nō præcipit abstinere, sed indiscrete terribilia permittit,
 & sancta contingi. De quibus ait Paulus: Qui non discernit corpus, iudiciū
 sibi manducat, & bibit. Offeret autē & claudum ad altare, qui infidelem ad
 ministeriū prouehit: sic enim infideles Helias Thesbites appellauit, quādo
 i. *Corinth. 11.* Iudæis dicebat: Vsq̄quo claudicatis in utranq̄ partem? Cæcū & surdum
 prouehit, qui inobedienciæ, uel ignorantie dei morbo laborantem produ-
 cit, de quibus Esaïas deum suum introduxit dicentem: Surdi audite, & cæci
 intelligite. Quis cæcus, nisi seruus meus? & quis surdus, nisi ad quē nuncios
 meos misi? Quādo ergo hos, qui tales sunt, offerre ad altare, & suscipere my-
 sticum ministerium sacerdos proposuerit, non polluat nomen dei sui, neq̄
 em̄ erit ei hoc sine maledictō, & detractōne: utpote qui ministrare deo ma-
 los præcipit. Sed & ipse sanctus erit, ab his se continens, quod ostendit Pau-
 lus dicens: Manus cito nemini imposueris, neq̄ cōmunicaueris peccatis alie-
 nis, temetipsum castum custodi. Ergo causa castitatis, & sanctificationis est
 sacerdoti, in nullo prædictorū misceri. Scortum, & uile prostibulū nō du-
 cet uxore, nec eam quæ repudiata est à marito, quia consecratus est deo suo,
 & panes propositionis offeret. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum do-
 minus, qui sanctifico uos. Mirabilis est præsens sanctio in LXX. translatio-
 ne: quia idem mandatū in personam multorū, & rursus in medio proferēs,
 aduocauit. Et manifestū proculdubio ex hoc est, quod de multitudine qui-
 dem sacerdotum præcepit, in unum autē omnium sanctificationem deduxit,
 aiunt enim: Mulierem meretricē, & profanam nō accipient. Et paulo post:
 Sanctus erit. Et rursus: Sanctificabo eum. quasi de illis dicit, qui unius, id est
 illius, qui secundū ordinem Melchizedec ministrantis officiū susceperunt:
 illum em̄ & ipsa textus uerba sine difficultate significant, sicut extra nostram
 translationem etiam cæteri interpretū ostenderunt. Etenim, quod LXX.
 dixerunt, Dona domini dei uestri ipse offeret, illi adiderūt: Quia panes dei
 tui ipse offeret. Nullomodo autē ignoras, quia Melchizedec oblationē, & sa-
 cerdotiū in panibus possidebat. Propter quod & Abrahæ panes gerēs, &
 uinum, quæ erāt signa eius sacerdotij, occurrit: gerebat em̄ imaginē Christi,
 de quo Dauid patrem exhibuit in prophetia dicentē: Tu es sacerdos in æter-
 num, secundū ordinē Melchizedec, Cuius & nunc legislator hic dignitatē.

A non solum panum memoriam faciens ostēdit, sed & subsequētia uerba, si eorum subtilius ordinem attendamus, hoc euidenter innuunt, quia sacerdotum sanctificatio ad Christum tendit, non solum qui ab eo sacerdotij legem, & modū acceperunt, sed quia sacrificiorū quæ ab eis offeruntur, atq; oblationum, ipse apud patrē mediator est. Et propterea ait: Incensum enim domini, & panes dei sui offerunt. Siue secundū LXX. Dona domini uestri ipse offeret. Cur autē addidit: Sit ergo sanctus, quia & ego sum sanctus dominus qui sanctifico uos? Non dixit, qui sanctifico te, ne forte existimes illū sanctificari, qui dona ad patrē, ut mediator offeret, sed sanctificās uos uidelicet, qui in eius figuram sacerdotes ecclesiæ constituti sunt. Quid ergo necesse erat sic uerba cōnecti? Aut quā omnino habet consequentiā taliū prolatio uerborū in translatione LXX. sanctus erit, quia sanctus sum, ego dominus qui sanctifico eos? Superius em̄ sanctificationis ei testimoniū præbitū est, sicut prædicti ædiderunt, dicentes: Quia sanctus est domino deo suo. Quomodo ergo rursus inferet: Et sanctificabis eum? Dona em̄ domini dei uestri ipse offeret. Tria ergo hæc, per ea quæ dicta sunt, ostēdit, id est quia Christus secundum quod est deus, & sanctus est, à semetipso sanctificationē habens: sed & nos sanctificans, de quo dixit Paulus: Qui sanctificat, & qui sanctificantur ex uno omnes. Sed ille quidē à deo unū solum filius, sed & dei natura, nos autē gratia: propter quod ille quidē sanctificat, nos autē sanctificamur: Secundū autē quod incarnari ei placuit, & nō solum sacrificiū, sed & pontifex fieri, secundū hoc patrē, & dominū, & deum habere dicitur, sicut ipse ad Mariā Magdalenā dixit: Vade ad fratres meos & dic eis: Ascēdo ad patrem meū, & patrem uestrū, ad deum meū & deum uestrū. & propterea ait: Quia sanctus est domino deo suo. Sanctus est sicut deus, domino autē deo eius ut homo. Propter quod & sanctificabis eum, dona enim domini dei uestri ipse offeret. Sed & quia in eius figura qui ab eo cōstituit sacerdotes ministrant, in ipsis, & ab ipsis sanctificari dicitur. Et propterea quum semel dixisset, Sanctus est: addidit tamen, Sanctificabis eum: & rursus, Sanctus erit. Quomodo autē nos eum sanctificare possumus? Vnde, aut à quo sanctificationē habentes, ostendens addidit: Quia sanctus ego sum dñs, sanctificans eos. Si ergo à deo datā nobis sanctificationē nos sacerdotes custodiamus, sanctificamus per nostrā sanctificationē eum, qui sanctus secundū naturam est, in nobis duntaxat, quia in conformibus, & participibus eius gloriæ uoluit sanctificari, hanc transformationem usus est, quasi figurate & typice loquens. Veruntamen eos, qui sanctificantur ab eo, scortū & uile prostibulum ducere nō uult, aperte contra Iudæorū synagogā intendens: quæ quia meretrix est, audi dominū in Esaia dicētē: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Syon, plena iudicij: iustitia habitauit in ea, nūc autē homicidæ. Sed & in Osee: Et auferā fornicationem eius in medio eius, & adulteriū eius de medio uberū eius. Insuper & Dauid prædicat profanationē eius, ait em̄ deo: Profanasti in terra sanctitatē eius, destruxisti omnes macerias eius. Sanctifi

Mediator.

Heb. 2.

Sanctificatio
nostra.
Ioan. 20.

Sacerdotes sanctificant.

Meretrix.
Esaie 1.Osee 2.
Ide ca.

Psal. 79.

Catio aut̄ Iudæorum, synagoga eorum erat proculdubio: in ipsa enim erat
Sanctificatio
Iudæorum syn- & sacrificium tabernaculi, in qua eorum consummabant legitima. Ipsa est
nagoga. & repudiata à deo, tanquam à uiro suo, qui ei per electionem uir factus fue-
 rat. Sed quia postea eam culpabilem reperit, propterea repudiavit, quia
Osee 2. omnino eiecta est. Vocem audi, quam Osee protulit: Iudicate matrem ue-
 stram, iudicate, quia ipsa non uxor mea, & ego nō uir eius. Audi autem &
Esa. 50. quam Esaias propheta tradidit: Sic dicit dominus: Quis est hic libellus re-
 pudij matris uestræ, quod misi ad eam? Vbi autem est repudium & missio,
 manifestum est, quia uxor erat de qua hæc dicebat. Non uult ergo eam
 uxorem sacerdotem ducere, ut non aliqua eorum, quæ ad eam pertinent
 legitimorum prædicet, nec utatur eis, quibus illa secundum literam uteba-
 tur: Id est, ut neque sacrificia irrationalium, & purificationes sensibiles, hi
 quibus intelligibilia credita sunt, agant. Sacerdotis filia si deprehensa fue-
 rit in stupro, & uiolauerit nomen patris sui, flammis exuretur.) Graue est
 quidem etiam cuilibet uiro fornicari filiam, maxime tamen sacerdotis, quia
 secundū quod dixit Paulus: Oportet sacerdotes filios habere subditos cum
 omni castitate: ita ut non dicatur de eo quod sequitur: Si quis suæ domui
 præesse nescit, quomodo ecclesiæ dei curam habebit? Propterea Iudæo-
 rum synagoga non solum uxor, sed & filia dei appellata in prophetis inueni-
 tur. Sed utrunq; ipsa deprauans, indigna donis apparuit, & propterea alie-
 na facta est, ita ut deus per Esaiã diceret: Relinquetur filia Syon, sicut umbra
 culū in uinea, & sicut tuguriū in cucumerario, & sicut ciuitas quæ uastat.
 Ipsa profanata & adulterata est. De hac inuenies dominū per prophetiã in
Osee 2. Osee dicentē: Filijs eius non miserebor, quia filij fornicationis sunt, quia for-
 nicata est mater eorum, nam & igne exusta est. Quod manifestat templum,
 & ciuitas hæc Hierusalē antiqua, adhuc ostendens incendij reliquias. Ergo
 uera & inrefragabilis est spiritalis legis contemplatio: neq; enim solū succen-
 sa est, sed secundū quod ait lex, funditus exusta est. Pōtifex, id est sacerdos
 maximus inter fratres suos, super cuius caput fustum est unctionis oleum, &
 cuius manus in sacerdotio cōsecratæ sunt, uestitusq; est sanctis uestibus, ca-
 put suū non discooperiet, uestimēta sua non scindet, & ad omne mortuū nō
 ingrediatur omnino. Super patre quoq; suo, aut matre nō contaminabitur,
 nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuariū domini, quia oleum sanctæ
 unctionis dei sui super eum est. Ego dominus.) Quis est sacerdos magnus
Psal. 146. inter fratres suos, nisi utiq; ille de quo dixit Dauid: Magnus dominus, & ma-
 gna uirtus eius, & sapientiæ eius non est numerus: Quis em̄ uirtutem eius
 considerare, quis numerare sapientiã, aut compræhendere potest: Quia quū
 deus sit, propter dispensationē actorum pro nobis mysteriorum, etiam sa-
 cerdos effectus est. Recte ergo hic magnus sacerdos, utpote qui semetipsum
 pro nobis hostiam & oblationē obtulit, appellat. Propter quod & seruos
 fratres suos dicere passus est, id est sanctos, qui semper eius faciunt uolunta-
 tem. Ait enim: Quicunq; fecerit uoluntatē patris mei, ille meus & frater, &
 foror

Sacerdotis fi-
lia deprehensa
in stupro.

1. Timoth. 3.
Synagoga, si-
lia & uxor.

D
Esaia 1.

Magnus sacer-
dos Christus.

Matth. 12.

foror, & mater est. Super huius caput oleum unctionis effusum est, de quō dixit: Sedes tua deus in seculum seculi, uirga recta est, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ, præ confortibus tuis. Concordantia huic legi dicens, nō solum quia unctionis uterq; memoriā facit, sed quia sicut & David, excellere semetipsum in ipsa unctione, suis participibus protestatur. Quod enim dixit, præ participibus, super participes tuos sine aliqua dubietate intelligitur: sic eum etiam legislator maximum dixit inter fratres suos, id est, superiorem. Quod autem maxime in præsentī oportet intueri historia, quā secundum LXX. æditionem addere debuisset, cui effusum est super caput oleum unctionis: non sic ait: sed, maximus de fratribus eius, qui effudit super caput eius. Quia enim Christi caro est, quæ suscepit unctionem in semetipsam communitatæ, siue unitatæ diuinitatis. Ex hac autē carne, fratres eius, & cognati effecti sumus. Recte ait pontifex, id est sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput effusum est unctionis oleū, ut aperte inueniatur hoc quod intelligendum est, maximus inter fratres, id est, carnis suæ. Ipsa est enim, quæ suscepit unctionis oleum huius sacerdotis, & consecratas fuisse manus, siue ut LXX. consummatas per crucis confixionem manifestum est. Tunc enim, quemadmodum hi qui secundum legem sunt sacerdotes, in sanguine uituli, & arietis consummabant, siue consecrabant manus suas: sic & ipse proprio sanguine suas manus consecrauit, siue consummauit. De quo ait Paulus: Qui quum esset filius, didicit ex his quæ passus est, obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ, appellatus à deo pontifex, iuxta ordinem Melchisedec. Et rursus: Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, quia multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummare. Hic & uestimentis illis indutus est, quæ David in psalmis cantabat: Dominus regnauit, decorem induit, induit dominus fortitudinem, & præcinxit se uirtute. Hic caput suum non discooperuit, nec uestimenta sua concidit. Caput suum non discooperuit, quia à patre suo, qui eius caput appellatur, nec passiones carnis sustinens separatur. Sed nec uestimenta concidit, id est, carnis: ex quo enim uerbum caro factum est, inest totus suæ carni, & nunquam ab ea, nec à crucifixa, nec à sepulta, nec aliud quodlibet passa, quod ad naturam nostram pertinet, se abscidit. Et ad omne mortuum non ingreditur. Omnino super patre quoque suo, & matre non contaminabitur.) LXX. autem dicunt: Super omnem animam mortuam non ingreditur. Quomodo autem anima moritur, quum sit condita immortalis? Audi prophetam dicentem: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, impietatis utiq; morte: hæc est enim animæ mors, quam maxime gentes passæ sunt, quæ nec legem dei, nec aliam eius scientiam habuerunt. Super animam ergo mortuam, uel ad omne mortuum, non ingreditur: quia & si omnium peccata portabit, ueruntamen impollutus

Psal. 44.

Præ participibus.

Maximus inter fratres. Vnctio unitæ diuinitatis. Fratres Christi.

Heb. 5.

Heb. 2.

Psal. 42.

Caput non discooperire. Vestimenta concidere.

Ezech. 18. Animæ mors impietas est.

C permanet, & nec gentium peccatis polluitur. De his enim secundū LXX.
 omni animæ mortuæ, utpote contra omnes effusa impietate, & idololatria
 dicitur: Et nec super patre & matre,) Super populū uidelicet Iudæorū, ex
 quibus est secundum carnem, & propterea appellatur eius pater, & mater:
 Contaminabitur, nec de sanctis egredietur.) Et si peccatoribus cōdescēdere
 elegit, permanet tamē sanctus, & in sanctis requiescit, & à sanctis qui in cœ
 lo sunt angelis circumdatur. Sed nec polluet sanctuariū domini, quia oleum
 sanctæ unctiōis dei sui super eo est.) Ergo etsi uideris eū cū publicanis, & cū
 meretricibus conuersantē, dicentē peccatoribus: Nō ueni uocare iustos, sed
 peccatores in poenitentia: tamen in nullo horū contaminabitur: actionis em̄
 eorū malæ particeps nō efficitur. Vnde nō polluit sanctuariū dei.) Id est, spi
 ritum sanctū, de ipso enim ait: Quia oleum sanctæ unctiōis dei sui super eo
 est.) Cōcordās & ipse de Christo Esaiæ uerbis: Spiritus domini super me,
 propter quod unxit me. Spiritus autē pollutio, id est, iniuria, & cōtristatio, est
 omnis peccati pollutio: propter quod & Paulus à peccatis abstinentiā do
 cens, dicebat: Nolite contristare spiritū sanctū dei, in quo signati estis in die
 redēptionis. Sic de maximo sacerdote & præcedentia intelliges, sed & sub
 sequentia. Nec enim incompatentē quendā & immansuetū eū, qui primus
 sacerdos est, legislator uult, ut ad nullū mortuū accedat: sed suadere nobis
 uult, quia tanta sanctificatio, qua pontifex indui dicitur, de mortuorum ui
 sione pollueretur.

Ego dominus, uirginē ducet uxore: uiduā & repudiatā, & sordidā, atq;
 meretricē nō ducet, sed puellā de populo suo, ne cōmiscet stirpem generis
 sui uulgo genti suæ, quia ego dominus qui sanctifico eum.) Seipsum esse le
 gislatorē, & impletorē huius sanctionis maxime ostendēs, Ego dñs, neces
 sarie addidit: qualis autē, subsequētib; edocuit uerbis: Virginē ducet
 uxore de populo suo. Siue ut LXX. de genere suo, quia genus Christi pro
 pter carnē omne hominum genus esse, cui libet certū est: hic ex hac uxorem
 uirginē, id est, ecclesiā in eum credentiū duxit, de qua Paulus dicebat: Des
 spondi uos uni uiro, uirginē castam exhibere Christo. Viduam, & repudia
 tam, & sordidam, atq; meretricē non ducet.) Iudæorū synagogam uiduā in
 prophetis appellatā nouimus, ad quā dixit: Tondere, & gaudere super filios
 tuos teneros, dilata induitatē tuam sicut aquila. Sed & de populo Iudæorū,
 siue proditore Iuda, communis em̄ eorum est iniquitas, dicit: Fiant filij eius
 orphani, & uxor eius uidua. Ipsam autē repudiatā & uiduā, secundū ea quæ
 ante paululū dicta sunt, intelligimus: Repudiata est enim à dei societate, cū
 idolis fornicans, propter quod eā in coniugio accipere nō patit, ut intelligas
 quia eam cōuersationē, quæ in umbris & figuris est, prohibuit, & in nullo ei
 cōmunicare uult hos, qui ei expectant per uitā bonam, fidemq; cohærere.
 Vnde quū semel dixisset: Puellā uirginē de populo suo, siue genere suo acci
 piet: nō contentus fuit, subdidit: Viduā, & meretricē, & repudiatā non acci
 piet.) Secūdū LXX. aut, Virginē de genere suo accipiet: ut primū illud qdē
 de omni

Christus pecca
 toribus conde
 scendens, per
 manet sanctus.

Lucæ 5.

Esaiæ 61.

Ephes. 4.

Uxorem uirgi
 nem ducere.

Mich. 1.
 Meretricem
 ducit qui iu
 daizat.

Psal. 108.

Repudiata.

A de omni intelligas ecclesiæ corpore: hoc autē secundū, de anima omni. Quæ
 admodū em̄ societas fideiū, sic & anima uniuscuiusq; sponsa dei, & ecclesia
 est. Cur autem desponsatā sibi non uult participem fieri Iudaicæ cōuersatio-
 ni, ipse subinfert: Ne cōmisceat stirpē generis sui. Vulgo, gentis suæ. LXX.
 autem: Et nō profanabis semen in populo suo. Ergo profanatio fidelium est,
 hi em̄ sunt semen, & plebs nostri sacerdotis, Iudaicis moribus sociari. Et pro-
 pterea Paulus dicebat: Euacuati estis Christo, qui in lege iustificamini, à gra-
 tia excidistis. His subdit: Ego dominus qui sanctifico eum. Id est, propterea
 opus non habet legis figuras, nec sacrificia, nec purificationes, quoniam ego
 dominus pro omnibus illis & sacrificiū efficior, & purificatio, & quodcūq;
 dixeris pertinere ad aliam sanctificationē. Qui aut, quādo uiduæ, & meretri-
 cis, & repudiatæ mentionē fecit, has, inquit, non accipiet, dicimus & hoc de
 hæreticorū conuenticulis legislatorem dixisse: Viduatae sunt em̄ dei scientia,
 propter quod & à piorū cōmunionē expulsi sunt, sed & fornicant incōgru-
 is, & nefarijs dogmatibus. Ergo recte uiduam præposuit, secundā repudia-
 tam, tertiam meretricē subdidit: harū nullā sibi dominus ad societate ducit,
 ut nō polluant fideiū semē, quia corrumpunt mores bonos colloquia mala.

Locutusq; est dominus ad Moysen dicēs: Loquere ad Aaron: Homo de
 semine tuo per familias, qui habuerit maculā, nō offeret panes dño deo suo,
 ne accedat ad ministeriū eius. Si cæcus fuerit, si claudus, siue paruo, uel gran-
 di, uel torto naso, si fracto pede uel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem ha-
 bens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, uel herniosus.
 Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, nō accedet offer-
 re hostias domino, nec panes deo suo: uescetur tamen panibus, qui offerunt
 in sanctuario, ita duntaxat, ut intra uelum non ingrediatur, nec accedat ad al-
 tare, quia maculam habet, & cōtaminare nō debet sanctuariū meum, ego do-
 minus qui sanctifico uos. Si secundū literam hanc sanctionē accipere uolue-
 rimus, quomodo legislatoris esse iusta uidebit intentio? Neq; em̄ uolūtate
 sua maculæ hominibus eueniunt. Quomodo ergo nō incongruū est in his,
 quæ sponte nō fiunt, sacerdotē ab officio repelli? Quid autem & si quis hoc
 ipsum legis cognoscens præceptū, sacerdoti inuidēs, membrū eius, manum,
 uel pedē, aut oculū, aut aliquid aliud attriuerit, aut si pugnans cōtra alienige-
 nas, & pro sanctis dei armatus, præesse em̄ bellis sacerdotes in Deuterono-
 mio Moyses præcepit, uulnus accepit, ex quo quælibet ei ex prædictis ma-
 culis eueniret, putas ne dignus erat propter hoc de sacerdotio remoueri? In-
 tantū em̄ nō sunt corporū maculæ abominabiles deo, ut dominū illuminare
 cæcos Dauid diceret. Sic pulchritudinē nū elegit, nec robustū corpus, nec
 quod uidet bene positū, ut ad Samuelē diceret de maiori filio Iesse, quia spe-
 ciem deo placere putauerat: Non respicies ad uultū eius, neq; ad altitudinē
 staturæ eius, quoniā abieci eū. Atqui rex nō sacerdos erat qui ungebatur: re-
 gi aut necessaria erat species, & magnitudo corporis. Sed quid his addidit?

Gala. 5.

Sacerdos nec
uiduam nec me-
retricē ducat.

1. Corinth. 15.

Nec uis sacerdo-
tum.Sacerdotes bel-
lorū principes
Deut. 20.

Psalm. 145.

1. Reg. 16.

Maestas cor-
poris in rege.

C Nec iuxta intuitū hominis iudico. Homo uidet ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Cor enim scrutatur, si maculam habeat, & eos qui immaculati sunt animo, hos electos iudicat: eos autē qui maculam in anima habēt, reprobat. Si em̄ malū est claudicare pedibus, aut oculos infirmos habere, & à deo separant, quomodo Isaac, quomodo Iacob caligare permisit, & salutem perdere uisionis? etenim Isaac nō cognouit Iacob, Esau fingentem personam. *Gene. 82.* De Iacob autem dictum est: Oculi Israël caligauere præ nimia senectute, & clare uidere non poterat. Propterea & nunc legislator sic indistincte de macula sancit, dicens enim: Homo de semine tuo, qui habuerit maculā.) Et quū non distinxisset locū, illico subdidit: Non offeret panes deo suo, nec accedet ad ministerium eius.) *Gene. 48.* LXX. autē dicunt: In quo fuerit macula, nō accedet. Vides quia, in quo, dixit, non in corpore, in nobis autē proprie hoc, quod in anima nostra est, esse dicitur. Ergo claudum dicit, uiam dei corrumpentem, qui ex parte, diuina mandata, & legem subuertit, de quibus in Psalmis dicit: *Claudi.* Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni in uetera ureunt, & claudicauerunt à semitis suis. Quemadmodū enim claudi unus pes sanus esse uidetur, alter autē claudicat: sic & huius unum quippiam interim sanum esse uidetur, gloriatur enim seruire se deo: aliud autē infirmum est, dum corrumpat præuaricatione *Cæci.* legem mandatorum, quæ transgreditur intentionem. Cæcus est, qui ex tota ignorantia dei morbum sustinet, & lucem ueritatis intendere non ualet. Propter quod de Iudæis dominus dicebat: Cæcus cæco si ducatur præbeat, am̄ in foueam cadūt. Naso propriū est odorari. Hoc ergo sano, bene quis odoratur: terebrato autē uel truncato, nō bene quis odoratur, quales sunt quidam quibus mala placent, propter hoc quia malum habent cogitationum odoratum. Quia enim odorari diuina scriptura in eo, quod placitū fuerit, accipere solet, audi David dicentē ad Saulem: Si dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificiū. Et rursus, quando Noë immolauit, ait: Et odoratus est dominus deus odorem suauitatis. In placendo autem utrunq; sancta scriptura accepit. Incisa auricula, auditū ad inobedientiam secans. Contritionē autē manus, & contritionem pedes habent illi, de quibus David psallebat: Non ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me: uidelicet diripientis, siue uiolantis. Ergo superbum, & auarum per hoc legislator significat. Gibbus est, graue ferens peccatorum pondus, & hoc non uidens, quia retro est gibborū congeries, quæ ab eis minime cernitur. De quibus in Parabola dicitur, quam rex Israël cōtra regem Syriæ usus est: Quid operatur gibberosus quasi rectus? Lippus, & albuginē habēs in oculo.) Qui oculos læsos & infirmum uisum habent, dicimus esse eos, qui habent quidem dei scientiam, sed corruptam, quales sunt quidam qui inflantur: de quibus dixit *Gibbosi.* Paulus: Si quis aliter docet, & nō adquiescit sanis sermonibus domini nostri IESU CHRISTI, & ei qui secundum pietatem est doctrinæ, superbus, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas uerborū. Vel illi intelliguntur

A guntur, qui sciētiam uita repellunt. Suffusio autem, quod Aquila ædidit, quia non omnibus patet, sed solis doctis medicis, in tumore recte accipitur: Neq̄ enim ab omnibus passio hæc, sed à solis illis qui sciunt discernere quæ ad animam pertinent, cognoscitur. Quemadmodum autem suffusio uisum pupillæ tegit, sic arrogantia, & elatio circumfusa animæ, obscuram eius scientiam facit. Albugo autem, in uita, & conuersationis prauitate accipitur, quia omnibus oculis aperte hæc inest passio, sicut & uitæ prauitas latere nō potest, quæ subuertit dei scientiam, etsi habere se eam hi, qui prauē uiuunt, glorientur. Paulus etenim de his dixit: Qui confitentur se nosse deum, factis autem negant. Qui autem non frustra lippo etiam eos, qui hæc circa scientiam patiuntur, comparamus: hinc conijciēs inuenies eorum uitam, qui suffusionem patiuntur, aut albuginē. Oculi quidē aperti apparent, similes autē sunt, quandiu infirmantur, cæcis, sed quando saluati fuerint, purgati à prædicta passione, uti oculis, sicut & sani, possunt. Sic & hi qui scientiam ex quodam tumore, uel uitæ prauitate uulneratam habēt, ab his qui ignoratiæ infirmitatem patiuntur, nihil differunt, usq̄ dum tumorem illum, aut uitæ prauitatem detergant: licet enim eis tunc sano uti, & mundo oculo scientiæ. Iugem scabiem detractor habet: Quemadmodum enim pessima scabies demolitur, ita detractor facile prouocatur. Impetigines fornicator habet, maculæ enim apertæ sunt impetigo corporis. Quemadmodū enim fornicatio animæ & corporis testis unius, secundum LXX. est doctor qui dicit, & nō agit, creare enim filios, qui talis est, non potest. Quicūq̄ ergo unā prædictarum maculam habet, dona deo offerre, aut sacrificia non potest, quia immaculatum esse & animo sacerdotem oportet: quem sicut Moyses duodecim maculis mundum esse præcepit, tot eas enim inuenies secundū LXX. denumeratas, sic & Paulus duodecim cōseruare eum, qui sacerdotium sortiturus est, præcepit dicens: Oportet episcopum irreprehensibilem esse, sicut dei dispensatorem. Quis autē irreprehensibilis, nisi impollutus? Deinde unde colligatur irreprehensibilem eum esse, à qualibus maculis, aut passionibus carendo, in subsequētib; ostendit. Non superbum, non iracundū non uinolentum, non percussorē, non turpis lucri cupidū, sed hospitalē, benignum, castum, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem. Duodecim ergo & ipse custodire sacerdotem uult, & quamobrem ei tanta superimponat, in præcedētib; dixit: Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, sicut dei dispensatorem. Qui autem dispensat quæ dei sunt, opus habet eos, quorum dispensator est, uirtutibus præcedere: Nam quomodo illos dispensare, quomodo disponere poterit? Quia autem legislator comedere de sanctis præcepit, unamquamlibet prædictarum macularum habentem: intra uelum tamen & altare, corpus uidelicet Christi, accedere non præcepit, id est ministrare. Sic & hoc forsitan in ecclesijs inuenies custodiri, si quis

Suffusio arrogantiam significat.

Albugo in oculis.

Tit. 1.

Iugis scabies detractorum.

XII. macule in nouo & ueteri testamēto, à quibus debent esse immunes sacerdotes. 1. Timoth. 3.

Qui honoris gradu præstāt ceteris, uideāt ut uirtute excellant.

C enim approbatus fuerit sacerdotum, maculam habuisse aliquando animæ, & ab ea cessauit, sanctis quidem communicare non prohibetur; ministrare autem hunc qui talis est, non licet, nec ad uelum accedere, & ad altare, id est ad corpus domini, ut eius ministerium peragat. Hoc enim uelum & altare Paulus Hebræis scribens, docuit: Habemus altare, de quo comedere non habent potestatem hi qui tabernaculo deseruiunt, uidelicet dominici corporis. Hoc enim Iudæis propter incredulitatem & seruitutem literæ uti non licet. Hoc ipsum autem & uelum dici, ab ipso discite: Habentes ergo confidentiam in introitum sanctorum, per uelamen, id est carnem eius. Ad hoc solum qui maculam habet animæ, non ingreditur. Quamobrem? Quia maculam habet, & non debet contaminare sanctuarium meum: contaminatio enim sanctorum, atque iniuria est, tales ad ministerium offerri, in quibus offendit populus: & qui cognoscunt eorum maculas, scandalizantur. Propter quod & Paulus testimonium bonum habere, ab his qui foris sunt, sacerdotem uult.

Hebr. 13.
Hebr. 10.
Maculæ arcent à ministerijs ecclesiæ.
1. Timoth. 3.
Matth. 3.

» Lex autem confirmauit ea quæ dicta sunt, ex eo quod dixit: Ego dominus qui sanctifico uos. Ego quis? qui præcipio & mando: Perfecti estote, quemadmodum & pater uester cœlestis perfectus est. In quo enim macula licet una prædictarum est, hic non est perfectus.

» Loquutus est ergo Moyses ad Aaron & filios eius, & ad omnem Israël, d cuncta quæ sibi fuerat imperata. Quæ sunt hæc quæ loquutus est? Ea uidelicet quæ prædicta sunt, quæ deus quidem ad Moysen loquutus est, Moyses autem Aaron, & filiis eius, & populo, sicut ostendunt ea quæ nunc lecta sunt, tradidit: non frustra hæc lege distinguente, sed ut Moyses dignitatem commendaret, & ostenderet aperte, quia alijs quidem pauca, ipsi uero omnia deus loqueretur, propter eius iustitiam, & imaginem, quam gerebat Christi. Similiter & nos docēs habere mentem, ad quæcūq; maiores & perfectiores dixerint, sciētes, quia cōtinue ipsi superna operatione fruuntur.

C A P V T X X I I .



» Loquutus quoque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere ad Aaron, & ad filios eius, ut caueant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israël, & non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. Ego dominus. Dic ad eos, & ad posteros eorum: Omnis homo qui accesserit de stirpe uestra, ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israël domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Ego sum dominus. Non qualiscūq; dignitas sacerdotij est, huic enim sorte datum est, ut mediator sit inter deum, & homines. Et per hæc genus nostrum creatori reconciliatur in lingua sacerdotum, nexus, & absolutio nostrorum peccatorum consistit. Ostēdit autē Malachias quātae dignitatis sit sacerdos, & quæ ab eo oporteat expectari. Quia labia, inquit, sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Propterea cum his quæ ante sancta sunt de sacerdotibus, etiam hæc præcepit: Caueat

Sacerdotum munus in ecclesia.
Mala. 2.

Caueat

A Caueant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israël, & non cõtaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt. Si autem isti abominabiliter, & inordinate, & extra omnem religiositatem populi oblationibus, & his quæ quocuncq; modo sanctificata offeruntur, contaminant nomen sanctificatorum: siue secundum LXX, nomen sanctum dei: primum quidẽ ipsum, ut qui eos tales elegerit, blasphemare faciet, deinde & populum offendere in sanctis cogunt, & putare quod superfluum sit dei ministeriũ, & iustitia, & iudicium. Quantum uero deus, siue sacerdos, siue filij eius, id est discipuli peccauerint in sancta, irascatur, ostendunt ea quæ Heli, & filijs eius contigerunt. Propterea subdidit: Ego dominus, dices ad eos. Ego dominus, qui irascor uidelicet, & uindico. Quid autem dixit: Dices ad eos, & posteros eorum: Omnis homo, qui accesserit de stirpe uestra, ad ea quæ cõsecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israël domino, in quo est immunditia, peribit coram domino. Ego sum dominus. Primum quidem feminis sacerdotalis memoriã faciens, aperte illud significauit, quia non solũ sacerdotẽ, sed omnẽ sanctorum ministrum, etiam si sortem in eis ultimam habeat, & nouissimã, præsentem iubeat sanctionem custodire. Dicens autem, de stirpe uestra, ostendit quod semper custodire hoc oporteat præceptum: ut qui immunditiam in semetipso habet animæ, sic enim LXX, ædunt, non solum ministerio, & mystico officio se absteineat, sed nec tangat ea quæ oblata sunt, neque de eis sumat: mundus enim ad munda debet accedere. Si quis autem non sic accedit, peribit coram domino, semper quæ hunc deus auersatur, & ab omni repellit participatione, & communionẽ spiritus. Hoc autem auersatio proprie hic intelligitur, quod LXX, dicunt, perire coram domino, teste Dauid, qui ait: Non auertas faciem tuam à me, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. In his autem uera animæ perditio, siue exterminatio est, id est illa, de qua dominus in euangelijs dicebat: Timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehenna. Ergo non frustra subdidit: Ego dominus. Sed ostendens, quia qui hæc dicit, ipse est qui solus animam perdere potest.

Sancta cõtaminare.

Oblata ne tangantur ab immundis.

Psal. 50.

Matth. 10.

B Homo de semine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non uescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egredietur semen quasi coitus, & qui tangit reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus est sordidus, immundus erit usque ad uesperum, & non uescetur de his quæ sanctificata sunt. Sed quum lauerit carnem suam aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus uescetur de sanctificatis, quia cibus illius est. Morticinum & carptum à bestia non comedent, nec polluentur in eis. Ego sum dominus. Cuius quidem leprosus significationem, cuius autem seminis fluxum patiens gerat, sed & quis fluxum seminis per somnium patiat, & polluat eum, de quo fluit, quis sit qui tangens reptile immundum polluitur, omnia

C nobis & secundum ordinem superius, in his quæ ad hæc pertinent, dicta sunt. Præsentis autem legis intentio uere admirabilis, & fidelibus omni custodia digna est. Comedere enim sancta pollutos, usque dum mudentur, non uult, sed nec omnino eos per abstinentiam prohibere. Propterea eum, qui uno quolibet horum pollutus est, hic enumerauit immundum esse usque ad uesperum, dicens: Non uescetur de his, quæ sanctificata sunt: sed quum lauerit carnem suam aqua, & occubuerit sol. Vesperum & occasum solis, poenitentiam; aquam uero qua eam lauet, lachrymã dicens, de qua dixit Dauid: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis stratum meum rigabo. Idem autem uesperam, sic nobis poenitentiam, & gaudium ex ea significauit: Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Quando ergo lachrymis quis poenitentiam ablutus fuerit, tunc sancta comedit, quia panis eius est ille, de quo dominus in euangelij dicebat: Et panis quem ego dabo, caro mea est. Quod & nunc panis memoriam faciens, & quos oportet de eo comedere distinguens, addidit: Morticinum & captum à bestia non comedet, nec polluetur in eis. Ego sum dominus. Vt hoc quod dictum est, Ego dominus, quum audias, intelligas hunc dicentem: Ego sum panis, qui de coelo descendit. Per morticinum autem, & à bestia captorum prohibitionem, non oportere mensæ participari, & mensæ dæmoniorum, præcepit: in his enim sunt uere morticina, & à bestiis capta. Quia enim simul sanctus, simul & nutritor substantiæ nostræ intelligibilis prædictus panis est, nec pollutos eum percipere præcepit, nec rursus mundatos prohiberi uult. Virumque enim plane & Paulus præcepit: Quicumque enim comedit panem, & bibit calicem domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis domini. Ecce iste est pollutus, & immundus. Hunc enim intelligis omnimodo indigne comedentem, à sanctorum prohibitum participatione. Quid autem his addidit? Probet autem se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui autem semetipsum probat, si peccati sibi conscius est, & pollutionem animæ se habere sentit, poenitet sine dubio. Et post poenitentiam de pane comedere, & bibere rursus de calice sancto & impolluto potest. Quod autem frequenter de hac sanctione diximus, dici & nunc necessarium est, prodest enim audientibus: id est, quia leprosos & seminis fluxum patientes sensibiles legislator non abominatur, neque enim uoluntarie, sed inuiti hanc passionem sustinent, sed eos qui animam leprosam, aut fluxum seminis patientem habent. Propterea dicens: Leprosus, & fluxum seminis patiens, non uescetur, donec sanetur. quomodo oporteret hoc intelligi, interpretans addidit: Qui tetigerit immundum super mortuum. Siue secundum LXX omnem immunditiam animæ: immunditiæ autem animæ, peccata sunt, quarum quædam leprosa sunt, quædam fluxum seminis patientes, sicut à nobis, in his quæ de leprosis dicta sunt, & seminis fluxum patientibus, approbatum est. Et rursus dicens: Et ex quo egredietur semen quasi coitus, et qui

Vesperum poenitentiam significat.

Psal. 6.

Psal. 29.

Ioan. 6.

1. Corinth. 11.

Probare se ipsum quid sit. 1. Corinth. 11.

Immunditiæ animi.

A qui tangit reptile, & quodlibet immundū, cuius tactus est sordidus.) ut tibi etiam huius manifestaret intellectum, consequenter secundum LXX. addidit: Aut supra hominem, in quo inquinauit illum, secundum omnem immunditiam ipsius. Ad quamquam horam extra animam immunditiam, aut pollutionem tradidit. Sed ut intelligibiliter accipias, quæ ipse secundum litteram propter Iudæorum duritiā exposuit, propterea subinfert hæc, ex quibus significationem tibi det contemplatiui spiritus. Illud autem intelligere tibi maxime mandati huius legis utile est atq; iuuans, quod non solos sacerdotes, sed & omnes ministrantes, nō præsumere sine metu sanctorum perceptionem uult, intueri que traditam à lege distinctionem, quæ poenitentes quidem præcepit ad sancta accedere, ante autem poenitentiam prohibet. Qui autem ex semine sunt Aaron sacerdotis, quoniam Christum esse nostrum sacerdotē didicisti, & huius figuram Aaron gerere, illos intelliges sine aliqua dubietate, qui baptismatis adoptionem habent, & semen, cognationem eius, & omne quod dixeris ad coniunctionem eius, recte appellantur. Vnde & genus electum, & regale sacerdotium, & gens sancta, propter cognationem eius appellantur. Ad quos ergo & quæ sequuntur dicit:

1. Pet. 2.

B Custodient præcepta mea, ut non subiaceant peccato, & moriantur in sanctuario, quum polluerint illud. Ego dominus qui sanctifico illos.) Ergo præcepta domini, id est lex, custodiā districtam, & obedientiā intransgressibilem necessariam habentia, sicut perficientibus ea, & sanctificationis, & iustificationis & salutis causa efficiuntur, sic peccati & mortis transgredientibus: quod in omni quidem est lege, & in omni mandato, multo magis tamen in sanctorū perceptione. Quisquis enim ad ea, extra quam oportet accesserit, iudicium sibi sumit, & mortem. Nam & Paulus de talibus Corinthiis scribebat: Qui enim manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus dñi. Propterea inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi, id est moriuntur. Secundum hoc igitur uerbū legislator sanciuit: Custodient præcepta mea, ut non subiiciant peccato, & moriantur per ea.) Et quæ est causa, quæ infert mortem? Quum polluerint illud. Iniuria enim sanctuarij & pollutio est, sordidū quempiā ad munda accedere. Vnde quum quosdam de uijs, ac sepibus ad nuptias, quæ in euangelica parabola dictæ sunt, conuocasset, inueniēs quempiam sordida uestitum stola, in ccena nuptiali discumbentem, expellit, & in tenebras proijci præcepit. Atqui omnes peccatores erant, qui inuitati sunt, & propterea de uijs, & de sepibus colligi dicebantur: sed quum mutati prius, & peccato per poenitentiam semetipsos expoliantes, tunc de ccena comederunt. Hic autē sordida adhuc indutus peccati stola, non expoliatus, nec commutatus, ingrediti in sancta & munda præsumpsit. Multū ergo secundum tempus hoc legi adiectum est: Ego sum dominus, qui sanctifico illos.) Id est, qui peccatores mutatos duntaxat, in sanctorum communione recipio: auerfor autem,

1. Corinth. 11.

Stola nuptialis

Matth. 22.

De sepibus colligi conuiuas euangelicos.

C quando polluti & iniqui permanent. Omnis alienigena non comedet de sanctificatis. Inquilinus sacerdotis, & mercenarius non uescetur eis.) Necessarium hoc mandatum est, ne forte adijcere omnibus infidelibus, & impijs mensam spiritalem putemus: nec quia uitae panis mysterium dominicum dicitur, propterea oportere percipere illum etiam eos, qui adhuc à fide alieni sunt, arbitremur. Alienigenae ergo sunt omnes, qui dei legem non suscipiunt, nec euangelicae participes efficiuntur gratiae. Nihil enim hi proximum affinitati dei, neque cognatum scientiae eius de eo intelligere possunt: unde & alienigenae, sicut qui à daemonibus seducuntur, & cognationem eorum amplectuntur, hi enim à nobis, & à deo alieni sunt, recte appellantur, de quibus David psallebat: Eripe me, & libera me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est uanitatem. Qui autem loquuntur uanitatem: maxime paganorum filij, qui terrenam sapientiam, & animalem, & diabolicam, secundum quod ait Iacobus, habent. Cum his dicimus alienigenam, qui quae aliena sunt à dignitate mysterij, de eo intelligunt, & quemadmodum ad cibum communem, ita ad diuinum accedunt, & carnaliter diuina & caelestia conspiciunt: recte ergo ab his etiam talis prohibetur. Inquilinus autem sacerdotis est, qui non pure in eius aulam ingreditur, neque reuerentiam dignam ei praebet, aut diligentiam: quemadmodum enim inquilinus solummodo suam agit utilitatem, & per singulos dies expectat migrari, non autem pertinet ei, si iura domus quidam diripiatur, aut subtrahant: sic sunt hi, qui in diuina aula propter suas utilitates, gloriae forsitan aut quaestus pecuniarum, aut alterius huiusmodi ministrant causa: nunc autem diligentiam exhibent, ne quis eorum corrumpat ordinem, ne quis male diuinis aulis, & inique utatur. Hoc ipsum & mercenarium dicimus, de quo dixit dominus: Mercenarius, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & lupus dispergit eas. quia mercenarius est, & non pertinet ei de ouibus. Hos recte à sanctorum prohibet perceptione, neque enim sunt digni participari eis, quae uel desidiose, uel propter aliquid commodum agunt.

Quem autem sacerdos emerit, & qui uernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis.) Quia alienigenas, impios uidelicet & infideles, à participatione diuinorum prohibuit, ostendit quia & hi si mutantur ab errore, & ad Christum accedant, permittit quae sancta sunt: Nemo enim alienigena per naturam est, sed uoluntate quidam sibi asciscuerunt alienationem à deo. Quotquot ergo ex his intelligibilis sacerdos possidet emptitios, id est quotquot emit per euangelicam doctrinam, & gratiam: haec est enim domini conquisitio, & acerbum argentum est, argentum igne examinatum, terrae purgatum: redemit autem eos, qui ei uolunt seruire: Alio autem nullo, sicut Petrus dixit, precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Sed & uernaculi eius.) Id est, qui in fide eius nutriti, & in intelligibili domo, Christi uidelicet ecclesiae

Panis uitae.

Alienigenae
qui à lege dei
abhorrent.

Psal. 143.

Iaco. 3.

Inquilinus sa-
cerdotis.

Mercenarius.

Ioan. 10.

1. Pet. 1.

Ex uernaculis
nos sponte faci-
mus alienige-
nas.

Psal. 11.

1. Pet. 1.

A ecclesiae educati sunt per parentum fidem. Hi de panibus eius mysticis, & uiuificantibus comedent.

» Si filia sacerdotis cuiuslibet ex populo nupta fuerit, de his quae sanctificata sunt, & de primitiis non uescetur. Sin autem uidua, uel repudiata absque liberis reuersa fuerit ad domum patris sui, sicut puella consueuerat, aletur cis-

» bis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem.) Quod autem nostra trāslatio habet, Si filia sacerdotis cuiuslibet ex populo nupta fuerit, LXX. ædunt: & filia sacerdotis nupta fuerit homini alienigenae.

Nō nobis sufficit in fide nutriri Christi, sed & permanere, & crescere in ea, & nulli alienigenarum, id est alterius à deo dogmatis, aut alterius legis, uel actionis commisceri. Nec quia de patribus sumus fidelibus, ideo iam in sanctis praesumamus, nisi fideles persistamus. Propterea filia intelligibilis sacerdotis, id est anima omnis regenerata ab eo per baptisma, si uiro alienigenae cōiuncta fuerit, quae ad alienigenas, uerbi gratia, Iudaeos, Paganos, aut haereticos pertinet, agens, & societatem eorum amplectens, primitiis sanctificatorum, id est corpore mystico nō uescetur. Sin uero filia sacerdotis effecta, per eam, quae dicta est, regenerationem, alienigenae cōiuncta fuerit, haereticum quid agens, uel Iudaicum, uel gentile: & uidua facta fuerit, uel repudiata, relinquens errorem funditus, & quodammodo sepeliēs illum, & ab ini-

B quo semetipsam absoluens commixtione, reuersa fuerit in domum suam paternam, id est ecclesiam, & secundum iuuentutem suam, in qua feruebat, cū sacris dogmatibus fidei nutriebatur, iuuenescens uirtutibus, & uirago ab illis appellata, de quibus dei spiritus ad Christū in Canticis dicebat: Vnguentum effusum est nomen tuum, propterea adulescentulae dilexerunt te: De panibus patris sui, id est Christi comedat. Si enim matrem ecclesiam unusquisque nostrum, & patrem Christum habet, omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem, id est qui aliena Christo, & legibus eius, & gloriae agit. Eius enim lex est: Nō dabitis sanctum canibus, nec mittatis margaritas uestras ante porcos.

» Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit sacerdoti in sanctuarium, nec contaminabūt sanctificata filiorum Israël, quae offerunt domino: ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, quum sanctificata comederint. Ego dominus, qui sanctifico eos.) Sancta sanctorum sunt proprie Christi mysteria, quia ipsius est corpus, de quo Gabriel ad uirginem dicebat: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, ideo quod nascetur ex te, sanctum uocabitur filius dei. Sed & Esaias: Sanctus dominus, & in altis habitat, in sinu uidelicet patris. Ab hoc enim nō solum alienigenas, & inquilinos, & mercenarios sacrificij prohibuit, sed nec per ignorantiam percipere praecipit. Per ignorantiam autem percipit, qui uirtutem eius, & dignitatem ignorat, qui nescit, quia corpus hoc & sanguis est secundum ueritatem, sed mysteria qui-

Parentum pietas nobis non sufficit nisi et ipsi eadem imbuamur.

Sacerdotis filia uidua & repudiata quae,

Cant. i.

Math. 7.

Luc. i.

Corpus & sanguis Christi.

C dem percipit, nescit autem myſteriorum uirtutē. Ad quem Solomon dicit,
Proverb. 23. uel magis ſpiritus, qui in eo eſt: Quando federis, ut comedas cum principe,
 diligenter attende quæ poſita ſunt ante te. Aperte & ipſe compellens, & co-
Quintam ad- gens eum, qui ignorat addere quintam partem: hæc enim quinta addita in-
dere. telligere nos intelligibiliter diuina, & myſtica facit. Quid ſit autē quinta, ipſa
 te uerba legislatoris docere poſſunt, ait enim: Addet quintam partem cum
 eo quod comedit.) Et quomodo eius quod iam comedit & cōſumpſit, adde-
 re quis quintam poteſt? neq; enim aliud, aut aliunde, ſed de ipſo, & cum eo,
 uel ſicut LXX. ſuper ipſum, iubet addi quintam. Ergo quinta eius ſuper
 ipſum, ſermo eſt, qui prolatus eſt ab ipſo Chriſto, ſuper dominicum myſte-
Chriſti præce- rium: Ipſe enim liberat nos ab ignorantia, remouetq; nos additus, carnale
pta euehūt nos quippiam, & terrenum de ſanctis arbitrari, ſed diuine ea, & ſpiritualiter acci-
à terra. pi ſancit, quod quinta proprie nominatur: quia qui in nobis eſt diuinus ſpi-
 ritus, & ſermo quem tradidit, qui in nobis ſunt, componit ſenſus, & non ſo-
 lum noſtrum guſtum producit ad myſterium, ſed & auditum, & uiſum, &
 tactum, & odoratum, ita ut nil in eis minori rationi, & infirmæ menti pro-
 ximum, de his uidelicet, quæ ualde ſuperna ſunt, ſuſpicemur. Quicūq; ergo
 ſanctificata per ignorantiam comederit, ignorans eorum uirtutem, ſicut di-
 ximus: Addet quintā eius ſuper eo, & dabit ſacerdoti in ſanctuarium.) San-
 ctificationem enim myſtici ſacrificij, & à ſenſibilibus ad intelligibilia trans-
 lationem, ſiue commutationem, ei qui uerus eſt ſacerdos, uidelicet Chriſto,
 oportet dari, id eſt ipſi de eis miraculum cedere & imputare: quia per eius
 uirtutem, & prolātū ab eo uerbū, quæ uidentur, tam ſanctificata ſunt, quàm
 cunctum carnis excedunt ſenſum. Recte ergo addidit: Nec contamina-
 bunt ſanctificata filiorum Iſraël, quæ offerunt domino, ne forte ſuſtineant
 iniquitatem delicti ſui, quū ſanctificata comederint.) Qui enim Chriſto ſu-
 orum myſteriorū ſanctificationem imputant, & addentes ſibi metiſtis quin-
 tam quæ prolata eſt, uidelicet uerbum eius, quod noſtros producit ſenſus
 ad ſublīmiora, non contaminant ſancta ſanctorum, utpote qualia oportet
 de eis intelligentis, ſed nec inducūt ſuper ſe iniquitatem delicti in comeden-
 do ſancta ſanctorum; nec enim ut ad communem cibum, ſed ſicut ad myſti-
 cum, & terribile, & cœleſte accedunt: ad quem qui temere accedunt, non
 ſimpliciter peccant, ſed iniquitatē delicti ſui portare dicuntur. Delictum autē
 proprie à legiſlatore dicitur peccatum, quod in deum cōmittitur: & ea quæ
 ad hoc pertinent, in ſacrificijs, quæ pro delictis offeruntur, pridem oſtendi-
 mus. Vnde & nunc quum dixiſſet, Ne forte ſuſtineant iniquitatem delicti
 ſui: recte ſubdidit: Ego dominus, qui ſanctifico eos.) Oſtendens, quia
 delictum, id eſt impietas in deum, incompetens ſanctorum perceptio appel-
 latur: Tendit enim ad deum ſanctificantem eos, qui modo, quo oportet, ea
 ſumunt, & qui ſanctificationis cauſa, non autem contaminationis propoſuit
 ſupum myſterium. Admirari autem nimis legiſlatorem oportet, quia ubiq;

A diffriktionem usus est, & dominicum ministerium significans, secundum LXX. duntaxat translationem, sanctorum sancta illud appellauit: quia sacrificiū sancti sanctorū est. Israël autem addens, fidelem populum per hoc significauit, id est eum, qui per mysticum hoc sacrificium deum uidet. Et propterea proprie Israël appellatur. Hi quæcunq; consecrant domino, id est, quæ ex semetipsis in domini, quū sacrificium offerūt, sancta sanctorū fiunt: corpus enim ex eis conficitur Christi, qui quia primitia est nostræ conspersionis, recte ex nostris primitijs constitit.

Israël.

Loquutus est dñs ad Moysen, dicēs: Loquere ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnes filios Israël, dicesq; ad eos: Homo de domo Israël, & de aduenis, qui habitant apud uos, qui obtulerit oblationē suā, uel uota soluens, uel sponte offerēs, quicquid illud obtulerit in holocaustū domini, ut offeratur per uos, masculus immaculatus ex bubus, & ex ouibus, & ex capris: si maculā habuerit, non offeretis, neq; erit acceptabile. Homo qui obtulerit uictimā pacificorū dño, uel uota soluēs, uel sponte offerēs, tā de bubus quā de ouibus, immaculatū offeret, ut acceptabile sit. Omnis macula nō erit in eo.)

Sacerdotem et
hostiam mundam esse.

Nō solū sacerdotes à pollutione mundos esse, sed & oblationes, quæ à populo offerunt, præcepit: ut tu cognoscas, qui es fidelis deo, & qui oblatio ei per holocaustū intelligibilis sacrificij factus es, quia omni pollutione mūdā esse conuersationē tuā oportet, & impollutus esse, quemadmodū sacerdotes, studas, quia & Christus, quæ ut agerēt apostoli, præcepit. Hæc omnia eos tradere discipulis præcepit gentibus, ait enim: Euntes docete omnes gentes,

Matth. 28.

B baptizātes eas in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docētes eos custodire quæcunq; mandauit uobis. Siue ergo quis secundum confessionem, siue secundum omnem conditionem suam holocaustum deo promisit, uitam uidelicet perfectam, hoc est uerum holocaustum, à pollutione munda debet esse eius oblatio: neq; enim aliter suscipietur. Offeret autem per confessionem, sicut LXX. dicunt: Qui in quacunque necessitate constitutus, & ex ea compunctus, conuersationem quandam deo per uotum pollicetur. Secundum supradictorum autem æditionem, electionem inuenimus dictam, ubi nos, sponte, dicimus. Vtrunque enim hanc oblationem, siue eam quæ ex necessitate, siue eam quæ sponte fit, proponit, dicens: Reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea, & quæ loquutū est os meum in tribulatione mea. Et rursus: Voluntaria oris mei beneplacita fac domine. Horum primum quidem, prædictum uotum, siue confessionem, sine aliqua dubietate intelligimus: Electionem autem, siue spontaneam oblationem, hoc quod secundo loco dictum est. Oportet autem, siue operator mandati sit qui offeret holocaustum, hic est enim, ex armentis offerens: siue simplex, quia hic est ex ouibus: siue ex peccatoribus, hic est enim de capris: masculum esse quod offeret, id est cum mēte uirili, & forti, & stabili, & cum ualenti fide, atque inconcussa offerre, uel offerri, ut offerens talis sit, quæ

Verum holocaustum uita perfecta est.

Psal. 65.

Psal. 118.

Votum.

Electio.

C
 lis ille, quem Solomon in Proverbijs dicebat: Virum fidelem, labor est in
 uenire. Idem est et si sacrificium pacificorum offeret quis, id est, non illam
 quæ perfecta est in philosophia uitam, ueluti eam, quæ est in non possiden-
 do, uel in uirginitate, de quibus dominus dicebat: Non omnes capiunt: sed
 mediocrem, quæ nobis procurat omnimodo salutem, etsi non assequitur
 ea, quæ ad prophetarum, & apostolorum mensuram tendunt. Stella enim
 ab stella differt in claritate, secundum quod Paulus dicebat. Sed & hic ma-
 sculum necesse est offerat immaculatum: hæc & filij Israël, & aduenæ ui-
 delicet, & qui nunc ad fidem uenerunt, adiectiç sunt nobis ex errore exteri-
 ori, similiter custodiât. Ex quo enim aliquis uitam promiserit deo perfectâ,
 & consummatam, non iam prætereundum, quod tempus multum in errore fu-
 rit, poterit, quia nec tempore uirtus eget, ut discatur: mox enim ut eam asse-
 ctauerimus, quemadmodum utamur discimus. Veruntamen & ouem sensi-
 bilem si offeras deo, aut bouem, aut capram, aut aliquid huiusmodi, ut uer-
 bi gratia, sacerdotibus primitiæ dêtur, aut pauperes ex eo pascântur, aut san-
 ctis aliquod ministerium fiat, aut diuini templi cõstructio, uel aliquod aliud
 opus, quod ad ipsum pertinet deum, & propterea holocaustũ dicitur, pol-
 lutione careat etiam hæc oblatio. Sed quæ sit hæc pollutio, lex tacuit, nobis
 dans intelligere ueram pollutionem, & cauere. Est autem hæc ex rapina, &
 iniustitia, alia uel avaritia offerre: abominabile est enim apud deum, & non
 acceptum ei, ita ut nimis per prophetã Iudæos de hoc reprehenderet: Qui
 ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalẽ in iniquitate. Si c enim litera hu-
 ius sanctionis & spiritus conseruatur. Siquidẽ à nobis semel exponentibus
 audistis, quia quando dicit lex, Homo homo, oportet cum consideratione
 spiritus, & mandati literam intueri.

*Virtus magno
 tempore nõ est
 indiga.*

*Veræ pollutio
 nes quales.*

*D
 Michee 3.*

*Cacũ nõ offer-
 ri altari.*

Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulam, aut scabiem,
 uel impetiginem, nõ offeretis ea domino, neq; adolebitis ex eis super altare
 domini. Bouẽ, & ouẽ, aure & cauda amputatis, uoluntarie offerre potes, uo-
 tũ aut ex his solui nõ potest. Omne animal, quod uel cõtritis, uel tõsis, uel se-
 ctis, ablatisç testiculis est, non offeretis dño, & in terra uestra hoc omnino
 nõ facietis. De manu alienigenæ nõ offeretis panes dño deo uestro, & quic-
 quid aliud dare uoluerint, quia corrupta & maculata sunt omnia, non susci-
 pietis ea. Aliud híc uidetur legislator innuere, multa cõsideratione dignũ.
 De his quæ offeruntur altario, non ei sermo est, sunt autem qui mysticum et
 sanctorum officium sortiuntur. Per sanctionẽ ergo anteriore, mundã esse
 à pollutione populi oblationẽ præcipiens, quod necessarie nimis in unius-
 cuiusç cõuersatione intellectu est. Nũc denumerat, quos nõ oporteat alta-
 rio offerri, & primum dicit ex eis cæcum. Qui enim ignorantia habet dei,
 quomodo ministrabit deo, nec ipse dignitatem sciens eius, ad cuius ministe-
 rium uocatur, nec alijs ualens exponere? Vnde & negligens circa eos
 erit, nesciens diuinorum, quibus ministrat, uirtutem: quales erant quidam
 Iudæorum

A Iudæorum, de quibus deus in Esaia dicebat: Videte, quoniam omnes nescierunt, uniuersi canes muti, non ualentes latrare. Confractū uel contritū secūdo loco posuit, cuius enim manus ac pedes, actiones uidelicet, & ad deū ita nera cōfracta contritā ue sunt, ne hic quidē altari ministrare dignus est, cui conuenit illud quod Psaltes ait: Contritio, & infelicitas in uīs eorū. Sed nec qui linguā incisam, secundū LXX. habet, id est, si quis per sordidā uitā, fiduciam docēdi perdidit, cui ait Dauid: Peccatori autē dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? Similiter secundū LXX. & formiculosum, dicit autē eum qui occupatus est in operibus terrenis & secularibus, qui semetipsum huic cogitationi deputat, id est qui comedat & bibat, & qui alia similia cogitat, & qui thesaurizat; quoniam hæc uita formicarū est, semper sibi cōgregare, ea quæ ad uentrē pertinent, siquidē & Solomon in Prouerbijs dicit: Vade ad formicā o piger, & considera uias eius. Quia enim ad operandum pigrū prouocabat, propterea trāsmittebat eū, sicut ad operatricē, formicam, nō ut talia qualia formica operaretur, sed ut æmularetur formicam, opus ad maiora trāsferre, id est ad agēdas uirtutes. Vnde LXX. ædiderūt: Et efficere illa sapiētior. Sic ergo homo, quū diuina studet, sapiētior efficitur, ab illo qui terrena operat. Papulā habens, uel scabiē, detractor intelligitur, quia pessimus eius morbus, & asperrimum eius uulnus est: nullo enim medicamine facile potest mitigari. Impetigines habens, fornicator est: maculat enim suum corpus, propter quod Paulus dicebat: Qui autē fornicatur, in corpus suum peccat. Nullum ergo horum deputari ad ministerium altaris spiritus legislatoris uult. Propterea ait: Non offeretis ea domino, nec adolebitis ex eis super altare domini. Siue secundū LXX. non offerent hæc domino, & super altare non dabitur de eis super altare domino. Sacrificium autem pacificorum non addit, quemadmodum superius, ut omnimodo intelligas, de his qui mysterijs ministrant, dici. Hi etiam holocaustum esse opus habent, uitā perfectam, & consummatam agentes. Quid autem his addidit? Bouem & ouem, aure & cauda amputatis, uoluntarie offerre potest: uotum autem ex his solui non potest. Omne animal quod uel contritis, uel tonsis, uel sectis ablatiscq; testiculis est, nō offeretis domino. Disciplina ergo multa, & quæ decebat legislatorem, ad huius distinctionem sermonis usus est, quam & in superioribus custodiri oportet. Aurem autem amputatam habet, qui inobedientiae morbo languet, qui detractionibus gaudet, qui delectatur turpibus auditibus, qui bonos sermones auersatur. Caudā amputatam habet, qui de nouissimis non cogitat, quia cauda est extrema pars corporis. Sunt ergo proprie caudā amputatā habentes, qui ea quæ sunt nouissima, abiecta, ac uilia, & minima pendūt, qui nihil sibi in futuris seculis thesaurizāt, qui futuris nō prouidēt, qui dicūt: Manducemus, & bibamus, cras em moriemur. Cōtritis testiculis est, qui paulatim crescēte malitia, cōterit suā in uirtutibus prole, & signa, per quæ uir possit agnosci. Qui & recte reprobatur, quia sibi met

Esa. 56.
Confractū uel
contritū quid.

Psal. 13.
Lingua incisa.

Psal. 49.
Formiculosi
qui formicas
imitantur in
congerendo.

Prouerb. 6.

Papula.

Scabies.

1. Corinth. 6.

Auris ampu-
tata.

Cauda ampu-
tata.

1. Corinth. 15.
Testiculi con-
triti.

C ipsi in talibus nocuit, de quo dixit Dauid: Dū cōfringuntur omnia ossa mea, *Psal. 41.* exprobrauerūt me qui tribulāt me. Tūnsis testiculis est, qui illatis sibi tētationibus, tribulationibusq; cessit, animæq; suæ fortitudinē perdidit: nō enim oportet hoc perpeti, nec omnino cedere imminēti hosti, atq; affligēti. Vnde *Psal. 42.* Dauid ait: Vt quid tristis incedo, dū affligit me inimicus? Oportet, inq̄t, me gaudere & exultare, utpote qui ad certamē uocor, in quo uictor existā: nam & uictoriæ modū subdidit: Spera in domino, quoniam confitebor illi, salutare uultus mei, & deus meus. Sectis ablatisq; testiculis est, qui una actiōe praua, animiq; impietate & secante sicut cultrū, & auferente, quemadmodū nimis effera, & direptrix manus semetipsum abscidens, & auferens à coniunctione dei, quæ est in uirtutibus, secundū quod diximus, priuatus prole, & signis uirilīs cognitionis, quorum damno ipse se subiecit. Alter est siquidem qui paulatim conteritur, & alter qui subito semetipsum, atq; una mala actione prole uirtutū priuat, quemadmodū Simon, pecunijs emere donum dei æstimans, est effectus à sorte eius alienus. Sed unam harum macularū quāpiam, uel nunc dictarū, uel quæ pridem denuerauimus habens, aut mandatorum est operator, & propterea uitelus: aut simplex, & ouis appellatur ex hoc, secundum quod *L. XX.* ædūt, pro eo quod nostra translatio habet, Voluntarie offerri potest, Occides ea tibi metipsi: Vt non omnimodo illos auersemur, nec in parte inimici deputemus, sed doceamus eos, & exhortemur. *Psal. 40.* Nunquid qui cadit, non adijciet ut resurgat, aut qui auersus est non reuertetur? Occidi aut, dicuntur mortificari peccato per admonitionem, ut iustitiæ uiuant. Hæ autem occisiones nobis fiunt, nobis enim illis licet commiseri, sed pro uoto non offeramus ea deo, id est, ad ministerium eius mysticū non eas ordinemus. Ergo quamlibet prædictarum macularum habentes, si pœnitentiam egerint super ea, & occisi fuerint mortificatione peccati, suscipiamus quidem eos, & membrum communis corporis habeamus: quia Christus uenit in hunc mundum, peccatores saluos facere: altario autem offerri non licet. Hac, ut puto, distinctione, & Paulus scribens ad Corinthios, usus est: Scripsi uobis in epistola, non commiseri fornicarijs, non utique fornicarijs mundi huius, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus, debueratis enim ex hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi uobis non commiseri. Si is qui frater nominatur, aut fornicator est, aut idolis seruientibus, aut auarus, aut detractor, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Fratres nominās illic, eos qui altario ministrant, quia maxime eos, qui doctrinæ sortiti sunt dignitatem, & quibus præesse populis creditum est. Hi enim si quid tale habuerint, modis omnibus oportet societatem eorum auersari: quia super populum abundare uirtutibus hi qui præfunt, necesse habent, & ipsi maxime esse sine macula. Nam quomodo alias emūdare à pollutionibus possunt? de quibus hæc legislator præcepit: Et in terra uestra hoc omnino nō faciatis, & de manu alienigenæ nō offeretis panes

Certandum
Christianis est
alacriter cum
Daide.

Act. 2.

Psal. 40.

Occisio.

Maculam qui
eluerint, recipi
untur rursus in
communione
corporis Christi.

1. Timoth. 1.

1. Corinth. 5.

A tis panes domino deo uestro, & quicquid aliud dare uoluerint, quia corrupta & maculata sunt omnia, non suscipietis ea. Nec nos ergo in terra nostra quibusdam talium macularum studium demus. Est autem terra nostra bona conuersatio, quæ præcepta est per diuinas scripturas, quam à deo colere percepimus. Sed nec alienigenæ, uidelicet qui doctus est, & adiectus de foris, talia dona deo offerenti medij simus: quia corruptio in eis est, nos autem deo incorrupto seruimus: maculam habent, nos autem in ecclesia ministramus, cui dictum est à sponso: Tota pulchra es proxima mea, & macula nō est in te. De qua Paulus dicebat: Ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiā, non habentē maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Propter quod nihil maculam habens à nobis deo offeretur.

*Terra nostra
quam colere de-
bemus.*

Cant. 4.

Ephē. 5.

Loquutusque est dominus ad Moysen dicens: Bos, ouis, & capra, quæ genita fuerint, septem diebus erunt sub ubere matris suæ. Die autem octauo, & deinceps, offerri poterunt domino, siue ille bos, siue illa ouis, non immolabuntur una die cum foetibus suis. Mater omnis animalis utique natura est, sub hac omne genus hominum, peccatorum, & iustorum, septem diebus est, ab octaua autem iam non. Nam etsi operator quis sit mandatorum, uel simplex, uel peccator, aut ex peccatore, septem diebus, id est omne præsens seculum, oportet eum sustinere quæcunque natura desiderat: quemadmodum & de saluatore dicere præsumpsit Paulus, ostendens, quia ex nostra natura secundum carnem factus absque peccato, omnia passus est quæ erant naturæ.

*Natura omnium
mater.*

*Septem dies esse
sub ubere matris
quid.
Philip. 2.*

B Quia autem pueri communicauerunt sanguine & carne, similiter & ille participauit ipsi. Sed quando uitam præsentem egressi fuerimus, & in die bona mortuorum resurrectionis constituti fuerimus, extunc, & deinceps, omne seculum futurum non iam sub matre, quæ dicta est, erimus: neque enim his naturalibus necessitatibus subiacebimus. Octaua autem die offerri poterit. Quod LXX. sic ædunt: Dona autem hostias domino, id est perfecta & integra, hi qui in hac uita præparauerunt oblationem suam. Sciendum est autem, quod quoniam mutabilis est nostra uita, mutationesque multas, & uoluntates suscipit, octaua die oblatio accepta, in seculo scilicet futuro sit, propter quod dixit Solomon: Ante mortem ne laudes quenquam hominum. Quum autem hæc ita se habeant, matrem rursus ecclesiam, & gratiam, quæ in ea est, intelligamus, de qua Solomon in Prouerbijs dicit: Audi fili disciplinam patris tui, & ne dimiseris leges matris tuæ. Quando ergo aliquis gratia euangelij generatus fuerit, secundum quod ait Paulus: In Christo enim IESU per euangelium ego uos genui: sub intelligibili matre ecclesia, uel gratia, septem dies, totam uidelicet præsentem uitam, quæ in septem dies uoluitur, erit legibus eius, & sanctionibus obediens. Sic enim octaua die, in tempore resurrectionis, donum erit, & hostia domino: quia huiusmodi non solum animas, sed et corpora sacrificium sanctum, placitumque suscepit. Tu autem, propter hæc quod sequitur, disce. Siue ille bos, siue illa ouis, non immolabuntur una

Eccē. 11.

Prouerb. 1.

1. Corinth. 4.

*Octauo die est
mus ad hostias
idonei.*

C die cum foetibus suis. Hic nominibus ipsis aliud rursus ostendit. Non oportet enim eos, qui pascha euangelicum celebrant, quod nobis ecclesia tradidit, legale pascha peragere, quod bouem & ouem legislator dicens, significauit: quia haec praecipit Moyses in die paschae, quod traditum est Iudaeis immolare, ait enim: Et immolabis pascha domino deo tuo, oues & boues: sicut

Euangelicum pascha & legale.

Deut. 16.

Figurae sunt deferendae, ubi in manus incidit, quod figuratum est.

Pascha Iudaeorum.

Deuteronomij liber ostendere potest. Foetus autem horum, siue paschae huius, siue ueteris testamenti, & eius quae in figuris est traditionis: dixit enim foetus eius, dominicum igitur pascha, propter nouitatem temporis, & quia ad confirmationem ueritatis figuram praecedens, multo eum significans tempore, quemadmodum parturiens, recte parere dicitur. Non ergo oportere nos, habentes in manibus, & consummantes uerum mysterium, sequi figuras, quae praedicta sunt demonstrant: neque enim est eiusdem temporis: sed aliud quidem pertinere ad figuram, aliud autem ad ueritatem, qui utraque sancit, praecipit. Propter quod & Christus primum celebrauit figuratum pascha: post coenam autem, intelligibilem tradit, & angustante eam tempore, pro die horam immutauit, uel magis etiam diem, sic enim ad uesperam quartadecimae diei, cena Iudaicae paschalis festiuitatis celebratur: post hoc autem Christus propriam tradidit coenam: post uesperam ergo quartadecimae diei tradidit. Quod autem post uesperum est tempus, alterius diei initium omnimodo est: oportebat enim hoc fieri ad ostensionem temporis, quia

D

Esai. 9.

quando uetus finem sumit, tunc nouum incipit. Aut forte foetus illos lex significat, de quibus Esaias dicebat: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. In Christum enim haec quae sequuntur, dicta sunt. Hic ergo foetus, siue secundum LXX. filius, non eadem die, in qua uitulus, & ouis Iudaicae festiuitatis occidebatur: Quartadecima enim die pascha celebrantes, in crastinum IESVSVM crucifixerunt.

Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione domino, ut possit esse placabilis, eodem die comedetis eam, non remanebit quicquam in mane alterius diei. Ego dominus. Custodite mandata mea, & facite ea. Ego dominus. Ne polluat is nomen sanctum meum, ut sanctificer in medio filiorum Israel. Ego dominus, qui sanctifico uos, & eduxi de terra Aegypti, ut essem uobis in deum. Ego dominus.) Sicut satisfactionem non habet, si quis inchoante nouo testamento, ueteribus seruiat, & euangelica praedicatione currente, secundum literam uiuat: iniuria est enim eius, qui utraque sanxit, si non temporibus ab eo distinctis obediamus: sic sine ulla uenia est putare quempiam, uel omnino cogitare, quia in futuro tempore operandum aliquid eorum, quae nunc nobis ad operandum praecipita sunt, conseruatur.

Temporibus inseruendum, quibus & deus in ferendis legibus se accomodat.

Hostia gratiarum actionis.

Matth. 5.

Si ergo immolaueris hostiam pro gratiarum actione domino.) Euangelicam ei conuersationem promittens: haec est enim gratiarum actionis hostia domino, quia quaecumque ad laudem eius, & gloriam pertinet, peragit. Quod demonstrat dominus apostolis, dicens: Luceat lux uestra coram hominibus,

A bus, ut uideant bona uestra opera, & glorificent patrem uestrum qui in cœ-
 lis est. Immolatur domino, ut possit esse placabilis, quod LXX. ædiderunt:
 Accepta uobis immolabitis, id est ad suscipiendum digne prædictam con-
 uersationem agamus, perficientes eam, & non imminutam relinquentes,
 propter quod et subdidit: Eodē die comedetis ea, non remanebit quicquam
 in mane alterius diei.) In tempore enim hoc, in quo, hoc quod dictū est, sa-
 crificium promittimus, comedere illud, id est operari, & complere debe-
 mus: Nihil autem de eis in mane relinquere, ut aliquid remaneat reliquiarū
 nostræ conuersationis incorrectum, neq; inconsumptum de uirtutibus, &
 inoperatum in futuro seculo custodiamus, quando iam non est licitum ope-
 rari. Quod recte mane dicitur, id est, quia nox præsens uita propter eā quæ
 in ea nunc est nebula, nominatur. Ego dominus, custodite mandata
 mea, & facite ea.) Ego dominus, qui hic quidem legem cōstituo, ibi autē iu-
 dico, qui intelligibilia talenta meis seruis, in præsentī seculo ad operandum
 dedi, in futurum rationes cum eis pono, & talentorum operationem exigo.
 Ego dominus, ne polluatīs nomen meum sanctum.) Pollutio enim est crea-
 toris, & blasphemia, si in eodē nos ordine, uel actu, quo nūc sumus, resusci-
B tet. Quid enim cōmutat mundū hunc, si in eisdē doloribus & laboribus eri-
 mus: Vt sanctificer in medio filiorū Israēl.) Nō dixit, sanctificor, sed sanctifi-
 cer, futurū ostendens tempus, in quo in medio uirorum filiorū Israēl sancti-
 ficatur. Non enim omnes qui ex Israēl, hi sunt Israēl: sed quicumq; Israēl co-
 gnationem societate uirtutum eius seruant, qui pacem, sicut ait Paulus, &
 sanctimoniam custodiunt, sine qua nemo uidebit deum. Qui autem custo-
 diunt, uidebunt, propter quod ait: Sanctificer in medio eorum. Ego domi-
 nus, qui sanctifico uos, & eduxi de terra Aegypti, ut essem uobis in deum.)
 Sed & bono fine ad rem usus est, planiorē eius efficiens intellectū. Aegypti
 enim exitum non frustra memoratus est, illud demonstrans, quia quemad-
 modum qui egressi sunt de Aegypto, non iam ea quæ Aegypti agebant,
 sic & quando nos deus ericit de præsentī uita, non iam agere ea quæ in ea
 sunt, possumus: Est enim Aegyptus intelligibilis, præsens mundus, quia Ae-
 gyptus contenebratio interpretatur. Tenebris autem, & secundum quod
 diximus nebula, uel caligine, præsentia sunt repleta, intantum ut Ioannes de
 domino diceret: Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehende-
 runt. Propter quod nos dominus deus uidelicet ex intelligibili Aegypto
 hac educit, ut sit noster deus, non quia nunc non est, sed quia non omnes
 eum confitemur, neq; cognoscimus. Tunc autem confitebimur, tunc o-
 mnes subijciemur, tunc erit deus omnia in omnibus, quemadmodum Pau-
 lus scripsit.

In alterā diem
 nihil reliquia-
 rum relinqui,
 quid.

Matth. 18.

Israēlite ueri.
 Hebr. 12.

Aegyptus.
 Educere ex Ae-
 gypto.

Ioan. 2.

1. Corinth. 15.

C

CAPVT XXIII.



Feriarum
præcepta.

Gene. 1.
Sabbatum non
celebrant, nisi
sex diebus prio-
ribus fuerint
negociosi.

Hebr. 4.

Roma. 8.

Hebr. 12.

Sabbati inter-
pretatio.

Hebr. 4.

vita nostra pe-
reginatio est.
Habitatio.

Loquutus est dñs ad Moysen, dicēs: Loquere filijs Israēl, et dices ad eos: Hæ sunt feriae dñi, quas uocabitis sanctas. Sex diebus facietis opus: dies septimus, quia sabbati requies est, uocabit̃ sanctus, omne opus nō facietis in eo. Sabbatū dñi est in cūctis habitationibus uestris. Si subtiliter attendas hæc quæ dicta sunt in præsentibus legislatoris uerbis, inuenies eū non solū cōtemplationi legis, sed & in litera ipsa intentionē spiritus interponentē, dicēs em̃: Hæ sunt feriae domini, quas uocabitis sanctas. Hæ sunt festiuitates meæ: mox subdidit: Sex diebus facietis opus. Oportet quidem hoc tacere, dicere autem quæ sequuntur: Dies septimus, quia sabbati requies est, uocabitur sanctus. Sed ferijs cōnectens, sex diebus facietis opus, ostendit, quia primæ feriae, siue festiuitas apud legē operari est, operari aut̃ bona, propterea em̃ ait: Sex diebus facietis opus. Quia omnia ualde sunt bona, quæcūq; deus in sex diebus constituit. Secunda autem festiuitas, præcedentibus his operibus, septimæ diei requies est: quam festiuitatem nemo celebrare, qui non operatus est bona opera, & digna deo, poterit. Nam nec frustra, deus quippe erat qui loquebatur, qui nihil frustra loquitur, prius ait: sex diebus facietis opus: & post hoc, Dies septimus, qui sabbati requies est, uocabitur sanctus. Sed ad ostētionē, ut si quis ad imitationem dei bona agit, & consequitur, hoc est in sex diebus operari: hic intelligibili requiescit sabbato, de quo Paulus dicebat: Timeamus, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem ipsius, uideatur ex nobis aliquis deesse. Caret enim nunc illa requie, qui nō operatur. Quæ & uocata sancta dicitur, quia uocatis, de quibus Paulus ait: Scimus, quia timentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt: intelligibile deputatum est sabbatum, his qui sanctimoniam consequuntur, sine qua nemo uidebit deum. Tunc omne opus non faciemus: tempus enim non est in illo seculo operandi. Propter quod & subdidit: Sabbatum domini est in cunctis habitationibus uestris. Sabbatum domini uocans, id est requiē; Sabbatū enim requies interpretatur, quæ in tēpore est, quo populū suū à præsentibus laboribus, et uexationibus requiescere facit, de quo sic Paulus dicit: Ergo relinquitur sabbatismus populo dei. Qui em̃ ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus. Adijciens aut̃ nimis subsequenter: In cunctis habitationibus uestris. Ut & per hoc satisfaceret de seculo futuro se loqui. Præsens em̃ mundus, peregrinatio est: habitatio est autem quæ sequitur. Nemo enim de illis mansionibus, seu habitationibus migrat, quas semel sortiti fuerimus. Quia autem sabbatum requies interpretatur, manifestat reliquorum interpretum æditio. Pro enim, sabbati requies, sabbatum sabbatismi, ædiderūt. Hæ sunt ergo feriae domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo, quartadecima die mensis ad uesperum, phase domini est, & quinta decima

A decima die mensis huius, solennitas azymorum domini est. Septem diebus
 » azyma comedetis. Dies primus erit uobis celeberrimus, sanctusq; . Omne
 » opus seruale non facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne domino se-
 » ptem diebus. Dies autem septimus erit celeberrimus, nullumq; opus serui-
 » le fiet in eo.) Age nunc, si libet, Iudæos interrogemus, cuius rei gratia non
 quintadecima die festiuitatem agere iussit, in quo pascha imaginarium fie-
 bat, sed memoriam quidem facit eius, festiuitatem tamen, prima azymo-
 rum, quæ erat post illam, fieri definiuit. Manifestum est autem, quia scire
 is qui legem accipit, quid intersit inter figuram & ueritatem desiderat, &
 quia figuras scire, quoniam deducunt ad ueritatem, dignum est, festiuita-
 tem autem agere tunc, quando ueritas, quæ in figuris continetur, aduenerit,
 memoriam siquidem facit quartadecimæ, quia figuram habebat. Festiuita-
 tem autem agere quintadecima præcepit, quia in ipsa uerum est pascha, de
 quo Paulus dicebat: Pascha nostrum immolatus est Christus. Sed ipsos iam
 sermones discutiamus. Hæ sunt feriæ dñi sanctæ, quas celebrare debetis tē-
 » poribus suis.) Quare nō dixit feræ domino, sed feriæ domini? Aut forsan il-
 lū auditorē legis cōtestans, quia nō simpliciter festiuitates has, de quibus est
 sermo, celebrari deo lex præcepit, sed quia eius sunt propriæ. Quia quem
 admodum festiuitates imperatoris sunt, in quibus uictorias, & trophæa con-
 tra hostes erexit, saluauit gentes, ciuitates acquisiuit: sic & Christi, in qui-
 bus nostrum genus saluauit, & nostram captiuitatem conquisiuit, & hæ-
 reditatem ex gentibus, sibimetipsi regale sacerdotium, gentem sanctam, po-
 pulum acquisitionis constituit. Deinde quum oporteret dicere secundum
 LXX. hæ uocata sanctæ, quas uocabitis eas in festiuitatibus uestris: hæc no-
 stra translatio planius habet, dicens, temporibus suis: non dixit sic de festiui-
 tatibus eorum, non illis qui seruiunt figuræ, sed fidelibus, & suscipientibus
 festiuitatem, has competere festiuitates ostendens, quarum una est, de qua
 » hæc dicit: Mense primo, quartadecima die mensis ad uesperum, phase do-
 » mini est.) Primū mēsem, tempus dominicæ passionis recte dicimus, in quo
 conueniunt maxime & hæc ad Moysen uerba à deo dicta: Mensis hic uo-
 bis principiū mensiū, primus erit uobis in mensibus anni. Initiū enim & in-
 gressus nouæ uitæ, & nunc à nobis inchoatæ cōuersationis est. Vespertina
 tēpora, in quibus dominus aduenit, dicit. Ioannes enim ait: Filioli, nouissima
 hora est. Ad uesperum pascha dominicum factum est. Qui passus, nō mox
 tēpora finiuit, sed reliquit nouissimæ horæ, & uespertinæ reliquias, in qui-
 bus oporteat currere prædicationem, & in quo omnem terram penetret sa-
 lutare uerbum. Sed & ad uesperum, siue medio uespertinorum pascha pro-
 prium præueniens, crucē suam Christus celebrauit. Die enim imaginariæ
 festiuitatis paschalis, quæ erat quartadecima post cœnam super sensibile ue-
 rum pascha, quod ad eius mysteriū pertinebat, discipulis tradidit. Ergo &
 nox erat iam, quando panem Iudas de cœna illa accipiens, ad domini tra-

*Figuræ.
Veritas.*

1. Corinth. 5.

*Triumphales
quædã ferie.
Christi trium-
phus.*

Exo. 12.

1. Ioan. 2.

*Cœnæ nouissimæ
celebratio
nocte.*

Cditionem exiebat. Sequenti autem die, quæ fuit quintadecima, pascha crucis implebat. Propter quod in quintadecima mensis huius die, festiuitatem hanc agere legislator præcepit, & in ipsa celebritate solennitatem azymorum domini prædicauit. Si enim celebrare ei pascha proprie, & uere uolumus, azymi ab omni malitia esse debemus, & multo magis à Iudaico errore & uetustate. Vnde postquam Paulus dixit, Pascha nostrum immolatus est Christus, subdidit: Epulemur, non in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Et non ad tempus, sed omni nostra uita à fermento malitiæ mundi esse debemus, propterea ait: Septem diebus azyma comedetis. Per septenariū numerum de omni nobis uita præcipiēs. Dies primus erit uobis celeberrimus, & sanctus, omne opus seruile nō facietis in eo. Illud enim omnimodo seruile esse opus spiritus innuit, de quo ait dominus: Amen amen dico uobis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Si enim uerum celebramus pascha, peccati seruitiū fugiamus; quia Christus, qui pro nobis passus est, à peccato nos & seruitute eius liberauit; non quia prima die omne opus seruile nō fieri præcepit, alijs autem diebus ideo opera agi seruilia præcepit, uide ergo quid subdidit: Sed offeretis sacrificiū in igne domino. Siue ut LXX, offeretis holocaustomata domino septem diebus. Dies autem septimus erit celebrior & sanctior, nullumq; opus seruile facietis in eo. Holocaustomata ergo septem diebus offerri præcipiēs, abstinere etiam ab omnibus operibus seruilibus in eis præcepit. Quomodo enim quis holocaustum deo offerat, diabolo dignus, aut seruilia agens? Deinde non solum primam, sed & septimam propterea nominauit, ut in prima, & in septima totam comprehenderet uitam humanam: Illa enim initium, ista autem finem habet, in qua omnia comprehenduntur. Videtur autem & hoc præcipere, ut is qui imbuitur, siue initiatur mysterio, nullum opus seruile agat: oportet quippe illum agere, quæ libertatis sunt, quia nos dominus liberauit, eū qui ei signatus est. Si autem aliquid post hoc egerit, quod ad seruitutem pertinet, peccans ut homo, saltem eius, quæ ad finem est, libertatis diligentiam gerat, & intendat quomodo noster finis bonus efficiatur, quomodo septima dies, tempus uidelicet, in quo transimus, omne opus seruile non habeat. In eo enim, in quo nos deus inuenerit, in ipso & iudicare promittit. Propter quod & Dauid, in fine ne corrumpas, plurimos Psalmorum præscribit.

Loquutusq; est dñs ad Moysen dicens: Loquere filijs Israël, & dices ad eos: Quum ingressi fueritis terram, quam ego dabo uobis, & messueritis segetes terræ uestræ, feretis manipulos spicarum, primitias messis uestræ, ad sacerdotem. Qui leuabit fasciculum coram domino, ut acceptabilis sit pro uobis. Altero die sabbato, sanctificabit illū, atq; in eodē die quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum domino, & libamenta offerentur cum eo duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum

vere pascha celebramus qui ipsi sumus azymi.

1. Corinth. 5.

Septenarius numerus totius uitæ est significatio.

Ioan. 8.

Holocaustomata non offerūt, qui sunt criminis sibi alicuius conscij.

De fine etiā at que etiam circūspiciendū.

A incensum domino, odoremque suauissimum, liba quoque uini, quarta pars hin.
 Panem & polentam, & pulles non comedetis ex segete, usque ad diem quo
 offeratis ex ea deo uestro. Præceptum est sempiternum in generationibus,
 cunctisque habitaculis uestris. Numerabitur ergo ab altero die sabbati, in
 quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, usque ad
 diem alteram expletionis hebdomadae septimae, id est quinquaginta dies;
 & sic offeretis sacrificium nouum domino, ex omnibus habitaculis uestris.
 Panes primitiarum duos, de duabus decimis similiae fermentatae, quos co-
 quetis in primitias domini. Offeretisque cum panibus septem agnos imma-
 culatos anniculos, & uitulum de armento unum, & arietes duos, & erunt in
 holocaustum cum libamentis suis, in odorem suauissimum domino. Facie-
 tis et hircum pro peccato, duosque agnos anniculos, hostias pacificorum. Quicumque
 eleuauerit eas sacerdos cum panibus primitiarum coram domino, cedent
 in usum eius. Et uocabitur hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum, omne
 opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habi-
 taculis, & generationibus uestris.) Quia longe à praesenti lege populus Iu-
 daeorum est, ipsa docere nos uerba possunt discussa. Arguuntur autem, neque
 secundum literam implentes ea, nec spiritum intelligere, qui in eis est, ualentes.
 Altero die, prima uidelicet azymorum, offerre manipulum, & ouem im-
 molare super eum praecipit. A die autem, in quo hoc fit, septem hebdo-
B madas numerari, & alterum diem ultimae hebdomadae, sic Pentecostes ce-
 lebrare festiuitatem in his, quae nunc dixit, praecipit: Quidam autem sic inue-
 niuntur Pentecostes festiuitatem celebrare. A prima enim azymorum, non
 autem à die, in qua manipulum, quae prima azymorum in crastinum, secun-
 da uidelicet dies, computantes celebrari sibi met Pentecosten praedicant. Pro-
 pter quod eis dominus impropere, quod secundum literam non imple-
 rent legem, dicebat: Et nemo ex uobis facit legem. Ecclesia autem facit, sicut
 nunc ostenditur. Loquutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere fi-
 liis Israel, & dices ad eos: Quum ingressi fueritis terram, quam ego dabo
 uobis, & messueritis segetes terrae uestrae, offeretis manipulos spicarum,
 primitias messis uestrae ad sacerdotem. Qui leuabit fasciculum coram do-
 mino, ut acceptabilis sit pro uobis.) Terram à deo datam, euangelicam doctrinam,
 & conuersationem frequenter docuimus. Ipsa enim terra dicitur, propter
 fructus uirtutum, qui ex ea oriuntur. Ab ipso autem deo data est, neque enim me-
 diatore ad hanc usus est, sed proprio ea annunciauit ore. Quando ergo ingressi
 sunt, & messuerunt segetes eius, hi qui susceperunt salutare uerbum: Illi enim sunt
 & messores, & intelligibiles segetes, ad quos dominus dicebat: Messis quidem mul-
 ta, operarii autem pauci, rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam:
 quibus etiam uerbi mysterium credidit: tunc messis sic matura erat, ut dominus dice-
 ret: Leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albae sunt iam ad meten-
 dum. Manipulum autem primitiarum, intelligibilis sacerdos Christus coram

*Jud. ei nec literae legis, nec spiritui se accom-
 modant.*

Pentecostes celebratio.

Ioan. 7.

Terra promissa nobis.

Metere segetem.

Matth. 9.

Ioan. 4.

Cpus proprium offerebat. Quia enim capitulum, siue summa messis, uerbi uel
 delictet salutaris, & diuinæ prædicationis, mortuorum erat resurrectio, ita ut
 Paulus clamaret: Viri Pharisei, de spe & resurrectione mortuorum ego iu
 dicor hodie: oportebat satisfactionem sequi prædicationis: nam & subsequuta
 est. Verus enim manipulus, & ueræ primitiæ nostræ messis, tunc intelligi
 bilis sacerdos Christus, corpus proprium à mortuis suscitauit, de quo Pau
 lus dicebat: Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormien
 tium. Sed quando hoc factum est, altera die offeret illud sacerdos. Esse au
 tem primam diem dominicæ passionis, ea quæ ante hoc diximus, ostens
 derunt, in qua dominus suam hostiam, non sine ratione dispensauit. Sed
 quia prima azymorum hæc, & prima paschalis festiuitatis dicebatur, altera
 dies passionis resurrectio fuit: huius rei gratia, quum potuisset dicere, secun
 da azymorum offeret hoc sacerdos, non sic dixit, ut non ad subsequentem
 diem deduceret nostram cogitationem, sed & in crastinum primæ. Dicit
 autem resurrectionem, quia quemadmodum crastinus dies hodierno succe
 dit, sic successit domini passioni resurrectio. Tu autem attende ea, quæ in sub
 sequentibus dicuntur, & uerborum custodi distriktionem. Primum enim
 manipulum primitiarum, sacerdotem ostendit offerentem, post hoc autem ait:
 „ Atque in eodem die quo manipulus consecratur, caedetur agnus immaculatus
 anniculus in holocaustum domino.) Volens nos in die qua celebramus domi
 ni resurrectionem, & manipuli intelligibilem oblationem celebramus, non
 obliuisci dominici sacrificij, ex quo nobis est oblatio manipuli: sed caedere
 agnum immaculatum anniculum in holocaustum domino. Intelligibilem
 agnum, domini traditionem immolantes mystice, & offerentes: ipse autem,
 ut sacrificium caedentes memoriam fecit. Neque enim aliter, sed per eius medi
 tationem, & uirtutem à sensibilibus ad intelligibilia transferuntur ea, quæ
 in illo sacrificio peraguntur. Et quod hoc est sacrificium: Duæ decimæ simi
 læ conspersæ oleo.) Oportet enim scire perfectam humanitatem, & perfectam
 diuinitatem cõtemperare, id est, in unum conuenire in oleo, id est, per eam
 quam circa nos habet compassionem: sic enim sacrificij odor suauitatis domi
 no inuenit, sapientibus nobis de eo quæ digna sunt. In quibus autem sacrificij,
 et per quos agitur, quo modo celebratur intelligibilis agni oblatio, quod se
 quitur ostendit. Neque enim in sanguine, neque per irrationabilia animalia, sa
 crificium à nobis deus suscipit, secundum quod sequentia demonstrant, ait
 enim: Liba quoque uini, quarta pars hin, panem & polentam.) Quia dubium
 futurum erat forsan, à quibus mysterium sacrificij, quod per Christum est,
 quod superius diximus, celebratur: habes ecce intelligibilis Melchisedec
 oblationem, quæ in pane & uino perficitur, in qua quarta pars hin in libis
 uini offertur: ut per quartam, euangelicam traditionem, quæ in libris quatuor
 est: per libationem uero, dominicum sermonem significaret, quum ait: Hic
 est meus sanguis, qui pro uobis fundetur: sine imminutione enim significa
 re

Verus manipu
 lus nostræ mes
 sis Christus est.
 1. Corinth. 15.

Secunda azy
 morum.

Agni immola
 tio ad memori
 am Christi per
 tinet.

Duæ decimæ
 similes.

Quarta pars
 hin.
 Luc. 22.

Are legislatori uisum est Christi mysteriū, propter quod & subdidit: Et po-
 lentā & pultes nō comedetis ex segete, usq; ad diē quo offeratis ex ea deo ue-
 stro. Præceptū est sempiternum in generationibus, cūctisq; habitaculis ue-
 stris.) Siue secundū LXX. Et fricta cedrina nō manducabitis, usq; in illam
 ipsam diē, quousq; offeretis munera deo uestro. Legitimū æternū in proge-
 nies uestras. Nouā conuersationē inchoabimus, priusquā dies aduenerit,
 antequā prædicta dona deo offerrentur, ex quibus nobis, quæ est in
 Christo noua creatura, & noua cōuersatio annūciata est, de qua ait Paulus:
 Si qua in Christo noua creatura, uetera trāsierūt, ecce facta sunt noua omnia
 ex deo, qui reconciliauit nos sibi. Oblatio enim præsentium donorum, quā
 esse mysterium unigeniti ostendimus, reconciliauit nos deo, & cibū nobis
 nouæ polentæ & pultium, siue ut LXX. cytrorum præstitit; Non enim no-
 ua solū, sed & citra, Christi præcepta sunt: siue ut mollia: sic enim Citra aliq;
 interpretes ædiderunt; est ergo mollis euangelica prædicatio: Accipite em̄
 ait, iugum meum, quia suaue est: Siue ut manibus contrita & mundata: cy-
 tra enim & hoc interpretatur, quia Christi dogmata actionem exigunt, &
 correctionem, quod manus significant. Præceptum est sempiternum in
 generationibus, cunctisq; habitaculis uestris.) Nec enim locus, nec tēpus
 immutat Christi mysterium, per quod floruit totus mundus, & totius terræ
 habitatio, cōcorditer ea quæ ad eum pertinent, custodit. Hæc autem legis-
 lator dicens, & resurrectionis describens, secundum modum, quem oportet
 bat, gratiam, ad Pentecosten, quam nos celebramus, sermonem cōuertit, di-
 cens: Numerabitis ergo ab altero die sabbati, in quo obtulistis manipu-
 lum primitiarum, septem hebdomadas plenas, usq; ad alterum diem exple-
 tionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrifi-
 cium nouum domino.) Quia huius pētecostes neq; tempus, neq; numerus
 à populo Iudæorum custoditur, sufficienter in superioribus ostensum est:
 à nobis autem cum cōtemplatione, & litera custoditur. Planius ergo legis-
 lator intentionem suam demonstrare uolens, ab altero die sabbati numera-
 ri præcepit quinquaginta dies, dominicum diem proculdubio uolens intel-
 ligi: hic enim est altera dies sabbati. In hac enim resurrectio facta est, qua
 hebdomadæ numerantur septem, usq; ad alterum diem expletionis hebdo-
 madæ. Dominica rursus diē, pentecostes celebramus festiuitatem, in qua
 sancti spiritus aduentum meruimus. Non frustra eo septem hebdomadarū
 aduentum custodientes, sed ut nos cognosceremus, quia nihil uetus, nihil se-
 culare præcepit deus agere, nihilq; corruptioni ueteri proximum, qui eum
 cupiunt percipere. Et nouum sacrificium domino tunc offerri iussit: adue-
 niens enim spiritus, totam nostram uitam renouauit, quod confirmauit
 Christi traditionē, & stabiliuit cōuersationē, quam in illis perfecit, ait enim:
 De meo accipiet, & annuntiabit uobis. Propter quod non in alia hebdoma-
 dis die aduenit, sed in qua resurrectio facta est, & manipulus intelligibilis

2. Corinth. 5.

Citra.
Matth. 11.Iudæi in Pente-
costes seruatio-
ne errant.Altera dies
sabbati.Septem hebdo-
madarū inter-
uallum à resur-
rectione ad Pen-
tecosten.

Ioan. 16.

Cap. x XIII. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C oblatus est, ut & hoc probaret, quod noua conuersatio, quæ nos renouauit, liberando à corruptione uetustatis, resurrectione Christi, & sancti spiritus aduentu correctæ est. Manifestat autem oblatio ipsa speciem hostiæ, quam præcepit fieri.

Et sic offeretis sacrificium nouum domino, ex omnibus habitationibus uestris. Panes primitiarum duos, ex duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias domini, & offeretis cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & uitulum de armento unum, & arietes duos.) Nouum

Nouum sacrificium.

sacrificium dicens, legis sacrificia ut uetera excludit; euangelicam autem pro illis introduxit. Deinde addens, de habitationibus uestris, ecclesiam significauit, eicq; offerri, quæ dicta sunt, aptauit. Neq; em̄ dixit, ex omnibus habitaculis, sed ex omnibus habitaculis uestris: ut absolute ostenderet aliquod

Psal. 83.

Psal. 26.

habitaculum præcipuum, de quo ait Dauid: Beati qui habitant in domo tua. Et rursus: Vnam petij à domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini, omnibus diebus uitæ meæ. Et panes quidem primitiarum duos, id est legem, & euangelium: panes enim sunt cibi animarum fidelium: continentes sunt autem & primitiarum, siue ut LXX. separati, quoniã omni qui

Duo panes primitiarum.

dem sapiëntia sunt præcipui; ab ea autem quæ exterior est, separati uidelicet, & seiuncti. Sunt ergo ex duabus decimis similæ fermentatæ, ex doctrina, quæ perfectam dei diuinitatem, & perfectam humanitatem tradit: nec aliter coqui, nisi per talẽ doctrinã possunt. Sed primitiæ horum sunt dño: primus enim dominus, qui legẽ perfecit, & euangelium post hoc docuit: Audi

D te, quia dictũ est antiquis: Non occides. Ego autem dico uobis, omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Coniunxit enim hic legẽ euangelio, propter quod eius primitiæ dicuntur. Quod & Lucas confirmans,

Matth. 5.

Act. 1.

Prouerb. 9.

primitias ueras nobis ostendens, scripsit: Primum quidem sermonem feci de omnibus õ Theophile, quæ cœpit IESVS facere & docere. Offerre autem eis septem agnos immaculatos præcepit, dona significans quæ sunt spiritus, de quibus Solomon in Prouerbijs dicebat: Sapientia ædificauit sibi domum, erexit columnas septem. Planius autem Esaias tradidit:

Esa. 11.

Agnos offerre

Ioan. 1.

Et requiescet super eum spiritus domini. Nec tacuit quæ, uel cuius numeri essent dona, subintulit enim: Spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & implebit eum spiritus timoris domini. Agnos autem hæc appellat dona, ad ostensionem, quia spiritus sanctus unum est in Christo, de quo dictum est: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vnde nemo potest dicere CHRISTVS IESVS, nisi in spiritu sancto. Ergo nõ extra rationem cum septem agnis uitulum de armento præsens cõtinet oblatio, sed euidenter significat illum ex armento Abraham, Isaac, Iacob, & Dauid secundum carnem factum. Huic arietes

Duo arietes

immaculati.

duos immaculatos cõiunxit, excellentia mandata & uirtutes, quas sequi alias uelut oues oportet. In his enim, utpote intelligibilem inimicum uentilantibus,

bus.

A bus munimen & indemnitate[m] habent. Quæ sunt autem hæc: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. Maximū quippe mandatū est, uēdere quæ habet, & dare pauperibus: Maximum autem sequi Christum, ut cum despectu quippiam possidendi, etiam omnia agere secundum uoluntatem dei domini studeamus. Hoc est enim eum sequi. Hæc ergo mandata, utpote propter immaculatam uitam, & perfectam constituta, arietes appellantur, quia arietes omni gregi excellentiores sunt. Horum sacrificium & libatio, scientia uidelicet & correctio, odor suauitatis est domino, ille de quo Paulus dicebat: Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo IESU, odorē scientiæ suæ manifestat per nos, quia Christi bonus odor sumus. Veruntamen non usq[ue] ad hæc oblationem pentecostes statuit. Dicit autem & reliqua, quia maxime spiritui, cuius prædicti festiuitas est, perfectio competit. Quid ergo ait: Facietis & hircum pro peccato,) Penitentia[m] introducēs sermonē. Duosq[ue] agnos aniculos, hostias pacificorū,) Illa Pauli mandata significans: Pacem meam, inquit, sequimini cum omnibus, & sanctimoniā, sine quibus nemo uidebit deum. Quæ quia per apostolicam linguam expressa erant, offerri ea præcepit cum panibus primitiarum, quos esse Christi doctrinam diximus. In sequentibus rursus ait: Quumq[ue] eleuauerit ea sacerdos cum panibus primitiarum coram domino.) Secundum LXX. autem sic: Et separauit ea sacerdos separatione, cum panibus primitiarum ante dominum, cum duobus agnis: significans cui domino, ait: Cedentq[ue] in usus eius, sacerdoti offerentis ea, uidelicet Christi: Ipse enim noster sacerdos, ipse noster dominus est. Ipsi[us] sicut panes primitiarum, sic & agni mandatorum prædictorū sunt: ipse enim erat, qui in Paulo loquebatur, ipse omnia, quæ dicta sunt, obtulit. Pacem enim de qua Paulus mandat, primus dominus discipulis annunciauit: & sanctimoniā, sicut sanctus sanctorum, super omnes custodiuit: nam ipse erat de quo Gabriel uirgini dixit: Propterea, & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Veruntamen si uis dici, de quo sermo est, cōprehendere excellentiam, confirmationem eorum quæ de eo dicta sunt, respice. Et uocabitis hunc diem celeberrimum, atq[ue] sanctissimum, omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & generatiōibus uestris.) Quid ergo in ea est, quod in his excelleat? Ecce em̄ & alios dies sanctos appellat: sed & de hoc primum inquit, & appellabitis hunc diem celeberrimū, & post hoc, atq[ue] sanctissimū, ut in eo cognosceres, quid & cum alijs commune, & quid in se proprium habet. In ipso enim gentium uocatio non prædicari solum, sed & operari coepit, quando Parthi, et Medi, & Elamitæ, & qui habitabant Mesopotamiam, Iudæam, & Pamphiliam, omnesq[ue] reliquæ gentes, quas Lucas dinumerauit, audire apostolos, linguis suis magnalia dei loquentes, prædicantesq[ue] coeperunt. Nullū ergo opus seruile in illo die faciamus, id est, qd' ad seruitutē pertinet, sed legitimū

Matth. 19.

Vendere quæ habemus, & dare pauperibus.

Sequi Christū.

Arietes.

2. Corinth. 2.

Hebr. 14.

Panis primitiarum.

Panis & sanctimonie Christi studiosus. Luc. 1.

Dies celeberrimus quare.

Act. 2.

C sempiternum in cunctis habitaculis, & generationibus nostris seruemus, ni
 2. Corinth. 3. hil seruire operandi in tempore, quo ad nos uenit spiritus, quia ubi spiritus
 » domini, ibi libertas, sicut Paulus scripsit. Postquam autē messueritis sege
 » tem terræ uestræ, non secabitis eam usq; ad solum, nec remanentes spicas
 » colligētis, sed pauperibus & peregrinis dimittētis eas. Ego dominus deus
 » uester.) Quia pietate plena sunt, quæ nunc lege præcipiuntur, apertum est:
 Propter quod ea custodiri & secundū literā oportet, sed maius eorū lucrū
 contēplatio possidet. Tu autē hoc in eis nota, quia quum similia his superius
 præcepisset, nō tamē eadē sanciuīt, hoc autē uerborū ipsa immutatio demō-
 strat, ibi etenim ait: Non cōplebitis messionē uestrā, hic autē: Nō secabitis eā
 usq; ad solum; ut differētiā ipsam ex permutatione uerborū intelligamus.
 Verborum im- Terrā fidelium esse prædictā à lege dei conuersationē frequenter ostendi
 mutatio. mus: huius messio, post resurrectionem saluatoris à mortuis, & aduentum
 sancti spiritus, floruit. Et non quidē omnē scientiam quam habituri sumus,
 Messis. Quædam mor- tuū sciemus, quando ad ipsum deum uenerimus, tradit uerbum prædicationis: sunt au-
 tua sciemus, quæ iam ex di- uinis scire non possumus. » tem quæ relinquit, utpote quæ nunc nobis reuelari non possunt. Et propte-
 » rea legē hanc in prædictis festiuitatibus interposuit, & ait: Postquam mes-
 » fueritis segetem terræ uestræ, non secabitis eam usq; ad solum.) In eo quod
 » dicit, non secabitis eam usq; ad solum, ea significauit, quæ nobis ad plenam
 » scientiam, & perfectam defunt, propter quod & subdidit: Nec remanentes
 » spicas colliges.) Ut nō contendamus, neq; frustra conemur ea, quæ nostrā
 D fugiunt scientiā. Et propterea de messura quæ cadere dicuntur, colligere nec
 possumus, sed relinquamus ea Christo, quem significans legislator addidit:
 Spicas non col- Pauperibus & peregrinis dimittes eas.) Sive secundum LXX. Pauperi, &
 ligere. » profelito relinques ea. Et quis est hic? Audi quod sequitur: Ego dominus
 » deus uester.) Pauper autem & hic dicitur, quia propter nos pauper factus
 est quum diues esset, ut illius paupertate nos diuites essemus. Sed & aduena,
 quia etsi in propria uenit, sui eum tamen non receperūt. Huic ergo ea relin-
 ques. Solus autem scit, quæ nobis remanēt, propter quod nec colligere pos-
 sumus, quæ ut ipse colligat, separata sunt, teste Paulo, qui dicit: O altitudo sa-
 pientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inue-
 stigabiles uia eius.
 Roma. 11. » Loquutusq; est dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israël: Men-
 » se septimo, prima die mensis, erit uobis sabbatum memoriale clangentibus
 » tubis, & uocabitur sanctum. Omne opus seruire non facietis in eo, & offe-
 » retis holocaustum domino.) Septenarium numerum euidentem gerere, &
 indubitabilem consummationis figuram, siue uniuscuiusq; nostrum, siue
 generalem, multa quidem & alia ostendunt, illud quidem maxime, quia
 deus in die septima cessauit ab operibus suis, dans nobis ex ipsa requiem no-
 Hebr. 4. stram conijcere, de qua Paulus ait: Qui enim ingressus est in illam requi-
 em, requieuit ipse ab omnibus operibus suis, quemadmodū & à suis deus.
 Sed

A sed initium consummationis temporum, domini est aduentus, propter quod illud nouissimam horam Ioannes euangelista appellauit, ait enim: Filioli, nouissima hora est. Sed & Iacobus: Ecce iudex ante ianuam stat. Hoc tempus, primam septimi mensis sicut principium consummationis, recte lex appellauit. Est etiam nobis requies, quia nos ab operibus malis carnis refecit, & à iugo graui liberauit. Venite enim, inquit, omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Et rursus: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Hoc & memoriale tubarum est, prædicat enim saluatoris resurrectionem, quæ memoriale est communis mortuorum resurrectionis, quæ in uoce tubarum magnarum & terribilium efficitur, in iussu dominico, in uoce archangeli, in tuba dei, sicut Paulus docuit. Hoc tempus uocabitur sanctum domino: quia uocationem, quæ in sanctificatione est, possidet, ex qua adoptio, quæ ad eum pertinet, uocatis efficitur. Omne opus seruire non facietis in eo, & offeretis holocaustum domino. Non est enim iam tempus opera seruilia agere, quia sufficit præteritum tempus ad uoluntatem gentium, in quo gesta sunt opera seruilia: & debemus, quemadmodum exhibuimus membra nostra arma iniquitatis ad iniquitatem, ita exhibere membra nostra arma iustitiæ, in sanctificatione. Hoc est enim iterum holocaustum.

Nouissima hora.
1. Ioan. 2.

Matth. 11.

Tuba qua mortui excitati, resurgent.

1. Thef. 4.
Vocatio.

Adoptio.

Rom. 6.

B Loquutusque est dominus ad Moysen, dicens: Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & uocabitur sanctus, affligetisque animas uestras in eo, & offeretis holocaustum domino. Omne opus seruire non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis est, ut propitietur uobis dominus deus uester. Omnis anima quæ afflictæ non fuerit in die hoc, peribit de populis suis. Et quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum sempiternum erit uobis in cunctis generationibus & habitationibus uestris, sabbatumque requiei est, affligetis animas uestras. Die nono mensis septimi, à uespere usque ad uesperum, celebrabitis sabbata uestra. Recte Paulus Corinthiis de Iudæis scripsit: Hæc omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad nostram correptionem, in quos fines seculorum deueniunt. Quod enim in fine seculi actum est saluatoris mysterium, quæ & quanta ex eo dispensata sint, planè per præsentia legislator significauit. Quid ergo nobis innuit, uel quid sancit gratia Christi, & prædicatio eius: Spem utique mortuorum resurrectionis, uitam cum modestia, & humilitate, & in ciborum abstinentia, & quæ est in despectu præsentium, atque despectu possidendi, aliisque uirtutibus: quas agentes, tanquam incolæ hac terra utimur, utpote non ad longum tempus: sed ad perparuum in ea ponentes tabernacula, quia eorum quæ dicta sunt, unumquodque in hac plenitudine temporum, per euangelicam nobis conuersationem prædicta sunt. Septimum mensem, hic enim numerus consummationem temporum significare consueuit, omnibus figuris, & necessarie conseruauit.

1. Corin. 10.

Christi præcepta, quorum pertinent.

Terra hospitium.
Septimus numerus.

N

Cap. XXIII. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C autem ea, spem mortuorū resurrectionis, per neomenias septimi mensis su-
Matth. 24. perius significauit, in qua & tubarū memoriale posuit, quia in tuba dei expe-
Decima mensis. ctamus mortuos resurgere. Eam autem, quæ est in humilitate, & ciborū ab-
 stinentia uitam, per decimam mensis, de qua nunc loquitur, in transitu enim
 seculo uti, et exitum de eo expectare, per festiuitatem, quam à quintadecima
 incipere, post paululum inuenies eum dicentem, significat. Sed ea quæ nunc
 pertinent ad præsentia, perscrutemur.

Loquutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Decimo mensis huius septi-
 mi, dies expiationum erit celeberrimus, & uocabitur sanctus, affligetisq;
 animas uestras in eo die nono mensis à uespere.) Ostendere propitiationem
 nobis, à peccatis uidelicet liberationem, in humilitate, & afflictione animæ
 accquiri legislator desiderat. Hanc autem agere à uespere debemus, id est,
Initium prædi- ex ipsa poenitentia, sicut incipientes: quia & Christus, initium suæ prædi-
cationis Chris- cationis poenitentiam fecit. Sed poenitentia uitam bonam superædificare,
si à poenitentia. perfectamq; & uirtutibus consummatam necesse habemus. Et propterea
 subdidit. Et offeretis holocaustū domino. Omne opus nō facietis in tem-
 pore diei huius.) In holocausto mate quidem, consummatam uitam, & per-
 fecte inhærentem domino: in non faciendo autem omne opus, terrenorum
 operum abstinentiam ostendit: ergo & nimis consequenter addidit: Quia
 dies propitiationis est, ut propitietur uobis dominus deus uester.) Vtraque
 hæc ostendens, quia & hoc est tempus ad propitiationem nobis à deo do-
 natum, in quo peccata nostra ueniens dominus diluit, & quia in quo hæc
 expectamus tempore, nihil debemus terrenorum agere. Deinde legē pro-
Matth. 11. trahens, & Christo aduocationem præbens, qui dixit: Discite à me, quia mi-
 tis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris: Ait:

Omnis anima quæ afflictā non fuerit in die hoc, peribit de populis suis.)
 Necq; enim sequitur Christum, qui hæc sanciuuit, et intantum semetipsum hu-
Philipp. 2. miliauit, ut Paulus de eo diceret: Humiliauit semetipsum, factus obediens
 usq; ad mortem, mortē autem crucis. Sed & quæ operis quippiam fecerit,
 delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo. Legitimum sem-
 piternū erit uobis in cunctis generationibus, & habitationibus uestris.) Sic
 hoc dixit, tanquam si populo Iudæorum præceptum sit, sic autem se nō ha-
 bet: Omnibus enim lex communis est, quia & ad omnes dominus dicebat:

Operamini non cibum qui perit: nihil uolens nos operari terrenum. Bene
 ergo & sapienter custodiam uacationis producere ad maiorem contempla-
 tionem uolens, addidit: Sabbatū requiei est. Vel sicut LXX. Sabbata sabba-
 torum erūt uobis. Ut per hoc, intelligibile intelligamus sabbatum, quod Iu-
 dæorum excedebat infirmitatem, quemadmodum & sancta sanctorū: pro-
 pter quod eis nec sabbata erant. Sed & Canticorum cantica: nō intelligunt
 enim eorum quæ ibi scripta sunt uirtutem. Et omne quod secundum legem
Anagogen Iu- anagogen recipit, hoc excedere Iudæorum mensuras intelligamus. Iam autē
deis incognita uide

Ioan. 6.
Vacationes
sabbati ad occa-
siones contem-
plationis.

A uide, quibus sermonibus usus est. Et affligetis animas uestras. Die nono mensis septimi à uespere usq; ad uesperum celebrabitis sabbata uestra.) Recapitulat ergo humilitatis uerbū, quia frequenter illud Christus docuit, quasi coronam autem illam, & uirtutum basim atq; subsistentiā, apostolis constituit. Inquisitus enim, quis maior esset in regno cœlorum, respōdit: Quicūq; humiliauerit se sicut paruulus hic, iste maior est in regno cœlorum. Quod autem dixit: A uespere usq; ad uesperum, aperte uolentis est semper superfluum, & uanorum uacationem studeri. Vnde dominus nec causam dicere cōcedit: præcepit enim, neq; de tunica, neq; de ueste litigari: sed nec cogitare quid comedatur, aut quid bibatur, aut quid uestiatur: uerum ipse docens, & sabbatorum annuncians sabbatum, in quo omne opus cessat, & sola quæ dei sunt, ostenduntur, sola corriguntur quæ utilia sunt, atque expediunt animæ.

Humilitatis cōmendatio.
Matth. 18.

Matth. 6.

B Et loquutus est dominus ad Moy sen, dicēs: Loquere filijs Israēl, A quinta todecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorū septē diebus domino. Dies primus uocabit̄ celeberrimus atq; sanctissimus. Omne opus seruile nō facietis, & septē diebus offeretis holocausta domino. Dies quoq; octauus erit celeberrimus atq; sanctissimus, & offeretis holocaustū domino. Est enim coctus, atq; collectæ. Omne opus seruile nō facietis in eo.) Hic usurpare sapientiā seculi, & transitoriū eius nosse, & temporale, non solū ait legislatorē significare, sed & oportere oculū habere ad seculū futurum. Hoc ergo & per numerum, & per tabernacula sine aliqua dubitatione inuenies figuratū. Quintadecima siquidē die inchoari festiuitatē præcepit. Ex septē autē, & octo, hic est numerus compositus, quorū unus quidem præsens seculum, alter autē figurat futurum. Vnde & festiuitatē septem diebus consummari præcipiens, alios rursus dies celeberrimos, atq; sanctissimos commemorauit, & nec dinumerauit eam cum septem, sed posuit sequentem, & semota ab alijs, sicut futurū seculum sequitur quidem præsens, aliud autem quàm hoc est. Septē ergo diebus festiuitatem tabernaculorum appellauit. Quicūq; enim ut tabernaculo præsentem mundo utitur, hic festiuitatem in eo habere, & lætari propter futuri expectationē potest. Et quicūq; scit, quia si terrena domus habitationis huius dissoluatur, ædificatio non manufacta eum in cœlis suscipiat. Primā autē septē dierū, celeberrimā atq; sanctissimā appellauit. Qui em̄ scit præsentibus tanquā tabernaculo uti, prima dies, id est, initiū & principiū à sanctificatione uocationis incipit, propterea & nimis consequenter ait: Omne opus seruile nō facietis.) Quia nulli in seculo seruiunt, qui tanquā tabernaculū & transitoria ea quæ in eo sunt, attendunt. Sed & septem diebus holocausta offerri præcepit, ostendens oportere per omne tempus perfectam conuersationē sequi. Quando ergo sic præsentem uitam percurrimus, tunc celeberrimum atq; sanctissimum octauum diem, seculum uidelicet futurū habemus, uocante nos in præparata sanctis bona,

Quintadecimus dies.

Qui mundo utitur tanquā tabernaculo, cupiditatibus omnibus renunciant.

C eo qui nos & in hac conuersatione uocauit : nam & LXX. sic ædiderunt : Dies octauus uocalis sanctus erit. Tunc ergo offerimus holocausta domino, quæ hic præparauerimus. Est enim cœtus atque collectæ.) Vel sicut

Philip. 1. LXX. Egressus est, quia hinc exitus, illic habitatio est, sicut ait Paulus : Cuspicio dissolui, & esse cum Christo. Omne opus seruale non faciemus : quia sicut angeli dei tempore illo erimus. Sed & hoc nota, quomodo eadē de primo & octauo dicit : quia unius quodammodo uterque uirtutis sunt, resurrectionis quippe dies, quæ est substantia futuri seculi, initiumque eius & basis : Primus quidem, sicut principium in Christo conuersationis, & exordium futurorum est : Octauus autem, ut qui præsentem seculo, quem septimus numerus significare dicitur. Sed & si quis hic sicut in tabernaculo habitat, & sicut pertransiens mundum, hic uiuit : iste etsi nec dum re, tamen rei uirtute, iam futurum seculum habet : id agens, quod neque ad materiam pertinet, neque ad inquietudinem, quod illius est proprium : propter quod & dominus apostolis, utpote talem hæreditatem eligentibus uitæ, dicebat : Regnum dei intra uos est. Sed & illud secundum LXX. notandum est, quia primum quidem uocalem sanctum sine additamento & distinctione nominauit. De octauo autem, uocalem sanctum dicens, addidit, erit uobis : ut quod dixit, erit ex eo, futurum significaret distinctionem autem eius, quod dixit, uobis, ostenderet : quia primus quidem omnibus uocalis & sanctus est, quia omnis hic & sine, distinctione ad sanctificationem, & ad bene uiuendum, & ad cursum hæreditatis futurorum bonorum dominus uocauit : nam & sine ulla distinctione prædicabat : Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. In futuro autem uocatio hæreditatis bonorum, non omnium est sed, eorum, qui præsentem uocationem susceperunt, & tabernaculorum festiuitatem, scientes quia præterit figura huius mundi, custodierunt. Propter quod, uobis, dixit, illis exclamans, qui sic uixerunt. Hæc se ita habere, ipse iterum ostendit : qui enim hic dixit : Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, in requiem uidelicet futuri : sic rursus quædam dicit de futuro : Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis præparatum est : subtrahens hoc quod dixerat, Omnes : quia multi quidem uocati, pauci uero electi.

Matth. 25. Hæ sunt ferie domini, quas uocabitis celeberrimas atque sanctissimas, offeretisque in eis oblationes domino, holocausta et libamina, iuxta ritum uniuscuiusque diei, exceptisque sabbatis domini, donisque uestris, & quæ offeretis ex uoto, uel quæ sponte tribuitis domino.) Vide illas apostolicas uoces : Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Consona uidentur esse hæc præsentibus Mosaicæ sanctionis uerbis. Ecce enim festiuitates quasdam præcipuas legislator exponens, quas & celeberrimas, atque sanctas nominauit, permiscuit eis quotidiana libamina & sacrificia. Hæc sicut

A sunt enim feriæ domini, quas uocabitis celeberrimas atque sanctissimas.)
 Et quã oporteret hanc aut illam dicere, non sic dixit, sed subdidit: Offere-
 tisq; in eis oblationes domino, holocausta & libamenta, iuxta ritum unius-
 cuiusque diei.) Et ipse nos gaudere, & festiuitatem agere, & sine intermis-
 sione orare uult. Hoc est ergo quotidiana libatio, & sacrificium, siue ho-
 locaustum, quæ tunc offerre possumus, quando corpora nostra hostiam
 uiuam deo exhibuerimus, & membra nostra, quæ sunt super terram, mor-
 tificauerimus, parati que fuerimus ire ad dominum, cum Paulo dicen-
 tes: Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Propter
 hoc addidit: Exceptis que sabbatis domini, donisq; uestris, & quæ offere-
 tis ex uoto, uel quæ sponte tribuitis domino.) Aperte illud tradens, quia
 super declinationem malorum, hoc est, sabbatum, & super alias iustiti-
 as, quas deo secundum tempus promittimus, aliquando ei ieiunium, ali-
 quando possessionum oblationem, uel in periculis uenientibus nobis, uel
 uoluntarie promittimus: propterea uotorum & spontaneorum quotidie-
 ani ministerij deo, atque perpetui sacrificij, siquidem actio iusta est, debi-
 tores sumus, ut nostram omnem ei uitam offeramus, dicentes, quemad-
 modum & Paulus dixit: uiuo autem non iam ego, uiuit uero in me Chris-
 tus. Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me,
 & tradidit semetipsum pro me: propter quod & nos offerre ei uitam no-
 stram oportet, quia & ipse semetipsum pro nobis obtulit.

B A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis om-
 nes fructus terræ uestræ, celebrabitis ferias domini septem diebus. Die
 primo, & die octauo erit sabbatum, id est, requies. Sumetis que uobis die
 primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmarum, & ramos ligni
 denfarum frondium, & falices de torrente: & lætabimini coram domino
 deo uestro, celebrabitis que solennitatem eius septem diebus per annum.
 Legitimum sempiternum erit in generationibus uestris. Mense septimo,
 festa celebrabitis, & habitabitis in umbraculis septem diebus. Omnis qui
 ex genere est Israël, manebit in tabernaculis, ut discât posteri uestri, quod in
 tabernaculis habitare fecerim filios Israël, quum educerẽ eos de terra Aeg-
 ypti. Ego dominus deus uester. Loquutusq; est Moyses super solennita-
 tibus domini, ad filios Israël.) Tutos nos legislator esse præcipit seculi fu-
 turi, & præsentem uitam ad illud coaptare. Propterea quum compleret fe-
 stiuitatum uerbum, iterat nũc tabernaculorum festiuitatem: quia totius le-
 gis summa est, non inhiare præsentibus, neque adhærere terrenis: sed scire
 quia inquilini in ea & peregrini sumus, sicut omnes patres nostri. A quin-
 todecimo ergo die mensis septimi.) Esse mensem septimum completionem,
 siue plenitudinem temporum diximus. Quintodecimus autem, utpote
 ex septem & octo constans, euangelicam prædicationem, quæ ex præsentibus

Quotidianæ li-
bationes orati-
tionis sunt.

2. Timoth. 4.

Totam uitam
offerre deo.

Galat. 2.

Summa legis
est, non inhiare
præsentibus.

C uita & futura consistit, significat, hanc componens, illā præparans. Quādo
Congregare fructus. congregauerimus omnes fructus terræ, ab operibus uidelicet terrenis ces-
 santes: festa celebremus, septem dies, id est, totā nostram demus uitā in di-
 uina festiuitate celebrāda. Die autē primo requies, & die octauo requies.)
 Non iam septimo, quū numero septem dierum festiuitatē agi proposuisset,
 sed octauo: primū quidem, quia his qui secundū literam legē tenent, festi-
 uitatē celebrare nō licet, nouo enim segregatus est populo, qui scit legem se-
 cundum spiritū accipere, & octauū honorare, quē diximus significare mor-
 tuorum resurrectionē. Secundo, quia unā uirtutē habēt & primus & octa-
 uus: quia octauus, ipse est & primus, quā ipse est principiū futuri seculi. Dein
Primus & octauus dies idē significant. de primus dies, qui est initiū factæ prædicationis, in fine seculorū requiem
 cōtinet. Requiescere em̄ nos facit, quū nos à peccatorum laboribus liberat,
 per donū baptismatis: cuius quia figurā inundatio gerebat, quæ creaturæ
 per Noë aquarū diluuiū uenit, recte de hoc dicebat: Hic requiescere nos fa-
 ciet ab omnibus operibus nostris, et de reliquijs manuū nostrarū, & à ter-
 ra cui maledixit dominus deus. Simulq; primus dies exordiū uidelicet præ-
 dicationis, promittit posteriorem requiem, quam octauus habet, id est, mor-
 tuorū resurrectio, & regnum futuri seculi, de quo psallebat David: Exurge
Psal. 131. domine in requiē tuam. Quia em̄ utranq; requiē exordiū euangelicæ præ-
 dicationis possidet, audi quid primū Christus humano generi prædicauit:
Matth. 3. Poenitentia agite, appropinquabit enim regnū celorum. Per poenitentiam,
 D à laboribus uitæ quæ in peccatis est, requiem prædicans, & spem in regno
Primi diei requies. celorum futuræ requiei. Sed primus quidem habet requiem à peccatorū
 laboribus. Ab eo tamen, qui uocatus est superædificari, huic requiei uirtu-
 tum operationem exiget. Propter quod dominus dicit: Discite à me, quia
Matth. 11. mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Sub-
 infert: Iugum enim meum suauē est, & onus meum leue: hanc, quæ est cum
 requie operationem uirtutum mandans. Hic autem legislator, quum festi-
 uitatem prædicasset septem dierum, primum eius diem, requiem appella-
 uit: tacet autē sequentes dies, ut per hoc significet, oportere uirtutibus ope-
 ram dare. Deinde ad octauum diem transfert requiem, ostendens, quia fi-
Octaua diei uera & perfecta requies. deles, & seruiētes legi dei, uera requies seculi futuri est. Quid ergo nos in
 tota uita operari, & unde inchoare operationē oportet? Sumetisq; uobis
 die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmarum, & ramos li-
 gni denfarum frondium, & falices de torrente, & lætabimini coram domi-
 no deo uestro, celebrabitiscq; solennitatem eius septē diebus.) Quod oportet
 per omnē uitam uirtutibus operā dare, quas in fructibus et ramis præ-
 dictorū lignorū significauit, ipse numerus te septē dierum absq; ulla dubie-
 tate cōfirmat. Quia uero ex ipsa inchoare debemus uocatione, ex qua præ-
 dicta est Christi intelligibilis requies, quæ prima est festiuitatis dies, manife-
 stū est: quē diē quidē superius appellauit req̄ei. Nūc autē in eo fructus arbo-
 ris pul-

A ris pulcherrimæ sumere præcipit, illos uidelicet, quos in primo psalmo Dauid cantauit: Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Pulchrum enim dicitur temporaneum & opportunum, id est, qui in tempore est, & uirtutis opportunis temporibus peragitur, ut nullatenus in tempore iustitiæ fugientes eam, declinemus ad compassionem. Ait enim: Non misereberis pauperi in iudicio. Quia & iustitia, & compassio, & castitas, & quodlibet dixeris, suum tempus opportunum habet, sicut Paulus dicit: Alligatus es uxori, noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quaerere uxorem. Et Solomon ait, Omnis rei tempus: tempus tacendi, & tempus loquendi, tempus belli, & tempus pacis: & multa his similia. Vnde & Saul condemnatus est, quia Agag extra tempus pepercit, & compassus est, quo tempore eum hoc non oportebat facere: nec oportebat eum parcere, quum deus iussisset totum Amalech disperdi. Si ergo fructus arboris sumpseris, de quibus ait Iob: Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti, quia & lignum attulit fructum suum: Sed & Cantica canticorum: Sub umbra eius quam desideravi, uidelicet Christi sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo: Pulcherrimum sume, omnia enim quæ fecit deus, bona sunt in tempore suo. Sed & Paulus ait: Omnia uestra honeste secundum ordinem fiant: quod oporteat aptari uirtutes temporis significans. Ergo fructus arboris pulcherrimæ, principaliter Christus, fructus illius ligni est, de quo in Esaia dictum est: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: dei genitricis uidelicet uirginis. Secundum LXX. Ipse fructus speciosus. Omnia enim ipse dispensat tempore opportuno. Si autem aliquid secundum eius legem, & zelum est, quod correctum fuerit in uerbo, aut in opere, hoc etiam fructus speciosus recte dicitur. Sumere autem & spatulas palmarum, id est iuuenescencia iustitiæ genimina: Iustus enim sicut palma florebit, Dauid dixit. Sed quia de palma nihil est, quemadmodum nec de eis qui iuste uiuunt, quod respui possit. Sume & ramos ligni densarum frondium. Omnes quidem uirtutum fructus, maxime autem misericordiam: oportet enim eam esse continuam, & permanentem. Quod Ecclesiastes commendans: Oleum, inquit, de capite tuo non deficiat. Et in Prouerbijs: Non dicas, uade, & reuertere, & crastino dabo tibi, quam statim possis dare. Sume & salices. Secundum LXX, κλάδους, ramos, id est, continentiam, castitatem, conjugij. Salix enim continentiam significat, quia fructum non facit, sicut nec continentes, qui sunt ueri eunuchi, qui castrauerunt se propter regnum caelorum, fructum quemlibet sensibile faciunt, ad quos deus per Esaia prophetam dicit: Non dicat eunuchus, quia lignum aridum ego sum: quia dabo eis in domo mea, & in muris meis locum nominatum, melius a filiis et filiabus, nomen sempiternum dabo eis. Dicimus autem salicem gerere orationis, nec non poenitentiae figuram. Sic ergo & illud quod a Dauid dictum est, intelligamus: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui

Pulchri fructus.

Exod. 23.

1. Corin. 7.

Eccles. 3.

1. Reg. 15.

Iob. 2.

Can. 2.

1. Corin. 14.

Esa. 11.

Spatulae palmarum.

Psal. 91.

Eccles. 9.

Prouerb. 3.

Salix pro continentia.

Esa. 56.

Psal. 136.

Cap. XXIII. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C Syon. In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra. Orationis enim, & poenitentiae lachrymae, de quibus ait Esaias, Sicut salices super praeterfluentes aquas, continentiam commixtionis necessariam habent, in tempore quo offeruntur: quod demonstrat Paulus: Nolite fraudare inuicem, dicens, nisi ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi, quia castum oportet esse coniugium. Ipse rursus ait: Saluabuntur autem per filiorum procreationem, si permanserint in fide, & charitate, & sanctificatione, cum sobrietate. Et iterum: Honorabile connubium, & thorus immaculatus. Sed haec de torrente fumere, de praesenti uidelicet uita, torrens enim propter transitum, siue decursum, simul autem & propter hyemem, quam habet diuersarum tentationum, atque tribulationum, recte nominatur, ita ut Dauid de Christo diceret: quia & ipse de mundo, & de eius tribulationibus, utpote similis nobis effectus, gustauit: De torrente in uia bibit, propterea exaltauit caput. Exaltauit enim in cruce pendens. Crucifigitur autem, quia ex nostro torrente bibere semel elegit. Qui ergo haec agit, septem diebus, totum uidelicet tempus, laetari potest. Sed laetari ante dominum, non impiorum & peccatorum gaudium: non est etenim gaudere impijs, dicit dominus, quippe qui in uoluptatibus & corruptionibus festiuitatem habent: sed in domino laetamini. Quid autem est, coram domino laetari? Id est, in eo credere, & pro eo pati. Hoc enim Petrus gaudium ex quo constat, demonstrat. Scripsit ergo: Per fidem ad salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in uarijs tentationibus. Sic nouissimorum temporum figuram gerit septimus mensis. Festiuitas et gaudium per fidem, quae est in Christo, & pro passionibus eius. Sed quomodo hanc festiuitatem con-
 summare & concludere debeamus, ostendunt haec legislatoris uerba. Celebrabitisque festiuitatem eius septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus uestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in umbraculis uestris septem diebus. Ut toto praesenti seculo, quemadmodum tabernaculo utamur, sic enim eum Ezechias appellauit, dicens: Quieuit generatio mea, ablata & conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum. Non ergo transitum uel decursum eius ignoramus, diuitias congregantes, uel domos magnas aedificantes: sed quemadmodum Paulus ait, intendamus, quia tempus breue est, ut ementes, sicut non ementes simus, & possidentes, tanquam non possidentes, & utentes mundo hoc, ut non utentes. Praeterit enim figura mundi huius. Omnis qui ex genere est Israel, manebit in tabernaculis, ut discant posterii uestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, quem eduxerim eos de terra Aegypti. Ego dominus deus uester. Vides quia figurae hae populo Iudaeorum, et imagines maiorum mysteriorum datae sunt: & propterea habitare in tabernaculis, & tabernaculorum festiuitatem celebrare iussi sunt, ut non obliuiscerentur liberationis Aegyptiae: sed hoc quidem secundum literam, spiritualiter autem, ut reminiscamur, quia de intelligibili Aegypto

Esaiæ 15.

1. Corin. 7.

1. Tim. 2.

Hebr. 13.

Torrens praesentis uitae.

Psal. 109.

Esaiæ 57.

Laetari coram domino.

1. Pet. 1.

Esaiæ 38.

1. Corin. 7.

Habitare in tabernaculis.

Pharaonis ser-
uitutem effuge-
re.

Matth. 8.

Luc. 9.

Indigena.

Hie. 35.

A Aegypto liberati sumus, id est ab intelligibilis Pharaonis seruitute, quæ est secundum corruptionem laterum præsentis seculi, qua si quis plene carere uult, in tabernaculis habitet, deum suum imitans dicentē: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidū: filius autē hominis nō habet ubi caput suū reclinet. Manebit autē omnis qui ex genere Israël est, siue secundū LXX. indigena, id est uere nobilis, uerus Israëlita Abrahamæ hæres, qui patriā & genus, & domos paternas reliquit, & in tabernaculis cum Isaac, Iacob, cohæredibus promissionis habitat. Quia autē non septē tantū diebus habitare in tabernaculis uerū Israëlita legislator uult, sed per hunc numerū omnē uitam significat, filij hoc Ionadab, filij Rechab, & ea quæ de eis scripta sunt per Hieremias prophetiam, docent. Habet enim sic: Et obediuius uoci Ionadab filij Rechab patris nostri, in omnibus quæ præcepit nobis, ita ut non biberemus uinum, cunctis diebus nostris, nos & mulieres nostræ, filij & filia nostræ, & nō ædificaremus domos ad habitandū, & uineā, & agrū, & sementem non habuimus, sed habitauimus in tabernaculis, & obediētes fecimus iuxta omnia quæ præcepit Ionadab pater noster. Sic supernam quietem, & non dispertitam uitam, & sine aliqua uexatione iusti studuerunt, qui **B** potuerunt intelligere spiritalem fructum tanquam botrum inter folia cælatum literæ. Has filijs Israël festiuitates Moyses loquutus est, in quibus nos lætemur, festa celebrantes in lege dei, & quæ ab eo ordinata sunt, secundum intentionem eius agentes, & pro materia quæ uexat hominem, partem bonam eligamus, charitatem patris, gratiam filij, societatem sancti spiritus. Ipsi gloria in secula seculorum. Amen.



ISYCHII PRESBY

TERI HIEROSOLYMORVM IN LE
VITICVM LIBER SEPTIMVS.

CAPVT XXIIII.



T LOQVVTVS est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe filijs Israël, ut offerant tibi oleum de oliuis purissimū ac lucidū, ad concinnandas lucernas iugiter extra uelum testimonij, in tabernaculum fœderis. Ponet' que eas Aaron uespere usque in mane coram domino, cultu, ritu' que perpetuo in generationibus uestris. Super cans

○

Candelabro mundissimo ponentur semper in conspectu domini.) Plena est nunc bonis multiuaria, & multimoda lex spiritus, nec enim exquirere ea, quae sunt ad correctionem placentium deo, & quae perpetuam uitam nobis conquirant, cessat. Cuius ergo figuram hoc, quod nunc expositum est a lege, candelabrum, et lucernae, & oleum gerat, ex uerbis ipsis leges discere potest, illud Pauli, quod ad Hebraeos scripsit, ad memoriam prius reuocans: Habuit quidem & prius iustificationes culturae, & sanctum seculare. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum. Deinde quomodo haec, quae talia sunt, intelligerentur, exponens ipse rursus Hebraeis umbram habere legem dixit. Ergo per umbram, corpus exquiramus. Candelabrum ergo dicimus esse euangelicam conuersationem, in qua Christus lucernae modo explendere uirtutes praecipit: Nemo enim, inquit, accendens lucernam, ponet eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. His lucernis oleum eleemosyna est, quia & ieiunium, & uirginitas, & oratio, & iustitia, & omnis actio bona, per misericordiam dilectionis pauperum irrigat, & custodiuntur inextinguibiles. Quod manifestant lampades quinque fatuarum uirginum: quae, quia dilectionis pauperum minus habuerunt oleum, a sponso exclusae sunt. Sed oportet oleum esse oliuarum purissimum, ut non ex iniustitia, neque ex rapacitate dilectioni pauperum seruiamus, neque ad ostentationem.

D De oliuis autem est, si ex bonis laboribus, & ex iustitiae pecunijs, uel possessione perficiatur: haec enim oliuae umbrosae, & fructuosae recte appellantur. Lucidissimum autem, ut non pro gloria humana eleemosynam faciamus. Oportet ergo lucernam hanc semper accendi, extra uelum uidelicet corporis Christi: hoc enim esse intelligibile uelum, per multa praecedentia demonstratum est. In tabernaculo autem scederis, siue ut LXX. testimonij, id est in caelo, in quo habitare deum manifestum est: utrumque ergo a legislatore dictum est.

Matth. 25. Si enim quaecumque facimus pauperibus, haec tanquam sibi facta, is qui propter nos factus est pauper, imputat, recte ante corpus dominicum lucerna eleemosynae incenditur, sed tamen & in caelo: ibi enim suos thesauros misericordes permittunt. Propter quod succendat eam Aaron, siue secundum LXX. & filij eius. Christus enim, qui est uerus sacerdos, pauperum compassione coepit. Imitatur autem eum, quicumque eius lucrari adoptionem uolunt. Poneatque eas Aaron, uel sicut LXX. incendet eas Aarō, & filij eius a uespere usque mane. Id est sine cessatione, quia & Solomon dicebat: Oleum de capite tuo non deficiat: ut oporteret eleemosynae lucernam incendere continue ostendens: & hoc ipsum coram domino, sicut ipse dominus dixit: Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut eleemosyna tua sit in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Hanc legem habeamus cultu ritumque perpetuo in generationibus nostris super candelabro mundissimo. Id est euangelicam conuersationem, secundum quod iam diximus. Ab omni enim haec ironia & hypocrisis munda est, utpote lucernas eleemosynae ante dominum, & non ante homines

incendit

Hebr. 9.

Hebr. 10.

Candelabrum.

Luc. 11.

Oleum lucernarum, eleemosyna.

Matth. 25.

Oleum impurum.

Oleum lucidissimum.

Matth. 25.

Eccles. 9.

Matth. 6.

A dentes. Vsq; mane autem incendamus, in præfenti uidelicet seculo. Quando enim mane illuxerit futuri seculi, iam non est super tempus operationis eleemosynæ, quod aperte significat Solomon dicens: Ne dicas amico tuo, uade, & reuertere, & crastino dabo tibi, quum statim possis dare: nefcis enim quid pariat superuentura dies. Id est, festina, & non differas, ne forte deducaris in locis, in quibus operari tempus non habes, sed rationes illic necesse sit reddi de his quæ hic operati fuerimus. Præterea his salutare tempus est legislatoris intellectum, candelabrum mundum quidem, quia peccatum non habuit, nec dolus inuentus est in ore eius. Candelabrum autem, quia ipse est lumen uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Super hoc incēditur lucerna, spiritus sanctus: igneus enim est substantia, & operatione, unde in specie ignearum linguarum super discipulos descendit. Hinc purissimū oleum offerre, id est uitam mundam debemus: scientes, quia non omnium est incendere illud, sed solius intelligibilis Aaron, & filiorum eius: Christus enim ipse plenus est spiritu, dicens: Spiritus domini super me, propter quod unxit me. Super quē in specie columbæ de caelo descendebat. Sed & ignem ueni mittere super terram, & uolo ut accendatur. Quum huius lucernæ ignem significaret, dicebat: Nam & ipse filijs suis tradidit, quando insufflans apostolis, dicebat: Accipite spiritum sanctum: Sed lucerna ista aliter non incēditur, nisi per uitam mundam, & per conuersationem lucidissimam, siue claram. Qui autem talis non est, spiritus in eo extinguetur. Neque enim sine causa Paulus contestabatur, Spiritum nolite extinguere: in nobis esse, incendere eius operationem & extinguere, aut studentes ea, quibus incendatur, aut negligentes, euidenter ostendens. Nimis ergo ordinate, quandoquidem lucernæ mentionem facit, non autem lucernarum, quia de ipso sancto loquitur spiritu, sic dicit, ut lucerna semper ardeat, tam eius æternitatem ostendens, quam quia sponte, & ex sua autoritate succenditur. Quia autem lucernarum memoriam fecit, dicit operationes spiritus. Aiunt autem LXX, Incendent lucernas ante dominum usque mane: hoc ostendentes, quia nos opus habemus accendere operationes spiritualis ignis, materiam eis subministrantes, ex quibus accendi uult. Quod autem dixit, usque mane, id est, usque ad seculum uenturum, tunc non iam nos incendere, neque accendere opus habemus. Omnes enim erimus spirituales, qui nobis dignitatem hanc in hoc seculo comparauerimus.

• Accipies quoq; similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebūt duas decimas. Quorū senos altrinsecus super mēsam purissimā coram dño statues, & pones super eos thus lucidissimum, ut sit panis in monumentū oblationis dñi. Per singula sabbata mutabuntur corā dño, suscepti à filijs Israēl scedere sempiterno; erūtq; Aarō & filiorū eius, ut comedāt eos in sancto loco, q̄a sanctū sanctorū est de sacrificio dñi iure perpetuo. Vocat ad

Proverb. 3.
Crastino dare.
1. Pet. 2.
Candelabrum.
Ioan. 1.
Act. 2.
Esa. 61.
Luc. 12.
Ioan. 20.
1. Thes. 5.
Lucerna.
Incendere & extinguere lucernam.

Cap. XXIII. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C contemplationem mandati nos ipse panum numerus, sed & propositio: & quia non & ipsos, quemadmodum ea quæ sunt de sartagine, & craticula, & elibano, holocaustum fieri præcipit, sed poni quidem in mensa altrinsecus, & solis eos licere sacerdotibus, non & leuitis edere, ut tamen & ab ipsis in loco sancto comedantur. Sed & quia sanctum sanctorum appellati sunt, intellige quæ dicuntur. Dabit enim tibi dominus intellectum. Memento mysticæ mensæ, de qua nulli præsumere præceptum est, excepto intelligibili Aaron, id est Christo: ipse enim eam primus initiavit: sed & filijs eius, qui ab eo facti sunt Christi, & induti sunt eo: quam tamen comedere in loco sancto iussi sunt. Est uero & sanctum sanctorum, ut sanctificationem habeant præcipuam, & indespicibile. Illi panes ex duabus decimis, dei enim, & hominis sunt eiusdem in utroque perfecti, ponuntur seni altrinsecus. Mystica mensa ponitur quidem hic, ponitur etiam in futuro seculo. Sex autem panes, propositio una, quia perfectus numerus, sicut & mysterium ipsum perfectum, & perfectos facit eos, qui hoc fruuntur. In sex autem diebus hæc uisibilis facta est creatura, sextaque die homo productus est, propter quem Christus mysticam præparauit mensam. Veruntamen & omnes simul recte duodecim panes sunt, quia primi dominicam cœnauerunt apostoli, qui erant duo decim numero. Super hos thus lucidissimum ponitur, siue ut LXX. etiã sal. Sed thus prius: gratiarum actionem, id est oblationem, quæ principatū tenet in dominicam cœnam, significat thus, non solum quia immolatur deo, sed quia & multas, sicut dicunt medici, sanat oculorum ægritudines. Sal enim apostolorum doctrinam significat, ad quos dicitur: Vos estis sal terræ. Recte autem in multis locis mysticæ mensæ, ipsi apostoli & doctrina eorum ponuntur: quia quemadmodum ipsis dominus, sic ipsi nobis diuinæ cœnæ communionem tradiderunt, quorum mensa munda, uidelicet altare, de quo Dauid psallebat: Parasti in cōspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me. Hæc munda est, primū quidē sicut mundans, deinde sicut nihil mendacij, nec infectionis, qualia sunt in mysterijs paganorum, habens: in super, quia non licet participem illius fieri eum, qui non mundo accedit sensu, neque indutus est ueste alba, qualem qui indutus non fuerit, proijcitur ex eis, qui uocati sunt ad cœnam hanc semper. Sed & die sabbatorum præcipit poni, primum quidem, quia & in intelligibili requie, quæ est uerum sabbatum, locū habet: & hoc est mensa domini, etsi cœna eius est noua, quemadmodum licet in his, quæ dicta sunt à domino de calice uitæ æternæ, conijcere. Quia autem non frustra hæc, quæ nunc legislator exposuit, in unigeniti accipimus mensa, nec loquimur arroganter, aut scurriliter exquirimus, quod nō ad intentionem legis pertinet, sed imō ualde & uere conijcimus, ipsa auditori uerba satisfacere possunt, in quibus hic proprie loquutus uidetur, ait enim: Vt sit panis in monumentū oblationis domini.) Quis, aut in cuius commemoratione? Sed illud proculdubio est, quod se dixisse Paulus dñm tradentem

Atem mysterium scripsit: Quotiescunq; hæc feceritis, in memoriam mei facite. Deinde rursus additum est: Per singula sabbata mutabuntur coram domino, suscepti à filijs Israël fœdere sempiterno.) Siue ut LXX. testamētum sempiternum: illud proculdubio testamentum dicens, cuius dominus tradens mysterium, mentionem facit. Sed & nos dicentes, quantum ueritatis, quantumq; dignitatis habeat, cum maximo timore, & amore accedamus. Quia mundam dicit suam esse mensam, & testamentum suum æternum, solumq; Aaron, & filios eius, huius cibi esse participes, præcipit comedere, non ubiq;, sed in loco sancto. Sit autem nobis sanctus locus, prius quidem aula dei, deinde nostra corpora, quando sunt à pollutionibus munda, ita ut & nobis cōueniant hæc Pauli uerba: Templū enim dei sanctum est, quod estis uos. Insuper eleuans eius gloriam, & mysterij dignitatem efferens in sublime, addit: Sanctum sanctorum est de sacrificio domini iure perpetuo.) Ergo sancta est oratio, sancta diuinæ scripturæ lectio, & interpretatio nis auditio: sancta sunt, ut breuiter dicam, omnia quæ in ecclesijs dei secundum legem eius dicuntur, & aguntur. Sancta autem sanctorum, de sacrificio domini, de omnibus uidelicet quæ offeruntur, & aguntur ad eius gloriam, mensa est, quam de sacrificio suo Christus proponit. Nam non simpliciter dixit, quia sanctum sanctorum est, sed addidit secundum LXX. ipsi nō solum, qui ab eo satisfactionem habet, sed & subsistentiam, non negligenter eam, sed proprio sanguine, qui pro nobis effusus est, ostendente & constituyente.

Mensa domini
in loco sancto.

Locus sanctus
qui.

2. Corinth. 6.

Sancta quæ.

B Ecce autem egressus filius mulieris Israëlitis, quæ pepererat de uiro Aegyptio inter filios Israël, iurgatus est in castris, cum uiro Israëlita. Quumq; blasphemasset nomē dñi, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. Vocatur autē mater eius Salomith, filia Dabri, de tribu Dan. Miseruntq; eum in carcerem, donec nossent, quod iussisset dominus. Qui loquutus est ad Moysen, dicens: Educ blasphemum istum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus uniuersus.) Admirabilia & nunc nobis legislator tradit, in quibus dignum est dicere: Quam dulcia faucibus mei eloquia tua domine, super mel & fauū ori meo. Necessaria enim, & nimis utilia in imaginibus uiuis, & signis animatis, & operatibus, modo quodā sese mouētibus tradit. Exterior enim sapientia est, de qua ait Paulus: Quia stultā fecit deus sapientiā huius mūdi. Et rursus: Sapientia huius mundi, stultitia est apud deū. Dicit enim eam, quæ est erga cursus syderum, & mensuras cœli, & aliorum nobis incomprehensibilium perscrutationem, quæ apud Aegyptios studebantur, & illic quodammodo initium, & præmium sumpsit, quam nec Moyses in Pharaonis regalibus nutritus, ignorauit. Sed liber Regum dicit: Præcedebat sapientia Solomonis sapientiam omnium Orientalium, & Aegyptiorum. Israëlitis autem mulier, diuina scriptura uidelicet, de qua in Prouerbijis dictum est: Mulier in-

Psal. 118.

1. Cor. 1.

1. Corinth. 3.

Sapientia mundi
quæ intelligitur
i Paulo.

3. Reg. 4.

Prouerb. 31.

Cap. XXIII. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C intelligens benedicitur: timorem autem domini ipsa laudet, quia superfluas
 quæstiones relinquens, adhæsit timori diuino. Non oportet ergo Israëliti-
 dem mulierem, & sapientiam spiritualis scripturæ, exteriori sapiëntiæ coire, ita
 ut & subiiciatur, & eum qui ex eis nascitur, uidelicet eum, qui ex utraq; do-
 cetur, non solum filium Israëlitis, sed & filium Aegyptij esse, quum sapiat
 uidelicet quæ Aegyptij sunt, & exteriori sapiëntiæ se coniungat, & ea quæ
 illic sunt dogmata obtinere uelit. Si aliquando hoc fiet, & quispiam talis fue-
 rit inter filios intelligibilis fidelis Israël, & in castris, quod est ecclesia, quã
 Iacob in figura per somnium uidens, dicebat: Castra dei sunt hæc: & qui
 est ex Israëlitate, & Israëlita, rixentur, qui magnus est, & mundus, & qui se
 sapiëntiæ dei totum dedit, & qui dicit, sicut Paulus: Sapiëntiam loquimur in-
 ter perfectos, sapiëntiam autem non huius mundi, & principum seculi hu-
 ius, qui destruentur. Rixetur autem de uerbis, aut dogmatibus contendentes,
 & blasphemauerit filius mulieris Israëlitis nomen: Fit enim hoc, quan-
 do is qui sapiëntia exteriori læsus est, mentionem facit Christi. Vide enim, quia
 nimis subtilitatē sequens legislator ait: Quumq; blasphemasset nomen.)
 Quod autem, tacet, necdum enim quãdo hoc fanciebatur, erat notum, quia
 necdum natus erat is, qui ex uirgine, & spiritu sancto incarnatus est, de quo
 dixit Gabriel: Et uocabunt nomē eius IESVM. Ipse enim saluum faciet po-
 pulum suum à peccatis eorum. Paulus autem, quãtum sit hoc nomen osten-
 dens ait: Et dedit ei deus nomen super omne nomen, ut in nomine IESV om-
 nne genu flectatur, coelestium, terrestrium, & infernorum. Quando ergo
 is, qui in sapiëntia confidit, & intendit exteriori, quæ dicit paruum, magnū,
 maximum, & gradus, quod impossibile est, exquiret in diuinitate, blasphe-
 mauerit nomen Christi: blasphematur enim filium, qui eum patri dicit mino-
 rem: extra castra necessarie expellitur, & ab spectaculo ecclesiæ educitur.
 Qui autem audierunt, ponent manus suas super caput eius: ostendentes per
 caput, quia caput uere Christus, caput autem Christi deus: quia qui filium
 blasphemauit, & partem in illo blasphemauit. Et lapidet eum populus uni-
 uersus.) Qui occidunt & disperdunt eū qui blasphemauit. Sed & hæc uer-
 ba huius sanctionis opportune nota, quomodo adduxerunt eum ad Moy-
 sen. Ipse autem non ex autoritate agit, nec profert contra eum sententiam,
 sed misit eum in carcerem, ut iudicaret per præceptū domini. Nam Mo-
 saica lex, odio quidem habet ipsa filium blasphemantes, quod manifestum
 est ex eo, quod frequēter trinitatis insinuat mysterium, non quidem aperte,
 nec sic planè de ea loquitur, sicut euangelium, & propterea eum ad iudiciū
 mandatorum domini reseruauit. Quorum? Illorum uidelicet, qui dicunt:
 Qui non credit in filium, iam iudicatus est. Et rursus: Si non credideritis,
 quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Multaq; alia talia in euangeli-
 cis præceptis dicta.

Et ad filios Israël loqueris: Homo qui maledixerit deo suo, portabit pec-
 catum

Israëlitidē con-
iūgi Aegyptio

Castra ecclesiā
significat.

Gene. 32.

1. Corinth. 2.

Rixari.

Quamobrem
nomē eius, qui
blasphematus
fuerit, non sit
expressum, con-
tra q̄ habent
exemplaria o-
mnia testamen-
ti ueteris quæ
hodie extant.

Philip. 2.

Exemplum iu-
diciū prodi-
tum à Moysē.

Ioan. 3.

Ioan. 8.

A catū suū; & qui blasphemauerit nomē dñi, morte moriatur. Lapidibus op-
 rimet eū oīs multitudo, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphe-
 mauit nomē domini, morte moriatur. Nouū hic, & quod cōturbet aures
 multorū, secundū æditionē LXX. præcipit: Homo homo quicūq; maledi-
 xerit deo, peccatum accipiet: qui autē nominat nomē domini, morte moria-
 tur. Et blasphemando deum, nominare nomen domini grauius est: nam il-
 le quidem peccatum accipit solummodo, ille & poenam sustinet mortis.
 Quæ enim differētia est inter dominū & deum? Nonne hic iste ipse est, qui
 dixit? Audi Israël, dominus deus tuus, deus unus est. Et rursus: Diliges do-
 minum deum tuum ex toto corde tuo. Quomodo ergo, qui maledicit deo,
 peccatum accipit; qui autem nominauerit nomen domini, morte morietur?
 Aut cuius rei gratia omnino poenæ submittitur, qui nominat nomē do-
 mini? Inuenies enim Esaiam exultantem in hoc, & dicentem: Domine extra
 te alium nescimus, nomen tuum nominamus. Quod ergo nomen domini
 quis nominans, sub maledicto, & sub poena mortis efficitur? Siquidem ali-
 quod latēs nomen, & quod nos ignoramus, legislator nunc dicit, quod in
 scriptura sacra non est manifestatum: quomodo quispiam hoc nominet,
 quod non didicit, nec ad medium proferre potest? Vide autem, quid nobis
 deus per Moysen manifestauerit. Quumq; descēdisset dominus per nubē,
 stetit cum eo Moyses, inuocans nomen domini, quo transeunte coram eo
 ait: Dominator domine deus misericors & clemens. Non autem hoc nobis
 manifestaret, si nos hoc nō nominare uoluisset. Sed aliud nunc per præsen-
 tiam legislator demonstrat: illam enim blasphemiam, quam sciendo quis
 committit, hanc sub poena maxima esse, & non ueniam uult. Et hoc di-
 cit aperte, quod in euangelijs dñs ait: Omne peccatū, & blasphemia, dimittetur
 hominibus. Qui autē dixerit contra spiritum sanctum, non dimittetur
 ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Blasphemiā spiritus, eam quæ in scien-
 tia dei committitur, blasphemiam appellans, quia scientia donum est specia-
 liter spiritus, ita ut Paulus diceret: Huic quidem datur per spiritum sermo
 sapientiæ, alij sermo scientiæ. Quamobrem & nunc intelligis maledicere
 deum, qui non sciendo blasphemat. Vnde nec blasphemare eum Symma-
 chus, sicut filium mulieris Israëlitis scripsit, sed detrahere. Dixit enim: Ho-
 mo qui detraxerit deo suo. Et per hoc maxime ostenditur, quia per nimiam
 ignorantiam, ea de deo, quæ de homine habet, in quibus locum habet detra-
 ctio, dicere. Veruntamen & sic peccatum accipit, quia dum deberet scientiā
 habere, non habuit. Nominare autem nomen domini in maledicendo ait
 eum, qui in scientia blasphemat. Hi autem proprie dominum nomināt, qui
 eius scientiam conquisierunt per spiritum. Nemo enim potest dicere domi-
 nus IESVS, quemadmodum Paulus ait, nisi in spiritu sancto. Quia ergo sci-
 entes blasphemant, recte sunt sine uenia, siue à patribus scientiam habent, &
 appellantur propter hoc ciues, siue modo eam didicerūt, & propterea sunt

Deut. 6.

Matth. 22.

Nominare deū
& dominum.

Exo. 34.

Blasphemia:

Matth. 12.

1. Corinth. 7.

Maledicere
deo quid.Nominare do-
minum maledi-
cendo.

Roma. 12.

C peregrini. Quum nominant ergo nomen domini, recte morientur: id est, quum nominant & blasphemant. Vides ergo, quia & ille Israëliti cæ mulieris nominavit nomen, & blasphemavit, poenam sibi superinduxit. Sed in hac sanctione hoc quod videtur dubium, Aquila planius ædedit, ait enim:

Vir quando blasphemaverit deum suum, & acceperit iniquitatem sibi, et denominans nomen domini, morte moriatur. Non dixit nominans, sed de nominans, ut hunc, de quo nunc sermo est, simul blasphemare & nominare ostenderet, eum qui blasphemat, & nominat nomen domini, videlicet spiritus, ait ergo Paulus: Dominus enim spiritus est. Hunc mori & occidi præcipit legislator, est aut is qui sciendo blasphemat, sicut semel diximus. Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. Qui percusserit animal,

POENAE
TALIONIS

reddat vicarium, id est animam pro anima. Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum, sicut fecit faciat ei. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogitur. Qui percusserit iumentum, reddet aliud. Qui percusserit hominem, punietur. Aequum iudicium sit inter vos, siue peregrinus, siue civis peccauerint. Quia ego sum dominus deus uester. Multa & nunc consequentia legislatorem invenimus uti, si intentioni eorum quæ scripta sunt, mentem figamus: quoniam nulla dei gloria ex blasphemia alicuius sustinet imminutionem, nec sui gratia hos, qui eum blasphemant, sub tali esse poena, & tormentis præcipit. Quum aut nos noceamur talibus verbis, & divinam minuentes famam, quod est hominibus perniciosum, ignorare creatoris & communis benefactoris dignitatem, recte præsentia subdidit: Qui percusserit, et occiderit hominem, siue secundum LXX. qui percusserit animam hominis, morte moriatur. Et quis hominis percutit animam, nisi qui eum illicitat ad impietatem: qui eum ad blasphemos trahit sermones: in quibus moritur pessima peccati morte, quæ vera est mors animæ. Propter quod morte mori hunc, qui talis est, præcipit. Hic tamen animam dicens hominis, animalemaxime hominem dicit, id est eum, qui non potest intelligere quæ sunt spiritus, de quo ait Paulus: Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus. Stultitia est enim illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Quæ qui percusserit, morte moritur. Sed et si percusserit animal, videlicet eum, qui pecoris modo vivit, de quo ait David: Homo quum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est ei; reddet vicarium, id est animam pro anima. Nec enim, qui peccatorem, aut popularem, & non habentem discretionem subtilem de deo, errare fecit, venia omnino dignus est. Si autem non sic percussit, ut perfecte eum ad impietatem perduceret, & ex toto eum errare faceret à deo, omnino autem quædam ei dixerit, aut egerit, maculam peccati irrogavit secundum hoc, & poenam sustinebit, ait enim: Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum, sicut fecit, fiat ei; Fracturam pro fractura, siue ut LXX. contritionem pro contritione

Animam hominis percutit, qui impietatem docet.

Animam pro animali homine.

1. Corinth. 2.

Psal. 48.

Maculam irrogare.

A ne, oculum pro oculo, dentem pro dēte.) Siue enim uirtutem, quam habuit
 ciuis, siue proximus ille mala docens, aut suadēs, aut scandalizans, aut detra-
 hens, & calumnians contriuit, siue oculum eius, uidelicet scientiam, unum-
 quodlibet prædictorum agens cæcauit, aut dentem, uirtutem uerborum;
 dentes enim, pro uerbis scriptura accipere solet, quod ostendit Dauid di- *Dentes.*
 cens: Filij hominum dentes eorū, arma & sagittæ, & lingua eorū machæra *Psal. 56.*
 acuta. De Christo autem Iacob patriarcha in benedictionibus dicebat: *Gene. 46.*
 Pulchriores oculi eius uino, & dentes lacte candidiores. Clari enim, & aper-
 ti euangelici Christi sermones sunt super lac legale. Necessarie ergo eorum,
 quæ dicta sunt aliquid nocēs, similē & ipse sustinet maculā, in iudicio uideli-
 cet futuro. Si enim alterius uirtuti nocuit, aut cōtriuit, ipsius cōteretur: scien-
 tiam obscurauit, eius sciētia pro nullo habebitur: si uerbis doctoralibus no-
 cuit, & eius sermones infructuosos ei, atque inutiles iudex efficiet. Propter
 quod non dixit, sic facietis ei, sed, sic fiet ei, futurum iudicium innuens, in quo
 iudex reddet unicuiq; secundum opera sua. Quod si quis etiam hominem *Matth. 16.*
 percusserit perfectum in fide, & consummatum: hoc enim proprie est ho-
 minis, propter quod dixit Dauid: Homines & iumenta saluos facies domi- *Psal. 35.*
 ne: homines dicens eos, qui agūt quæ perfecta sunt: iumenta, imperfectos,
 & idiotas: percusserit autem mortali plaga, quæ trahit ad impietatem, hic
 morte morietur. Nam etsi idoneus fuit ad repellendum uulnus, qui percu-
 tiebatur, hoc quamlibet salisactionem non parci percipienti, & multo ma-
 gis sub pœna erit, quia & eum qui potuit resistere ei, occidit. Aequum iū-
 dicium sit inter uos, inquit, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit, quia ego
 sum dominus deus uester.) Nec modo excepit eos, qui nunc docti sunt ab
 eis, qui prius & à parentibus sacras scierunt scripturas. Communem autem
 contra utrosq; pœnam definit, & infert: quia ego dominus deus uester, qui
 dixi, quia quicumq; scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credūt, *Matth. 18.*
 expedit ei, ut suspendatur mola asinaria ad collum eius, & sic mergatur in
 profundo maris. Neque enim hæc uerba distinxit, sed dicens, Quicumque, *Gala. 5.*
 omnes pœnæ subiecit, propter quod & Paulus dixit: Qui autem contur-
 bat uos, portabit iudicium, quicumque est ille: id est, siue paruus, siue ma-
 gnus, siue scientiam habens plurimam, siue paruam, siue nunc didicerit, si-
 ue prius, siue ciuis fidei, siue peregrinus. Quum autem hæc ita se habe-
 ant, necessaria erat Iudæis & literæ sanctio, neque capiebant audire: Si *Matth. 5.*
 quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram: quia
 quum essent maleuoli, unusquisque hoc proximum exacturus erat, &
 & non ipse agere. Recte ergo eis oculum pro oculo, dentem pro den-
 te dicebatur, ut metu alternæ pœnæ à uinolentijs, & homicidijs ab-
 stinerent.

Loquutusq; est Moyses ad filios Israēl, & eduxerūt eū qui blasphemaue-
 rat extra castra, ac lapidibus oppresserūt. Fecerūtq; filij Israēl, sicut præcepe-
 rat

Crat dominus Moyſi, Ergo nō tibi fruſtra eum, qui animā hominis percuffit, aut pecoris, aut hominē, quē & mori propter hoc præcepit, illū eſſe ſecundum legis contemplationem oſtendimus, qui alium ad blaſphemiam percuffit docens, aut exacuens, aut tale aliquid aliud agens. Ecce enim ordo ſanctionis probat hoc, & abſq; aliqua dubietate demonſtrat, quia de his qui maledicunt deū, aut blaſphemant, præcipiens, coniunxit his eum qui hominis animam, aut animalis, aut hominem ipſum percuffiſſet: & non ſolum ſicut illi, & huic pœnam mortis induxit, ſed explanans quod unam habeant ea, quæ dicta ſunt, intentionem, ruruſ addidit, qui blaſphemauerat, pœnam, quā omnis multitudo obediēs legi exigebat. Audiuiſimus enim, quem admodum de caſtris eduxit eum, qui blaſphemauit, lapidibusq; eum opprimi præcepit. Propterea indignationi & opus addidit, & legem tibi etiā experimento ipſo confirmatam oſtendit, ut & tu blaſphemare deum timeres & fugeres, illam timēs peccati magnitudinem, quam non ſolum principes, ſed omnem multitudinem uindicare præcepit. Communis enim debet eſſe omnibus contra blaſphemos pugna, quia communi noſtro benefactori, communi noſtræ uitæ, ex quo omnes & eſſe, & bene eſſe habemus, detrahere tentant, eius quidem gloriæ nihil nocentes, nos autem ab eo ſeparare, & expellere uolentes.

*Blasphemia
ab omnibus
uindicanda.*

C A P V T XXV.

Loquutusq; eſt dominus ad Moyſen in mōte Sinai, dicens: Loquere filijs Iſraël, & dices ad eos: Quando ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo uobis, ſabbatizetis ſabbatū domino. Sex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis uineam tuam, colligeſq; fructus eius. Septimo autem anno ſabbatum erit terræ requietionis domini. Agrum non ſeres, & uineam non putabis. Quæ ſponte gignet humus, non metes, & uuas primitiarum tuarum non colligeſ quaſi uindemiam. Annus eſt enim requietionis terræ. Sed erunt uobis in cibum, tibi & ſeruo tuo, ancillæ, & mercenario tuo, & aduenæ, qui peregrinantur apud te. Iumentis tuis, & pecoribus, omnia quæ naſcuntur, præbebunt cibum. Terram, quam & deum nobis dare decet, & nobis expedit accipere, ex qua ueram uitam conquirere poſſumus, id eſt conuerſationem bonam, quæ eſt ſecundum eius legem, atque mandata, quæ nobis dedit, de qua ait Dauid: Doce me uoluntatem tuam, quia tu es deus meus. Spiritus tuus ſanctus deducet me in terram rectam. Hanc ſi intrauerimus, ſex annis ſerere noſtrum agrum, & plantare uineam, & colligere fructus, qui ex ea naſcuntur, poſſumus, id eſt, uſquedum in uita hac, & in creatura hac uiſibili ſumus: quam ſex dierum numerus recte ſignificat, quia in ſex diebus conſtituta ſunt, quæ uidentur, omnia. Septimo autem anno, ſabbatum, & requies erit terræ. Quando enim intelligibi-

le nos

Pſal. 142.

Sex annis colligere fructus.

A le nostrum uenerit sabbatum, id est præsentis seculi requies, de qua ait Paulus: Ergo relinquitur sabbatismus populo dei: quem signat dies septima, quia septima die requieuit deus ab omnibus operibus suis, uidelicet uisibilibus: tunc operationis non est tempus, & ideo nec agrum legis tunc serere, nec euangelicam uineam plantare possumus. Ager enim à nobis lex recte intelligitur, quia senior filius, qui iuniori populo æmulus est, qui imaginem populi Iudæorum gerit, de agro, uidelicet operatione legis, reueri dicitur. Vinea autē, euangelica sine aliqua dubietate prædicatio est: Christus enim ei occasionem & materiā dedit, qui dixit: Ego sum uitis, uos autem palmites, pater meus agricola est. Nec ergo colere legalia, aut euangelica mandata post exitum de hac uita, aut transitum poterimus: sed nec ea quæ sponte nascuntur, metere, id est, nec quæcūq; naturalis lex ad operationem hominibus suggerit: hæc est enim quæ sponte gignitur, quia extra meditationē librorum, & omnem doctorem auditum suggerit, & exhortatur quæ sunt utilia, & cogitationes nobis adiuuantes animam præstant. Sed nec uuas primitiarum, siue ut LXX, uuam sanctificationis, uindemiare tunc necesse habemus: & quæ est sanctificationis uua, sciunt qui imbuti sunt Christi mysterium, qui experimento de Christo prophetiam perceperunt: Lababit in uino stolā suā, & in sanguine uuæ palliū suum: huius sanctificationis, quam non uindemiabimus illic: nam mysterium fore dominicum uidebimus tunc, sed cum maiori gloria, nullius sensibilis rei sicut nunc egentes. Vnde legislator quidem uuam commemorauit, Christus autem hoc se bibere in regno nobiscū, sed nouū promisit. Hoc ergo sabbatū, id est requies futuri seculi, in quo in prædicta terra requiescimus, quū em̄ tunc fas non sit, nūc tēpus habemus quæ operāda sunt. Vnde & quinq; fatuæ uirgines, quia uocatae, ut intrarēt ad regales nuptias, oleū ambulabāt emere, sicut ignorantē tēpus, exclusæ sunt. Sed erūt uobis in cibū, tibi, & seruo tuo, ancillæ, & mercenario tuo, & aduenæ, qui peregrinantur apud te, iumentis tuis, & pecoribus tuis.) Quicūq; enim nunc operati fuerimus, horum ibi fructū percipimus: & illud Psalmi nobis aptabitur: Beati omnes qui timent dñm. Labores fructuū tuorū māducabis. Beatus es, & bene tibi erit. Beatitudinē ergo describit futuri seculi, beatū eū quendā cibū inuenire. Beatū enim ait, qui comederit panē in regno cœlorū. Multo magis autē beatū est, & seruos habere, & ancillas, & mercenarios, aduenas, iumenta, & pecora, siue secundum LXX, & bestias. Species enim hæc discipulatum præbentium nobis in sancta dei conuersatione sunt diuersæ. Serui quidē & ancillæ, quotquot nobis ad discipulatū semetipsos subdiderint, uel à nobis empti fuerint de exteriori seruitio. Mercenarij autē nostri, qui à nobis inuitati sunt, nō tamē tantū subiecti, ut & serui, & ancillæ nominēt. Aduenæ, siue ut LXX, inquilini, adiacentes nobis: neq; enim dixerunt inquilinos, sed inquilino adiacenti ad te: quotquot in uita ista per philosophiam, quasi inquilini sunt, non tamen exteriora

Hebr. 4.

Agrum serere

Ager lex.

Vinea.

Ioan. 15.

Sponte nasci.

Gene. 49.

Matth. 26.

Matth. 25.

Psal. 127.

Serui.

Mercenarij.

Aduenæ.

Cribus adiacent, sed nobis qui in bonam terram ingressi sumus, & posside-
mus eam, & quæ ad eam pertinet. Sed et si quem idiotam, siue popularem
iuuabimus, hi enim sunt iumenta: insuper et si quem infidelium uel impio-
rum, qui recte pecora, siue ut LXX. bestiaë nominantur, mansuetum facien-
tes, relinquere syluas, & ad terram uenire nostram fecerimus, & bestias agri
Psal. 103. dici, de quibus dixit Dauid: Inter montes transibunt aquæ, portabunt eas
omnes bestiaë agri. Et hi qui fructus bonæ terræ, quæ à deo tradita est no-
bis cõuersationis, sicut diximus, intelligibili sabbato comedent, in requiem
futura seculi, prædictæ terræ percipientes fructuum delicias, propter quod
Eccles. 24. Ecclesiastes dicebat: Præpara ad exitum opera tua, quia post exitum tange-
re quamlibet operationem non licet. Christus autem ait: Operamini non ci-
1041. 6. bum qui perit, sed eum qui permanet in uitam æternam, quem filius homi-
nis dabit uobis. Huius quidem opus hic, in futuro autem fructus est. Væ
enim, si quis uacuis hinc ambulauerit manibus illis, ubi tempus iam nõ est
colligendi, non thesaurizandi, non operandi: sed hæc proferuntur, hæc fru-
untur, quæ hic operati fuerimus: quibus superædificans legislator, sequen-
tia subdidit:

„ Numerabis quoq; tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies, quæ
„ simul faciunt annos quadragintanouem, & clanges buccina mense septimo
„ decima die mensis, propitiationis tempore, in uniuersa terra uestra, sanctifi-
„ cabisq; annum quinquagesimum, & uocabis remissionem cunctis habitato-
„ ribus terræ tuæ. Ipse est iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam,
„ & unusquisq; rediet ad familiam pristinam. Qui iubileus est, & quinquage-
D simus annus, non seretis, neq; metetis sponte in agro nascentia, & primitias
„ uindemiæ nõ colligetis, ob sanctificationem iubilæi, sed statim ablata come-
„ detis. Anno iubilæi redient omnes ad possessiones suas.) Hic interrogandi
sunt Iudæi, si septimam, sicut ipsi dicunt, diem legislator honorans, uacare in
ipsa ab agri operibus, alijsq; talibus præcepit, cuius gratia quinquagesimo
anno cessare ab operibus præcepit. Si enim hebdomadas hebdomadarum
ad nouem & quadraginta numeri annos colliguntur, non oportebat quin-
Iubileus. quagesimum uacare, nisi forsitan aliquid significaret, & mysteria lex expone-
ret, quæ necdum tempus erat aperte propter auditorum infirmitatem ape-
riri. Quæ sunt autem hæc? Audi: Duplex autem quædam infertur à deo om-
nium uisibilium consummatio, una quidem uniuscuiusq; nostrum, alia
autem, communis humani generis, ipsorumq; horum, quæ hanc, quæ nunc
est, conuersationem constituunt. Sed nec quando unusquisq; nostrum con-
summatus fuerit, tempus nobis operandi erit, nec quando omnes: & hoc ni-
mis scienter legem dans, deus quippe erat, his nobis innuit & superioribus
uerbis: in superioribus quidem, uniuscuiusq; finem insinuans, his autem, con-
„ summationem totius generis humani, mundiq; uisibilis. Numerabis ergo
„ go tibi septem hebdomadas annorum,) siue ut LXX. septem ergo numera-
bis

A bis tibi requies annorum. Sabbata autem, pro requie reliqui interpretum
 ædiderunt. Et quid hoc est? Septem enim ait hebdomadas annorum septi-
 es. Et sunt septem hebdomades annorum quadragintanovem anni, quia in
 hebdomade dierum totum seculum humanum diuiditur, quando hic ipse
 in semetipso multiplicatus fuerit, & tota seculi completa fuerit uolubilitas,
 cuius tempus creator definiuit, diu semetipsum uoluens ad finem peruenit.
 Et propterea ille finis temporum hebdomadarum recte appellatus quadra-
 gesimus nonus annus est. Sed oportet etiam sequentem quinquagesimum,
 sicut ait hic legislator, succedere, in quo mortuorum fit resurrectio. Post finē
 enim resurrectio sequitur. Quæ quomodo, & quemadmodum proueniat,
 dicit Paulus. Similiter autem & legislator præsentibus subdidit uerbis, ait
 enim: Et clangens buccina mense septimo in uniuersa terra uestra. Illam
 tubam significans, de qua Paulus scribit Corinthijs, dicens: Quia ipse domi-
 nus in iussu, in uoce archangeli, in tuba dei descēdet de cælo, & mortui qui
 in Christo sunt, resurgent incorrupti. Oportet enim mortuorū resurrectio-
 nem suscitantē eos præcedere tubā. Vnde in quadragesimo & nono anno,
 in quo communem diximus consummationem fieri, tuba cani præcepit. In
 mense autem septimo, decima mensis, propitiationis tempore, clangen-
 tes buccina in uniuersa terra uestra recte præcepit, per propitiationem ma-
 nifestans, quia propter bonitatem erga, & clementiam erga omne genus hu-
 manum, communionis resurrectionis dispensat mysterium, misericordiā
B impendens Adam, qui per inobedientiam in terram reuerti præceptus est:
 si enim non misertor propiciatorium fuisset, non eum à corruptione terre-
 na liberasset. Quod autem dixit omnem terram, quia totius erit humani ge-
 neris resurrectio. Per septimum autem mēsem, & decimam diem, eum qui
 hæc egit, uidelicet Christum intelliges. Mense enim septimo ætas mundi
 uenit: cuius mēsem primū dicimus eū qui fuit in paradiso: secūdū, usq; ad di-
 luuiū: tertiu, usq; ad Abrahā: quartū, usq; ad tēpus, quo descensum est in Ae-
 gyptū: quintū, usq; ad captiuitatē in Babyloniā: sextū, usq; ad aduentū Chri-
 sti: septimū, ipsum domini aduentū, nam etsi nō omnes hæc differentiā quan-
 dam inter se ætates habent, tamen temporū signa sicut menses habēt. Sed de-
 cimam diem propterea addidit, quia in perfectionem, perfectus quippe nu-
 merus est decimus, propitiationem nostram per crucem, atq; passionem
 Christus peregit. Vnde & ouem quam Moyles præcepit immolari, perfe-
 ctam esse, & decima die separari præcepit, huius gerentem imaginem, de
 quo nobis nunc sermo est. Quid autem his addidit? Sanctificabisq; annū
 quinquagesimū, & uocabis remissionem cūctis habitatoribus terræ tuæ.)
 LXX, autem addunt: Annus remissionis erit uobis. Significatio hæc sancti-
 ficabitur, id est in sanctimonia hunc expectate, & sancta de eo cogitate. Sed
 & sanctimoniam in eo corrigite, reminiscetes illum, qui dixit: Pacem meā
 sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit deū. Sed

1. Corinth. 15.

1. Thess. 4.

Septē ætates.

Propitiatio no-
stra per crucē
facta est.

Hebr. 14.

C & omnibus qui sunt in terra, remissionem annunciemus, prolata contra nos propter Adam sententia. Significatio hæc est, signum est enim mortuorum resurrectio Christi uictoriæ, per quam uincit inimicum, omnia subiiciens sibi, & destruens mortem, quemadmodum Paulus ait: Oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis. Nouissime inimica destruetur mors. Sed significatio hæc per euangelicam prædicationem efficitur: Christus enim adueniens, eam significauit atque prædicauit. Tunc reuertitur homo ad possessionem suam, & unusquisque rediet ad familiam pristinam, uel sicut LXX. ad patriam suam. Possessio enim nostra est, & indeptio futuri seculi, quia illam non ad tempus, sed in perpetuum possidemus: & nec nunc quidem huius, nunc autem illius, sed semper eiusdem est firma, & quæ non possit auferri possessio, de qua dominus dicebat: Thesaurizate uobis thesauros in celo, ubi nec tinea, nec erugo corrumpit, nec fures effodiunt, & furantur. Sed & ad familiam pristinam redimus, uel sicut LXX. ad patriam nostram ambulabimus. Manifesta est enim quedam amantium hospitalitatem patria, siue familia, cui Abraham præest: manifesta castrorum, cuius Ioseph princeps est: manifesta zelatorum, cuius Helias primatum tenet, quarum hæreditatem percipimus, quando horum quæ hic sunt, remissio, & sanctificatio contra mortem uictoriæ peracta fuerit. In quinquagesimo anno, qui post hebdomadam hebdomadarum. Id est, post communem finem ueniet, sicut semel ostensum est. Tunc non possunt seminari, neque meti sponte in agro nascentia, neque primitias uindemiæ colligi. Neque enim tempus est, in quo nobis per operationem conquiramus aliquam sanctimoniam, quam in hac uita non conquisiimus in seculo futuro, sed frui his, quæ hic operati fuerimus, & propterea subdit: Sed statim oblata comedetis. Vel sicut LXX. de campis comedetis, quæ nascuntur in ea, id est parata, non quæ tunc seminantur, nec quæ coluntur, sed olim præseminata, & præoperata: Illud est enim tempus, de quo ait Dauid: Quia reddis unicuique secundum opera sua. Sed quid in finem presentis sanctionis dixit? Anno iubilei, uel secundum LXX. anno remissionis significationis, redient omnes ad possessiones suas. Euidenter nos lex, per hoc quod nunc dictum est, contestatur, quia uel si hinc recesserimus, usque ad annum remissionis, qui est sanctificationis, usque ad communem uidelicet consummationem, & mortuorum resurrectionem, quam Christus operatur, quando integrum surgit contra inimicum & mortem trophæum, ad possessionem suam, ad hæreditatem uidelicet nemo redire potest, propter quod & Paulus ait: Nos qui uiuimus, non præueniemus eos qui dormierunt. Neque enim iusti, qui uiui appellantur, mortuos præcedunt, sed omnium iudicium erit commune, & omnes simul ad competentia sibi loca transmittuntur. Bene autem redient, ait, quia ad deum ambulamus, à quo & uenimus, quum non essemus prius. Quando autem uenerimus ad eum, tunc esse incipimus. Sed cœpimus quidem esse

commu

1. Corinth. 15.

Matth. 6.

Abraham hospitalitatis princeps.

Psal. 61.

Annus remissionis, tempore iudicij extremi.

1. Corinth. 15.

uiui qui intelligatur in Paulo

A communiter, ex quo Adam creatus est: specialiter autem unusquisque est, ex quo in ventre materno plasmatus est, ait enim: Qui format spiritum hominis in ipsum. A deo tamen uenimus ratione opificij, & conditionis eius, propter quod & Paulus dicebat: Coartor autem ex duobus, desiderium habes dissolui, & cum Christo esse. Quod unicuique nostrum cum fiducia proueniat, id est, ut possessionem bonam, & quæ familijs iustorum connumeretur, inueniamus atque possideamus. Tunc enim nostras, sicut diximus, possessiones inueniemus, tunc hæreditatem accipiemus. Propter quod numerabis tibi septem hebdomadas, siue septem numerabis tibi metipsi requies annorum, in huius legis exordio legislator dixit: Nō quia diem & horam illam numero cōprehendere possumus, sed & quemadmodum numerantes finē numeri expectant: sic nos non solum specialem nostram, sed & communē respiciamus consummationem, in qua terrenā correptionē relinquentes, ad supernas possessiones, quæ sine labore sunt, transmittimur: Sed & ad requiem seculi futuri, quam quinquagesimus annus significare dictus est, unde & Solomon in Prouerbijs dixit: Da partes septem, necnon & octo, ut ad consummationem, quam septenarius numerus significat, intendamus, & ad requiem seculi futuri: illam enim octaua dies significat. Propter quod & Christi resurrectio post septimam diem sabbati in octaua peracta est, ex qua substantiam habuit uniuersalis mortuorum resurrectio.

Philip. 1.

Numerare.

Eccles. 11.

B Quando uendes quippiam ciui tuo, uel emes ab eo, ne cōtristes fratrem tuum, sed iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo, & iuxta supputationem frugum uendet tibi. Quanto plus anni remanserint post iubileum, tanto crescit precium. Et quantominus numeraueris temporis, tantum minoris & emptio constabit. Tempus enim frugum uendet tibi. Nolite affligere contribules uestros, sed timeat unusquisque deum suum. Quia ego dominus deus uester.)Esse aliquam uenditionem, cuius sine argento contractus prouenit, aperte nos Esaias docuit, ait ergo: Omnes sitientes uenite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Propter quod sic dicebat Petrus, condemnans Simonem: Pecunia tua tecum sit in perditione, quia donum dei aestimasti pecunia possideri. Bonum & uere beatū est, quod spiritale est, non tamen cuius possessionem fas sit pecunijs adipisci. Talem & nunc uenditionem, & possessionem spiritalem lex proponit, ait enim: Quando uendes quippiam ciui tuo, uel emes ab eo.)Id est, si aliquam doctrinam, aut dederis, aut acceperis, id est, aut docueris, aut edoctus fueris: hæc est enim bona possessio, quæ ad possessionem futuri transmittit seculi. Bene autem coniunxit, quando uendes quippiam ciui tuo, uel emis ab eo. Alterutrum enim sunt diuitiæ, alterutrum possessio, discipuli atque doctores, quod demonstrat Paulus, Corinthijs scribens: Quia gloria uestra sumus, sicut & uos nostra, in die CHRISTIANES V. Ne contristet ergo homo fratrem, id est, ut non super uirtutem discipulis ingeramus, sed quæ eis sunt possibilis.

Emptio aliqua sine pecunia.

Esa. 55.

Act. 1.

2. Cor. 1.

Cid est uirginitatem ei, cui possibilis est, illi uidelicet, de quo ait Paulus: *Qui*
1. Corinth. 7 statuit in corde suo firmus, non habes necessitatem, potestatem autem habens suae
 uoluntatis, & hoc iudicauit in corde suo custodire uirginem suam, bene facit,
 Coniugium ei qui non capit uirginitatis uerbum, idem enim dixit: Et qui tradit nu-
 ptum uirginem suam, bene facit: & qui non tradit, melius facit. Et rursus: Si quis autem
 turpē se uideri existimat super uirginem suam, quod sit superadulta, & ita oportet
 fieri, quod uult faciat, non peccat si nubat. Et rursus: Melius est nubere, quam
 uri. Idem & de omni uirtute, eam quae secundum possibilitatem est, nos ipse deus exi-
 git, & in alterutris ministrare uult: nam pharisaeos reprehēdebat, utpote gra-
 uia illis praecipietes, ait enim: Alligat onera grauia & importabilia, & impo-
 nit in humeris hominum. Nimis ergo consequenter legislator addidit: Sed
 iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo. Vel sicut LXX. secundum numerum
 annorum post significationem possidebis a proximo: significationem, secundum
 quod iam dictum est, aduentum dominicum intelligens, & quae ad eum per-
 tinens annunciata est euangelica praedicatio, quae nobis futuram contra mor-
 tem uictoriam, requiemque futuri seculi significauit. Ex quo ergo significatio
 haec fit, nemo durum portat iugum, nec onus graue gerit, sed secundum nu-
 merum annorum, id est secundum suam uirtutem, quia anni hominis aetate
 ostendunt, ex qua manifestus quis sit quid possit secundum corpus. Quod ma-
 gis explanas subdidit: Iuxta supputationem frugum uendet tibi. Secundum quod
 habet uirtutem operari, & fructificare, reddat magistro fructum discipu-
Dlus. Quanto plus anni remanserint post iubileum, tanto crescit precium, &
 quanto minus numeraueris temporis, tantum minoris & emptio con-
 stabit. Tempus enim frugum uendet tibi. Si potest multa operari, multum
 fructum exiges: si autem pauca, paruum: nam hic quidem trigessimum,
 alter autem sexagesimum, alter uero centesimum fructum ferre exigitur.
 Nec negligenter hoc a legislatore, sed ex opere studetur, nam ait iterum:
 Nolite affligere contribules uestros, sed timeat unusquisque deum suum,
 quia ego dominus deus uester. Non affligat homo contribulem: id est,
 non ei graue onus imponat, & super uirtutem eius, sed timeat unusquis-
 que deum suum, qui dicit: Tollite iugum meum, quia suaue est, & onus
 meum, quia leue est. Ego dominus deus uester. Id est, qui de uirginitate
 apostolis praecipi, & dixi: Non omnes capiunt, sed qui potest capere ca-
 piat. Sic unumquemque exigit secundum uirtutem suam, & hoc quidem lu-
 crum est contemplationis spiritus. Habet autem & litera non paruam in-
 structionem: compati enim proximo & in contractibus sensibilibus, & nul-
 latenus grauem quempiam, neque onerosum uult esse, nec de pauperum ne-
 cessitatibus negociari, nec studere, seu festinare possessiones eorum sibi con-
 quirere, domum domui coniungere, agrum agro apponere, sed tribuere
 opus habentibus, & paulatim quae dederunt, de fructibus recipere, qui de
 agris colliguntur. Ipsum enim debitum donare, & neque hoc quod mutuum
 datum

*Christus ea
 quae nobis sunt
 possibilia, exi-
 git a nobis.
 Matth. 23.*

*Fructuum di-
 uersitas.*

*Contribulem
 affligere.*

Matth. 11.

Matth. 19.

A datum est recipere. Perfectæ hoc uitæ est, quam non omnes capiunt: qui autem capiunt, beati sunt.

Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea, ut habitare possitis in terra absq; ullo pauore, & gignat uobis humus fructus suos, quibus uescamini usq; ad saturitatem, nullius impetum formidantes. Maxime ad aures nostras spiritus dei cautela perfectæq; utitur: ne forte discentes, quia secundum numerum annorum, id est secundum uirtutem fructus intelligibilium possessionum, uidelicet uirtutum exigimur, resupinaremur, & ad delicias reclinemus, ipsa que condescensio nobis noxia fieret. Facite præcepta mea, & iudicia custodite, ait, & implete ea. Nullatenus enim nos uacare, licet infirmi simus, à legis operatione, sed operari proculdubio, etiam si secundum uirtutem, uult, uirtutem autem nostram conscientia nostra conuincit, sicut ait Paulus: Cogitationum inuicem accusantium uel excusantium. Omnes ergo iustitias dei, omnia eius iudicia prius custodiamus, & postea faciamus. Custodiamus, non corrumpentes intentionem eorum, sed districte custodientes, & immutabiliter: ueluti si quis eleemosynam operari uult, nec proximo nocens operetur, neque si pauper est, ipse rapiat diuitum pecunias, ut præbeat pauperibus. Deus enim eleemosynam ex iustitia offerri uult. Hoc autem & in unoquoq; mandato dicimus, ut prius eius intentionem & finem custodiamus, & sic in eorum operationem proficiamus. Tunc enim in terra intelligibili habitabimus, in diuina uidelicet lege spiritalis scripturæ, & bonæ conuersationis, quam nobis deus possidere & colere præcepit, quando eius intentionem non fuerimus transgressi, tunc gignit fructus suos, quibus uescamur usq; ad saturitatem, & nullius impetum formidemus. Qui enim custodit intentionem legis, & qui operatur, hic eius colliget fructus, & comedet eos ad saturitatem, & sine formidine in ea habitat, quia legislatoris intentionem non transgreditur, nec conscius sibi est contra legem in lege dei conuersari. Quod si dixeritis, quid comedimus anno septimo, si non seuerimus, neq; colligerimus fruges nostras? Dabo benedictionem uobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum, seretisq; anno octauo, & comedetis ueteres fruges usq; ad nonum annum, donec noua nascantur, edetis uetera. Unde dignum est, ut prius iuuemur, id est, utilitate literæ hoc intendendum est, atq; huiusmodi lucrum sectandum. Duorum ergo annorum uacationem terræ præcipiens, non uult deficere, neq; conturbari eos, qui legem præcipiebant, quid comedat, aut unde comedant, sed ait: Dabo benedictionem meam uobis. Quam, quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei: quomodo ergo Christi mandatum quidam tanquam impossibile & laboriosum accusant, quo dixit: Non cogitatis in crastino? Ecce enim lex similia præcipit, & de integris tribus annis iubet non cogitare eos, qui uirtutem legislatoris intendunt. Præterea per tres annos, uniuscuiusq; nostrum cōsummationem, & communem retributionem, quæ

Rom. 2.

Eleemosynæ
non ex raptis
sed bene paratis
fiant.

Matthi 6.

Tres anni.

Q

Cap. xxv. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C est post resurrectionē, necessarie intelligimus. In unoquoque horum comedimus quæ hic operati fuerimus, propter quod ait: Quod si dixeritis, quid comedemus anno septimo. Id est, in uniuscuiusque nostrum consummatione. Manifestum est enim, quia & in communi, in qua fit resurrectio, & in retributione, eundem cibum habebimus. Audi quod tibi de his deus responsum per legem dat: Dabo benedictionem meam uobis anno sexto, & facietis fructum trium annorum. Benedictio patris filius est, ipse enim maledictum illatum Adæ, disperdidit, propter quod & in eo operere nos benedici, David psalmista docuit: Benedictio domini super uos, benediximus uobis in nomine domini. Nomen domini, filium dicit euidenter, quia quemadmodum nomen manifestat unumquemque qui non uidetur, sic & Christus apparens, cognosci fecit patrem in semetipso, quamuis inuisibile. Hic in sexto anno uenit, tam in perfectione, hanc enim senarius numerus significat, quam ut in nouissimo tempore rursus reformatio proueniret, in cuius dierum numero homo formatus est. Quamobrem quemadmodum formationis sexta dies, sic sextus annus reformationis recte appellatur. Quod autem illic sextus dies, sextus autem hic annus dicitur, hoc ideo: quia multa inter formationem nostram, & reformationem temporum decucurrerunt spacia. Ergo non frustra sexti anni legislator mentionem fecit: in hoc enim Christus ueniens, dedit nobis acquirere fructus, quibus in propria nostrorum uniuscuiusque consummatione, & in communi resurrectione atque retributione nutriri possimus, prestans generi humano abundanter fructificare uirtutes, ut tantam & hi qui circa horam undecimam conducti sunt ad operandum, cum illis qui mane conducti fuerunt, denarii acciperent mercedem. Non est autem contrarium illis quod sequitur, ait enim. Seretisque anno octauo. Quod quinquagesimum appellant, de quo in precedenti sanciebat: Quia iubileus, & quinquagesimus annus: Non seretis, neque metetis. Quomodo ergo eum hic serere iubet? Putasne contraria sibi legislator dicit? Sed aliter hic semen intelligamus, ut neque littera contrarietatem habeat, & contemplationem consonantem inueniamus spiritus. Non seretis ergo, neque metetis, de quinquagesimo die. Nec semel septimæ hebdomadæ serant, de quo messio in quinquagesimo anno prouentura erat. Hæc enim satio, etsi in precedenti anno, et quadragesimo proueniebat, in quo maxime, sicut in septima hebdomada, sementem uacare oportebat: ueruntamen quinquagesimi dicitur, quod propter eum seminaretur, & propter hoc prohibetur. Neque enim in septima hebdomada, quam diximus esse communis consummationis exemplum, seminari omnino, aut operari lex præcepit. Sicut ergo nos littera non ad se intendere, sed ad intentionem legislatoris compulit, ut solueretur ea quæ uidebatur esse legum contrarietas: sic dabit & de contemplatione consona existimare intentioni interpretationis spiritualis. Seminant enim anno octauo, seculo futuro: non quicumque tunc seminant, hoc enim non est fas, sed & impossibile, sicut semel diximus: sed nec qui in septimo, cognouisti enim

Benedictio patris filius.
Psal. 128.
Nomen domini

Sextus annus reformationis.

Matth. 20.

Non serere.

Septima hebdomada.

A enim, quia etiam hoc prohibitum est. Sed quotquot in sexto, in quo bonū nobis semen Christus ueniens dedit, quicumq; semen hic præmittūt, ex quo promissionum nobis florebit messis, id est, messura retributionis, de qua ait Dauid: Venientes autem ueniunt cum exultatione, portantes manipulos suos. Sed et Paulus: Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu & metet uitam æternā. Hinc seminare in octauo anno, in seculo uidelicet futuro, necesse habemus: sic enim cōueniunt nobis quæ sequuntur. Et comedetis ueteres fructus, usq; ad annum nonū. Do-

Psal. 125.

1. Corin. 9.

Vetera ueterū comedere.

nec noua nascantur, edetis uetera.) L X X. autem: Comedetis uetera ueterū; non simpliciter uetera, sed uetera ueterum, quia quemadmodum diximus, non solum mox ut hinc egredimur, quod est annus septimus, sed & in resurrectione mortuorum, quæ est annus uidelicet octauus, necnon in retributione, quam nonum annum accipimus, quum quidem unum sit seculum futurum, diuidatur in prædictos ordines, comedimus quæcunque operati fuerimus, & propterea dicuntur uetera ueterum ad tanta seculi, quæ uincūt numerum considerata.

Si attenuatus frater tuus uendiderit possessiunculam suam, & uoluerit propinquus eius, potest redimere quod ille uendiderat: si autem non habuerit proximum, & ipse precium ad redimendum potuerit inuenire, com-
putabuntur fructus ex eo tempore quo uendidit, & quod reliquum est, reddat emptori: sicq; recipiet possessionē suam. Quod si non inuenit manus eius ut reddat precium, habebit emptor quod emerat, usq; ad annum iubileum: in ipso enim, omnis uenditio redit ad dominū, & ad possessorem pristinum.) Varia etiam nunc nobis legislator exponit, nō qualibet, sed maxima sapientia, si quis intendat, plenam: nam & quæ sit nostra substantia & possessio, & quomodo eius partem alienamus, quomodo rursus recipimus, per ordinē docet. Vniuscuiusq; ergo hominis possessio, bona cōuersatio est, quam sortiti sumus à deo, de qua Paulus dicebat: Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est frater, in eadem maneat apud deum: hic autē uirginitatem, ille autē castum cōiugium: alter uitam iustitiæ, hic silentium remotionemq; causarum: hic sacerdotium, ille pauperū patrociniū: alter alia, unusquisq; secundum propriā uirtutē possidet. Sed quando per desidiam cogitationes nostræ infirmatae fuerint, tunc ex parte de propria ea demus possessione, propter qd' L X X. Si pauper factus fuerit: Aquila, si exciderit: Symmachus, si humiliatus fuerit, adiderunt. Quæ quomodo nobis & post excessum saluari poterit, discas per partes, uerba ipsa discutiens. Si attenuatus frater tuus uendiderit possessiunculam suam, & uoluerit propinquus eius, potest redimere quod ille uendiderat.) Fratrem nostrū fidelē lex intellexit. Neq; em̄ simpliciter secundū L X X. dixit frater tuus: sed addidit, Et qui tecū est: illos quippe innuens, de quibus Ioannes euangelista scripsit: Si enim fuis-

1. Corin. 7.

Fratres nostri.

1. Ioan. 2.

Cap. XXV. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C sent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum. Sunt ergo quidam falsi fratres, iniquis hæresibus adhærentes, & pietatis frustra circumferentes nomen, de
 2. Corin. 11. quibus Paulus ait: Periculis in falsis fratribus. Qui autem hi sint, ipse alias
 Tit. 3. admonet: Hæreticū hominem post primam, & secundam admonitionem
 2. Ioan. 1. deuita. Sed & Ioannes: Si quis uenit ad uos, & doctrinam hanc non afferet, non suscipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Hos autem corrigere, quibus sociari non licet, nullo possumus modo, ad horum *ἀνδρῶν*
 ἄλλος ait: Si attenuatus frater tuus: siue secundum LXX. Si ad paupertatem
 Frater noster. peruenerit frater tuus qui est tecum. Fratrem nostrum, & qui nobiscū est, intellexit confidelem, in cuius cogitatione quādo uenerit peccatum, in paupertatē labitur, & pauper uere est, quoniā diuitias perdidit spirituales, factus
 Psal. 87. qualis ille de quo Dauid dixit: quū eum qui in cogitationibus peccatorum constitutus erat, exponeret hominem: Egens sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem, humiliatus sum & confusus. Quando ergo hic, qui talis est, partem propriæ, bonæq; possessionis, quæ ei sorte obuenierat, uendiderat, cogitationem peccati suscipiens: uendit enim hic aduersario suam mentem, quemadmodum deus Iudæis dicebat: Ecce peccatis uestris uenundati estis: ueniet affinis & propinquus eius, secundum spiritum, cognatus & confidelis, & legem cognationis operibus ostendens, & liberabit uenditionem fratris sui, illud implens, quod Paulus scribebat: Fratres, si comprehensus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Si enim inuicem onera nostra exhortationibus, commonitionibus, opportunisq; consilijs portauerimus, liberare fratrem à paupertate possumus, & redimere quam ipse ex negligētia possessionem, quum nō deberet, uendidit, & modo quodam fit communis possessio. Si autem alicui non fuerit proximus uel propinquus: forsitan enim non ostendit opportuno tempore erga alium compassionem, ut & ipse ei spiritalis affinitatis ius seruet: aut forsitan hoc quod contigit, suggerere eis, qui secundum spiritum sunt cognatis, erubescit: & illud quod dictum est in Prouerbis ignorauit: Frater autem in angustijs comprobatur: quia qui abscondit suam passionem, nec accipiens illico in mente medicamen, ipse semetipsum saluare debet, & propriam substantiam redimere, & propterea ait: Sin autē non habuerit proximum, & ipse precium ad redimendum potuerit inuenire, computabuntur fructus ex eo tempore, quo uendidit, & quod reliquum est, redet emptori, sicq; recipiet possessionem suam.) Quis ergo nostrum idoneus est, aut potest, ex desidia, aut prauitate mentem uenditam liberare, ut non ex toto pereat ab alienante, nisi uita bona, & actio repellens, quicumq; inuenti fuerimus in mente peccantes? Oportet ergo cogitare, quantum tempus prædictas mentes ei, qui solet eas cogitationibus malis emere,
 & in

A & in seruitutem redigere, uendidimus, placentes ei & consentientes, & redi ei quod reliquum est, uel secundum LXX, quod habet. Neque enim dixerunt quod reliquum est, sed quod super habet, ut cōtractu ualentiore uincamus, & liberemus mentem nostram. Et si, uerbi gratia, desiderium nostrum auaritiæ cogitatus inualit nos, recuperemus mentem nostram, ut eas etiam, quæ de iusto sunt, pecunias & possessiones despiciamus. Si gastrimargiæ captiuitatem suggessit, nos intentionem ieiunij districti, & omnium ciborum continentiam recuperemus. Sic enim possessionem nostram recipere à maiori inimico, quem deuicerimus, possumus. Si autem hoc factum non fuerit, quid eueniat, discite: Et si non inuenerit manus eius, ut reddat precium. Oportet enim, sicut diximus, quando non præueniens quis propinquus spiritalis commonuerit, quomodo malas cogitationes sine læsione repellamus, subsequi cogitationem & actionem, ex qua liberare possimus quæcunque reperti fuerimus male alienasse. Habebit emptor quod emerat, usque ad annum iubileum. In ipso enim omnis uenditio redit ad dominum, & ad possessorem pristinum. Si ergo neque per fratrum doctrinam, neque per aliquam uirtutem nostras cogitationes emendauerimus, & receperimus quod de nostra possessione alienatum est, dominabitur eius, qui eam per nostram negligentiam possedit. Usque ad opus enim peccatum producit, & non aliter intelligibilem nostram possessionem recipimus, nisi in tempore iubilei, siue ut, LXX, remissionis: Quia perfectus est annus, qui omnes in se horas habet, & omnium modorum circuitum: peractum autem peccatum, & per multum tempus manens, non aliter fas est corrigi, & liberare mentem, in qua dominatus est is, qui male nostra conquisiuit, nisi per perfectam poenitentiam, in qua & ieiuniū, & oratio, & cilicium, & eleemosyna, & lachrymæ peraguntur. Per hæc ergo remissio nobis plena conquiratur. Si autem hominem dictū fuisse à legislatore eum, qui captiuauit mentes nostras, diximus, non admireris, quia & Paulus eum, hominem peccati, & filium perditionis appellauit. Esaias autem Aegyptium hominem, & nō deum, in sua eum prophetia dixit. Sed & dominus hominem uocari manifeste concedit diabolum, pro eo quod inter homines conuerfetur, & ad eorum uacet insidias. Quum ergo parabolam zizaniorum exponeret, dixit: Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nōne bonum semen seminasti in agro tuo, unde zizania? Ille autem dixit eis: Inimicus homo hoc fecit. Deinde parabolam interpretans, & inimicus quis esset, exponens, sic dicit: Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus. Quia & qui mentem suam per peccatum diabolo prodit, uenditionis suæ prauæ, & perniciosæ contractum celebrauit. Paulus etiam hoc Romanis scribens, interpretatus est: Scimus enim quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. Illud autem nota maxime, quia non fratrem, non propinquum dixit esse hunc, cui uendi-

In corrigenda auaritia, etiam despicienda sunt diuitie etc parte.

Peccatum quomodo corrigatur. Ioan. 17.

Esai. 31.

Matth. 13.

Rom. 7.

Cedit, sed nec proximum eum dixit, quemadmodum in præcedenti sanctione, in qua dixit, quando uendes quippiam ciui tuo, uel emis ab eo, non contristes fratrem tuum; nihil tale hic addens, ostendit aperte, quia de aliquo à nobis alieno, qui male nostra conquirat, loquitur. Et hæc quidem est spiritalis contemplatio. Manifesta autem est omnibus solius expositio literæ, & facilis traditio, quia Iudæis legem sufficientiæ, & non gaudendi in auaritia per tale mandatum proponit, & propterea possessiones per circulum ad eos, qui eas semel habuerunt, reuerti uult: & nec uendere uetuit, ut non angustaret pauperem, nec angeret indigentem, qui non aliter degere, neque necessitate aliqua euadere ualeret, nisi forte uendidisset. Sed nec eos qui conquisiuerunt, semper possidere præcipit, sed tempus definiuit, intra quod lex antiquis dominis possessionem redderet. Quia autem amplius contemplationis lex, & iuuaminis spiritalis, & non secundum literam mandati, & quæ in superficie est expositionis, curam habeat, manifestant sequentia.

Contractuum
& uenditionum
leges ad quid
scriptæ.

Qui uendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec uerus impleatur annus. Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posterius eius in perpetuum, & redimi non poterit etiam in iubileo. Si autem in uilla fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum iure uendetur. Si ante redempta non fuerit, in iubilæo reuertetur ad dominum. Aedes Leuitarum quæ in urbibus sunt, semper possunt redimi. Si redemptæ non fuerint in iubileo, reuertentur ad dominos, quia domus urbium leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israël. Suburbana autem eorum non ueniunt, quia possessio sempiterna est. Si ad unam hoc intentionem legislator habuisset, ut possessiones non caderent ab alijs ad alios, erat quippe hoc utile, quia de sufficientia, secundum quod diximus, lex curam gerit: cuius putas rei gratia, quando non fuerint intra annum, sicut ait, redemptæ, proprie esse conquirentium iustæ sunt. Sed nec hoc simpliciter, sed immo subtilem quandam custodiens diuisionem. Quæcunque enim intra muros sunt munitarum ciuitatum, intra annum redimi solummodo liceret: quæcunque autem in non muratis, licentiam haberi liberandi eas semper permisit. Leuitarum autem domos, siue in muratis, siue in non muratis sint, semper redimi præcepit. Agros autem uendere, omnes prohibuit. Hæc autem distinctio, iam infructuosa est ad faciem literæ quam ostendit: quia lex fuit quidem, quando habuit iuuamen de litera, non tamē semper, nec de omni, propter quod ei contemplatio spiritalis necessaria est. Utilitas autem hinc intendenti perpetua, & de omni mandato legis prouenit: propterea durefcit litera, ut necessitate coacti, ad spirituale contemplationem recurramus. Unde & Paulus dicebat: Ante enim quam ueniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Libere enim conclusio, libertatem amare suadet spiritus. Iam nunc ergo præsentis sanctionis discutiamus uirtutem, in præcedentibus unius cuiusdam possessionem proponens,

Omnis utilitas
legum ex mes-
dullis est eruenda
da spiritus.

Galat. 3.

A proponens, ait ergo: Si attenuatus frater tuus, uendiderit possessiunculam
 • suā.) Specialem uniuscuiusq; conuersationem proculdubio exposuit. Hic
 autem non iam de conuersatione speciali, sed totius synagogæ, uel ecclesiæ
 loquit. In quibus Iudæorū synagoga in eo, quod manet usq; nūc apud con-
 quirentē inimicū, & aduersariū seruiens: Ecclesiæ autē, gentiū quodāmodo
 libertatē accipiūt. Sed & Iudæorū collectionē, quomodo quædā per quos
 dam intelligibiles leuitas, id est, apostolos saluentur, nimis secundum quod
 • deum decet, exponit, dicens: Qui uēdiderit domū intra urbis muros, habe
 • bit licentiā redimendi, donec unus impleatur annus.) Hæc de Iudæorū sy-
 • nagoga intelligamus, quæ in hac nubatur quidē: propterea em̄ eam deus
 per Moysen, ut & habitaretur constituit, licet ipsa hæc non custodierit, ab
 • ijs, in quibus inhabitauerat. Propter quod & dominus Iudæis dicebat: Do
 • mus mea, domus orationis uocabitur: uos autē fecistis eam speluncā latronū.
 Erat autē in ciuitate murata in Hierusalem: habebat enim murū legē hanc,
 uendidit quispiam: non tamen hic uenditorē, neq; propinquū, neq; proximi-
 • mum, sicut supra, appellauit: neq; enim unus erat hanc uendens, sed totius
 Iudæorum populus male uiuens, qui neq; frater, neq; cognatus dignus erat
 appellari: unde eum etiam populum Sodomorum & Gomorrhæ deus per
 • Esaiæ prophetiā appellauit: Audite, inquit, uerbū domini principes Sodo-
 • morum, auribus percipite legē dei nostri populus Gomorrhæ. Alibi autē
 ad eos rursum propheta dicebat: Cui uenditori uendidi uos & Ecce uenditi
B estis in iniquitatibus uestris. Sed licebat eis hanc uenditionē redimere in an-
 • no, in quo Christus omni generi humano, maxime populo Iudæorum re-
 demptionem peccatorū prædicauit. Quem annū nunc quidem legislator
 innuit, aperte autē Esaias exhibuit: Spiritus domini super me, eo quod unxit
 dominus me. Ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritos
 corde, ut prædicarē captiuis indulgentiā, & clausis apertionē, ut prædicarē
 annū placibilē dñi, & diem ultionis dño nostro. Vnde & LXX. ædiderūt:
 Diurna erit redditio eius: q̄a per singulos dies eius, q̄ dictus est anni, licebat
 eis quod uendiderunt diabolo, redimētibus uenundari deo. Nō iam em̄ do-
 minari eis inimicus, utpote semel deo uenundatis, poterat: quia em̄ eis nō se-
 mel, nec secundo, sed quotidie licebat captiuitatē propriā redimere, audi do-
 minum dicentē: Hierusalem, Hierusalē, quæ occidis prophetas, & lapidas
 eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodū
 gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? In eo enim quod dixit,
 quoties, manifestauit quia quotidie licebat eis propriā peragere redēptio-
 nem, si omnino uoluissent: quia autem non uolebant, similia his quæ dixit
 • Christus, legislator exposuit, ab ipso em̄ ei spiritus subministrabat. Si autē
 • redēpta non fuerit usq; dum impleat̄ annus, confirmabitur domus, quæ est
 • in ciuitate, quæ habet muros, ueri emptoris, posterorumq; eius in perpe-
 • tuum, & redimi non poterit in iubileo.) Dominatus est enim Iudæorum

Matth. 21.

Esaiæ 1.

Esaiæ 50.

Esaiæ 61.

Lucæ 13.

C synagogæ, qui eam emit inimicus, & posterius eius in perpetuum, omni uide-
 licet præfenti tempore. Hoc enim appellat per eius posteros uel generatio-
 nes, quod LXX. ædunt, quia præfentis temporis potestatem habet contra
 eos qui cõiunguntur ei, & redimi nõ poterit etiã in iubileo, siue ut LXX.
 in remissione, qua remissione, nisi utiq; illam, quam eis dominus crucifixus
 Luce 23. dixit: Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed peccatum renouaue-
 runt, post datam remissionem malitiosi effecti, & præterito non sufficiente
 peccato, addiderunt alia deteriora, quæ circa sepulchrum, & post resurre-
 ctionem, & post in coelos ascensionem contra ipsum Christum, & contra
 chorum apóstolorũ præsumperunt. Confirmans ergo ea quæ nunc à nõs
 Templum Hierusalem. bis dicta sunt dominus, & ostendens quia Iudæorum domos, & Hierusalẽ
 templum totum aduersarij factum est, & partem apud dominũ habere iam
 non potest, quia euangelizatam non susceperunt redemptionem, dicens:
 Matth. 23. Quoties uolui cõgregare uos, quemadmodũ gallina congregat pullos suos
 sub alas suas, & nolulistis: addit: Ecce relinquet uobis domus uestra deserta.
 Quemadmodum ergo ea, quæ de Iudaicis synagogis prædixit spiritus: sic
 " intende quæ ecclesiæ gentiũ dicit. Sin autẽ in uilla fuerit domus, quæ mu-
 " ros non habet, agrorum iure uendetur. Si ante redempta non fuerit in iubi-
 Domus in uilla. leo, reuertetur ad dominũ.) Doms ergo quæ in uilla sunt, quod ecclesiæ
 Esa. 54. gentium debeant intelligi, Esaias nobis propheta demonstrat: Lauda steri-
 D lis, quæ non parit, decanta laudem, & hin quæ non pariebas, quomodo
 multæ filiæ desertæ, magis quàm eius quæ habet uirũ, dicit dominus: Quæ
 Gentium eccle- est autem sterilis & deserta, & non pariens, nisi gentium ecclesia? Quæ non
 sia sterilis. patriarchas habuit, non legem, non prophetas, unde & sine muro recte no-
 minatur. Vnde ergo quid & aliud de ipsa prophetia subdidit, dixit enim do-
 Esa. 54. minus. Dilata locum tentoriũ tui, & aularum tuarum: ergo quæ in uillis, siue
 ut LXX, in aulis sunt domus gentium, ecclesiæ intelliguntur. Quod adhuc
 planius in posterioribus eiusdem prophetiæ ostenditur: Euge non parcas,
 extende funes tuos, & paxillos tuos cõforta, adhuc ad dexteram & sinistra
 extẽde, & semen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.
 Ciuitates sine muro. Ecce ciuitates desertas, sine muro uidelicet, eas quæ sunt gentiũ, appellauit.
 Neq; enim habebant legis murum, & desertæ erant, error eis dolorũ, quo-
 rum domus in uillis, quas LXX. in aulis dixerunt, quas esse ecclesias dixi-
 mus: Agrosũ iure uendentur,) Vel secundũ LXX. Ad agrum terræ æstima-
 buntur. Cuius agri: Illius utiq; quem dominus dicit: Simile est regnum
 Matth. 13. coelorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit
 eam præ gaudio: alius abiit, & uendidit omnia quæ habuit, & emit agrum
 illum. Dicit autem agrum, euangelium, in quo thesaurus Christi est myste-
 rium, huius ergo agri iure uendentur, uel adhuc agrum æstimabuntur, quia
 ei sunt proxime, non legi. Quamobrem semper redimi possunt, uel secun-
 dum LXX. liberatæ per omnia erunt. Ex quo ergo dominus uenit, usque
 ad secun-

A ad secundum aduentum eius, per partes gentes redimuntur, & per remissionem euadunt, quam ipse omni generi humano per crucem appellauit. *Cruce Christi,* enim, est uera remissio. Vnde & eius figuram gerens aries, qui pro Isaac in holocausto oblatuſ est, secundum quod LXX. ædunt, in uirgulto Sabech inuentus est religatus. Sabech autem, remissio interpretatur: quia crucem, quæ fuit remissionis uirgultum, præfigurabat hoc quod tunc gestum est. Ergo tanquam Abraham in figura diem crucis cernente, Christus dixit: Abraham exultauit, ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est. Quod ergo erat prædictis de Iudaica domo contrarium, uide quomodo præuidens legislator soluit: quia enim post annum, in quo Christus in carne præsens liberabat humanum genus, integre Iudæorum synagogæ per apostolicam doctrinam liberatæ sunt, nunc quidem tria milia, nunc autem quinque milia, rursusque multo plures quam dicti sunt: ne quis hoc ignorasse legislatorem arbitraretur, uide, quemadmodum & hoc sapientia spiritalis demonstrauit. *Sabech remissio interpretatur. Ioan. 8.*

B *Leuit. e. Apostoli. Numc. 18.* *Matth. 19.* *Domus in urbibus.* *Discipulis apostolorum permissum id quod ipsis apostolis.*

des Leuitarum, qui in urbibus sunt, semper possunt redimi: si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus urbium leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israël. Non frustra Leuitas quispiam dicat apostolos appellari, sed quia de Leuitis dictum est: In terra eorum nihil possidebis, nec habebis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua, in medio filiorum Israël. Hoc autem in apostolis proprie impletum est, qui dicebant confidenter ad dominum: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid putas erit nobis? Horum ergo ædes, quæ in urbibus sunt, siue secundum LXX. domos ciuitatum, eorum possessiones, quotquot eos sequuti sunt fide & conuersatione, Iudaica collegia recte intelliguntur, quia prius propter eos ire, ut ad oues quæ fuerant perditæ domus Israël, à Christo iussi sunt. Ergo ad sortem eorum pertinebant illi, atque possessionem, semper que poterant redimi, & hoc historia Actuum apostolorum demonstrauit: multa enim Iudæorum per apostolos ab errore dixit liberata collegia. Non solis autem licuit apostolis hanc peragere redemptionem, sed & discipulis eorum. Sed tamen hanc secundum illorum oportebat effici doctrinam, ut illis imputaretur, qui exordium facto præbuerunt, qui posuerunt dogmata, quomodo hi, qui in circuncisione erant, saluari & liberari possint. Et propterea secundum LXX. ait: Et quicumque rediment à leuitis, id est ab illis accipiens modum liberandi. Non enim à leuitis liberantur, quasi ipsis possidentibus: & propterea Symmachus, & Aquila, Quicumque affinis est de leuitis, dicunt. Quicumque ergo illis similia docet, & redimet quaedam domos, uel si in ciuitatibus Iudaicis sint, exijt secundum LXX. uenditio, id est, liberabuntur in remissione fidei crucis, & concessæ per eam ueniæ. Quod nostra æditio habet: Si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertent ad dominos. Quare aut dictum est, sequitur: Quia domus urbium leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israël. Id est, propter apostolorum cognationem, intelligibilius

C enim leuitarum, apostolorum possessio in medio filiorum Israël erat, sicut
Petri & Ioan cognouimus, quia Petrus & Ioannes sortem apostolatus in prædicatione
nis apostolatus eorum, qui ex circuncisione, perceperunt. Sed & alio modo apostolis pos-
 sessio in medio filiorum Israël erat: Circuncisionem enim habebant & ipsi, & se-
 cundum legem Israël semper uixerat. Propter quod & eorum erant ipsæ domus ci-
 uitatum, ab ipsis enim erant liberatae, & quicumque saluati sunt, per eos saluati sunt.
 Et quum indigni essent propter blasphemiam, quam commiserunt in crucem, & quam
 rursum post resurrectionem præsumpserunt, honore tamen apostolorum,
 qui & ante crucem crediderunt, & in cruce, uel etiam post crucem perman-
 serunt, in fide suscepti sunt. Et quia hoc uerum est, disce Esaia dicente: Nisi
Esa. 1. dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, &
 quasi Gomorrha similes essemus. Si enim non relictum esset semen aposto-
 lorum, nihil prohiberet, in modum Gomorrhæ & Sodomæ omnem plebem
Semen relictum
nobis Aposto-
lorum. Iudaicam perire. Sed apostolorum causa non omnes perierunt. Quorum uir-
 tutes & possessiones, quales erant, in paucis his considera uerbis. Suburba-
 na autem eorum non ueniunt, quia possessio sempiterna est. Quorum apo-
 stolorum uidelicet, hi esse leuitæ dicti sunt: horum suburbana, siue agri non
Vrbane posses-
siones. uendunt, id est conuersiones, & uirtutes, & doctrinæ. Hæc enim agrorum
 uice colebant, ita ut Paulus de eis diceret: Quis plantauit uineam, & de fru-
 ctu eius non edet? Et rursum: Dignus est operarius mercede sua. Et rur-
 sus: Nunquid de bubus cura est deo? An de nobis utique dicitur: quia debet in
 spe qui arat arare, & qui seminat, in spe fructus percipiendi. Et rursum: Si nos
 uobis spiritalia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus: Hæc
 ergo doctrinæ separatae erant ciuitatibus eorum, qui per ipsos constabant, &
 per ipsos saluabantur: & uendi non poterant, quia ad ipsos dicebatur: Gra-
 tis accepistis, gratis date. Vnde & Simonem emere uolentem donum spi-
 ritus, eius portione, siue sorte priuauit. Si attenuatus fuerit frater tuus, & in-
 firmus manu, & susceperis eum quasi aduenam, & peregrinum, & uixe-
 rit tecum, ne accipias usuras ab eo, nec amplius quam dedisti. Time deum
 tuum, ut uiuere possit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad usu-
 ram, & frugum superabundantiam non exiges. Ego dominus deus uester,
 qui eduxi uos de terra Aegypti, ut darem uobis terram Chanaan, & essem uest-
 er deus. In præsentī lege duo sunt, quæ mirari legislatorem oporteat,
 id est sapientia & pietas. Sapientia quidem, quia quæ sunt sublimia, per
 ea quæ uidentur humilia, exponit. Pietas autem, quæ est in custodia li-
 teræ, & contemplationis spiritalis. Litera siquidem, pauperis exigit sub-
 uentionem, & neque claudī erga eum uiscera petenti mutuum: nec ne-
 gociari de paupertate eius, superabundantiam exigendo, & usuram per-
 cipiendo, & lucrum de pietate captando. Spiritus autem anagogice de-
 monstrat, quomodo oporteat uti eis, qui illa paupertate pauperes fa-
 cti sunt, de qua Dauid clamabat: Cito anticipet nos misericordia tua.
 quia

In lege summa
pietas coniun-
cta est sapientiæ

A quia pauperes facti sumus nimis. Sic ergo secundum ordinem his quæ dicta sunt, intendimus.

Si attenuatus fuerit frater tuus, et infirmus manu, & susceperis eum quasi ad uenam, & peregrinum, et uixerit tecum. Fratrem uniuscuiusque hic æqualem dignitate, & conuersatione dicit. Hic si in operatione uirtutum infirmatus fuerit: hoc est eum infirmari manu, propter quod Aquila: Si exciderit, inquit, frater tuus, et culpauerit manus eius tecum: auxiliari ei, secundum LXX. interpretum sensum, nos tanquam profelyto & inquilino uult. Profelytus autem noster, siue adueniens est, qui nunc ad finem uenit. Inquilinus autem noster, qui necdum propriam domum habet, sed nostra admonitione, & diligenti instructione eget, ut protegatur, & non quemadmodum sine domo huc & illuc erret. Sic ergo auxiliamur infirmo fratri, ut uiuat nobiscum, & nullatenus moriatur, à conuersatione dei alienus effectus, uiuens nobiscum, id est per nos, & per nostram doctrinam, quemadmodum quibusdam cibus bonis confortatus. Oportet autem ei, sicut infirmo, condescendere, & mederi, quæ secundum uirtutem eius sunt, propterea subdidit: Ne accipias usuras ab eo, nec amplius quam dedisti. Ne forte quum infirmus factus sit, & à priori regula

Profelytus.
Inquilinus.

B imminutus, abundantius ab eo uirtutum operationem exigamus, sed prouocemus eum, manumque eius ut infirmi sustentemus, caputque eum tantummodo legis, & diuinorum mandatorum, id est, ut non peccet exigentes. Ergo nimis necessarie addidit: Time deum tuum. Ego dominus deus uester: cuius iugum suaue est, qui hominem modis omnibus non peccare exigit: uirtutes autem exigit, secundum possibilitatem. Propter quod de uirginitate sanciens, Non omnes capiunt, inquit. Sed & de non possidendo docens, Si uis, inquit, perfectus esse. In mandato dixit: Sic ergo frater tuus uiuat apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges. Sed Paulum imitare dicentem: Factus sum infirmus infirmis. Nihil eos ad uirtutis rationem exigas, plus à propria uirtute. Si autem dicas, forsitan eos posse, sed infirmos se fingere: hoc iam non est tuum, sed illius est, qui scit quid uere possimus. Qui dixit ad illum, qui talentum abscondit: Oportebat te dare pecuniam meam nummularijs, & ego ueniens, cum usuris utique exegissem eam. Et non est condemnatus, quia usuram non accepit, sed quia pecuniam non dedit: Sibi metipsum enim paterfamilias exactionem reseruauit usurae. Alterutrum autem nos ut caueamus peccatum, soluere, & exigere uult, locum nobis alternæ conjunctionis, non detrahentibus, non rapientibus, non occidentibus, non tale aliquid peccantibus, per Paulum præbens, ait ergo: Si quis frater appellatur fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut detractor, aut ebrius, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Non dixit: Si quis non uendiderit substantiam suam: neque, si non uirginitatem pollicitus fuerit, neque sublimis conuersationis fuerit. Hæc autem nimis perfe-

usuras accipere.

Matth. 18.

Matth. 19.

1. Corinth. 9.

Matth. 25.

1. Corinth. 5.

C

ctorum cunctorum humiliora mandata sunt. Vide ergo quam conclusionē

mādato addidit. Ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti,

ut darem uobis terrā Chanaan, ut essem uester deus. Et quid in praesenti lo

co hoc commemorare legislator eguit? Sed modis omnibus illud demōstra

re uolens, quia quemadmodum populum de terra Aegypti, & de populo

peccatoris eduxit, & in terra Chanaan alterius populi, rursus peccatoris in

troduxit; sed illinc quidem eos eduxit, ut nō sub Aegyptiorum, si adhuc ter

ram habitarent, dominio tenerentur: in terram autem Chananaeorū intro

duxit, quia expulsis gentibus, nō erant iam in eorum seruitio redigendi, sed

& terra emundata carebat malis habitatoribus. Sic nos deus sub domina

tione quidem redigi peccatorum non patitur, sed neq; eorum societatem,

uscq; dum sunt peccatores, amplecti: quando autem eorū terra emūdata fue

rit, praecipit cum eis esse, & simul habitare, & dare eis nostram pecuniam,

& nostros fructus, id est diuinas doctrinas, quas accepimus. Pro doctrina

autem intelligitur pecunia, propter quod & Paulus dicebat: Qui aedificaue

rit super fundamentum hoc, aurū, argentum, lapides preciosos: bonam do

ctrinam per hāc innuens. Hoc autem ipsum est & fructus, siue ut LXX. ci

bi, utrunq; enim hoc rursus inuenies Paulū exponentem, Corinthios em̄,

alij doctrinae se sociantes, suamq; despicientes, reprehendens scripsit: Iam

satiati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis. Ergo doctrinam per

pecuniam & fructus, siue secundum LXX. cibos, in scripturis sanctis intel

lecta sunt: pecunia, utpote quae diuites facit; fructus uero uel cibus, ut nutri

ens. Horum abundantiam deus exigi non iubet, sed sola quae secundū uirtu

tem sunt, ut sit noster deus. Quia & ipse poenitentes peccatores ad se susci

pit, & moderatum iugum eis imponit.

In terrā Cha

naan inducere.

Pecuniam dare

doctrinam sig

nificat.

1. Corinth. 3.

1. Corinth. 4.

Diuitias quae

les intellexerit

Paulus.

Spiritus legis

uberiores fru

ctus fert.

Si necessitate compulsus uendiderit se tibi frater tuus, non eum oppri

mes seruitute famulorū, sed quasi mercenarius & colonus erit. Vsq; ad annū

iubileum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuer

tetur ad cognationem suam, & ad possessionem patrū suorum: mei enim ser

ui sunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti: non uenient conditione seruorū.

Ne affligas eum per potētiam, sed metuito deum tuū. Multa litera ipsa pie

tate plena est, sed multo magis spiritalis intellectus. Quantum enim libertas

animae melior est à libertate corporis, tantum spiritalis contemplatio his,

qui eius possunt fructus percipere, clariora donat quàm litera. Quia litera

ergo nullatenus nos his quae fratribus eueniunt, abuti uult, id est confideli

bus, sed uel si quis eorū nobis uenditus fuerit, à qualibet humiliatus necessi

tate, nullatenus ab eo seruitiū serui exigamus. Quē enim semel fratrem per

adoptionem Christi habuimus, quomodo deinceps seruū habebimus? Vn

de & Paulus scribens de Onesimo ad Philemonem dicebat: Propterea re

cessit ad horam, ut aeternū reciperes, non iam ut seruū, sed pro seruo fratrem

charissimum, maxime mihi, quantomagis autem tibi, & in carne, & in domi

no.

A no: Et rursus: Qui autem fideles habent dominos, non despiciant, quia fratres sunt. Insuper autem & spiritus præcipit etiam aliud, quando aliquem fratrum, & æqualem nobis uocatione, & conuersatione uenditum, humiliatum tamen in uirtutibus, id est infirmatum deprehenderimus, & hunc conuerterimus, corripietes, exhortantes, nullatenus eo abuti, sed ut modeste & humiliter eum accedamus, propter quod & in uerbis ipsis intende. Si paupertate compulsus uendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit.) Quia paupertas animæ est infirmitas consequendarum uirtutum, manifestum est ex his quæ ad Samson Dalila, & ipse ad eam loquitur. Noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo. Quicquid molesta ei esset, & per multos dies iugiter adhæreret, spacium ad quietem non tribuens, tunc aperiens ueritatē rei, dixit ad eam: Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazareus, id est consecratus deo sum, de utero matris meæ. Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eroque ut ceteri homines. Post hæc historia subdidit: Item at illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius, & coepit abijcere eum à se, & à se repellere. Statim enim ab eo fortitudo discessit, dixitque: Super te Philistinum. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo: Egre diar sicut ante feci, & me excutiam, nesciens quod dominus recessisset ab eo. Sed

B in LXX. æditione, quum hic dixisset, Si humiliatus fuerit frater tuus: non dixit, à te, sed, apud te: nam etsi nobiscum erat, sed nos non ei sumus facti humiliationis causa. Ipse autem negligens, semetipsum humiliauit, & uenditus est, non uenditione illa, de qua Helias ad Achab dicebat: Dicente enim eo, num inuenisti me inimice meus? respondit: Inueni, eò quod uenundatus es facere malum in conspectu domini. Ille enim sicut impius, qui in profundum malorum ceciderat, despiciebat, & inimico uenditus, non uolebat uenditionem immutare, nec prophetæ uendi, id est subdi, qui ei paulatim manum porrigendo, à graui liberare eum seruitute poterat. Si ergo tibi fidei, & colenti deum, humiliatus frater uenditus fuerit, redemptionem, & precium animæ eius, tuam doctrinam, & exhortationem suscipiens: & quemadmodum suum dominum existimans, non seruiat tibi seruitute serui, sed subdetur quidem, uerum tamen libertate illa, de qua ait Paulus: libertate, qua liberauit nos Christus. Inuenies autem alibi eundem rursus scribentem: Precio empti estis, nolite fieri serui hominum, propter quod ait legislator: Quasi mercenarius, & colonus erit.) Vel sicut LXX. inquilinus: quia horum uterque subiectus est quidem huic, cuius domum habitat, & in agro operatur propter paupertatem, nec domum propriam, nec agrum habens: non tamen propter hoc aufertur libertatis dignitas, quemadmodum & eum qui per nos à peccato conuersus est, oportet, si ante peccatum frater noster secundum æqualitatem gratiæ, honoremque conuersationis fuit. Nam etsi propriam nunc domum

1. Timoth. 6.

Vera paupertas inopia est uirtutum.

Iudic. 16.

Samson Nazareus.

Humiliari apud nos. 3. Reg. 21.

Gala. 4: 1. Corinth. 7.

C iustitiæ, aut agrū propriū uirtutis non habet, quum aliquando habuisset, un-
 de non dixit, mercenarius, aut colonus, uel inquilinus erit, sed quasi merce-
 narius, & colonus, uel inquilinus erit tibi; in nostris enim habitare opus ha-
 bet & operari, id est ad nostras exhortationes, regulasq; uitæ, & exempla,
 quæ à nobis susceperit; spes tamen est eum ad suam recurrere dignitatem,
 quando integram & perfectam egerit pœnitentiā. Hoc enim manifestans
 legislator, subdidit: Vsq; ad annū iubileū operabitur apud te. Quia per
 perfectam pœnitentiā, sicut integre mūdatus, & propterea perfectus, ope-
 rari & apud se potest, & postea egredietur; sicut aiunt LXX. in remissionē
 cum liberis suis. Non solus enim ipse liber efficitur, sed & quæ ab eo geni-
 tæ fuerant uirtutes, antequam sub uenditionē peccati redigeretur. Propte-
 rea et reuertetur ad cognationē patrū suorū, recipiens conuersationis sortē,
 & partem gratiæ, quæ ab initio sorte perceperat à deo, qui proprie noster
 pater est, de quo ait Paulus: Quia autem estis filij, misit deus spiritū filij sui in
 cordibus uestris, clamantem, abba pater. Cur autem hæc sancies deus, tan-
 ta pietate utatur, ipse legis demonstrauit uerbis. Mei autem serui sunt,
 & ego eduxi eos de terra Aegypti. Vt ergo qui semel eius facti sunt ser-
 uī, & per eum intelligibili seruitute Aegypti caruerunt, hanc eos perdere
 dignitatem non uult, nec quia ad modicū quis lapsus est, propterea eum in
 perpetuum perdere antiquam dignitatem desiderat, ideoq; ait: Non ueniet
 cōditione seruorū. Similia dicēs Paulo: Precio empti estis, nolite fieri serui
 hominū. Sed & hoc addidit: Ne affligas eū per potētiam, sed metuito deū
 tuū. Oportet enim moderari nos iugum conuertentium, & timere deū no-
 strum, qui dixit: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini; & in qua mensu-
 ra mensi fueritis, metietur uobis.
 Seruus & ancilla sint uobis de nationibus, quæ in circuitu uestro sunt, &
 de aduenis, qui peregrinantur apud uos, uel qui ex his nati fuerint in terra
 uestra, hos habebitis famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros,
 ac possidebitis in æternum. Fratres autem uestros filios Israël, ne opprima-
 tis per potentiam. Nō potest digne laudari uarietas, & multiplicitas spirita-
 lis sapiētiae. Quamobrē postquā digne admirari nō possumus, quia nec ca-
 pimus, hoc omittentes, districtius aures mentis etiā his, quæ nunc dicta sunt
 præbeamus, & unūquēq; sermonem intente notemus; in differentia enim
 uerborū, differentiam quoq; intellectuū reperiemus. Scire igitur nos uult,
 quid restet inter hos, quos ex infidelibus deo saluauerimus, & illos, qui quū
 fideles essent, similesq; nobis dignitatis inuocatione, & conuersatione, po-
 stea pro tempore in operatione uirtutum infirmati sunt, correximus. Pro-
 pter quod operari quidem apud nos usq; ad annum remissionis, uidelicet
 pœnitentiæ, non autem postea præcepit. Hic autem, quia nec eum, qui ex
 peccato humiliatus est, & propterea nobis uenditus, sed nec fratrem dicit,
 sed de his dicit quos nos ex infidelibus, aut alterius fidei in discipulatum ac-
 quisit.

Quasi merce-
narius.

Gala. 4.

1 Corinth. 7.

Roma. 2.

Varietas sapi-
entiae ex lege.

A quisuerimus. Recte eos nec seruos nostros esse præcepit: Christi enim, & ipsi sunt, sicut & nos, serui. Sed sub nostra tamen possessione manere, sicut per nos edoctos præcepit, sicut ipsa ostendunt legislatoris uerba. Seruus & ancilla sint uobis de nationibus, quæ in circuitu uestro sunt, & de aduenis qui peregrinatur apud uos.) Gentes quæ in circuitu nostro sunt, quæ necdum crediderunt, spem tamen fidei, & salutis habent, quia ipsis missum euangeliu est, sicut Paulus in Antiochia ad Iudæos dicebat: Ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis dominus. De his nobis serui & ancillæ conquirantur, id est, qui per uerbum docentur. Vnde & eos qui docuerunt, dominos appellant, quod demonstrat in Philippis custos carceris, qui ad Paulum & Sylam dicebat: Domini, quid me oportet facere, ut saluus fiam? Sed & de aduenis, siue ut LXX. filijs inquilinorum, qui peregrinatur apud nos, conquiramus. Dicit autem inquilinos hic Iudæos, qui habitant in lumine nostro, non tamen uolunt ei oculos mentis accommodare, abscondentes eius lucernam sub modio. Propter quod non simpliciter inquilinos LXX. ædiderunt, sed filios inquilinorum, qui sunt in uobis: quod à Theodotione, & Symmacho planius scriptum est: A filijs inquilinorum, qui habitant in uobis. De quibus dixit Dauid: Inhabitabunt & abscondent. Quum enim sunt in nobis, qui legem ipsam, & prophetas, quos & nos habemus, habent, inhabitant tamen non eadē sapientes de lege, & prophetis, quæ nos: suam enim iustitiam constituere quærentes, iustitiæ dei non sunt subiecti: sed hoc abscondent, & recte inhabitant, sicut qui semetipsos à libera, & à fiduciali habitatione excludentes. Vnde dominus, quia inhabitant propter infidelitatem, innuens dicebat: Seruus non manet in domo in æternum: quod est inhabitantium proprium. Sed ait legislator, secundum LXX. & de cognatis ipsorum, quicumque fuerint in terra uestra, erint uobis in possessionem. Cognati enim Iudæorum, propter infidelitatem hæretici sunt, quia non plene, sicut & illi sentiunt, & eadem nobis prædicant mysteria, non tamen in eisdem relictis, & perfectis, & integris in deum dogmatibus: unde sunt quidem in terra nostra, sed inquilini. Hos habebitis, inquit, in famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum.) Quoscumque ergo ex gentibus infidelibus, aut ex Iudæis, aut ex hæreticis lucrati fuerimus, & deo obtulerimus, seruosque & ancillas acquisuerimus, impendentes pro eis doctrinæ pecuniam, hi in nostra possessione sunt. Sed & filijs nostris, id est discipulis, diuidere eos, id est tradere eorum discipulatu possumus. Quod manifestat Paulus, cuius sicut filij erant discipuli Titus & Timotheus. Nam Timotheo, dilectissimo filio in fide, & Tito dilectissimo filio secundum communem fidem, ad eos scribens præscribebat. Deinde huic Ephesios, huic Cretenses distribuit. Nam illi quidē scribebat: Sicut rogavi te, ut remaneres Ephesi, quum irem in Macedoniam, ut annunciares quibusdam, ne aliter docerent. Tito autem: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ defunt corri-

Gentes quæ in circuitu sunt.

Act. 18.

Domini.

Act. 16.

Inquilini Iudæi sunt.

psal. 55.

Ioan. 8.

1. Timoth. 1.

Tit. 1.

C gas, & constituas per ciuitates presbyteros, quos ego tibi constitui. Sed & quid restet inter illos, quos deforis lucrati fuerimus, & æqualibus nobis fratribus, qui forsitan humiliati corriguntur, scire nunc legislator nos uolens, hæc ad communem rationem prædictorū scripsit. Fratres autem uestros filios Israël nō affligetis per potentiam.) Non quia alios, quos lucrati fuerimus exterius, in seruitutem redigere, aut cōterere laboribus præcepit: nusquam enim hoc in sanctione hac dixisse uidetur: sed quia non æquali potestate in illis, & istis uti possumus. Aliud est enim infideles ad fidem perductos, aliud fideles lapsos, & à nobis admonitos.

Si inualuerit apud uos manus aduenæ, atq; peregrini, & attenuatus frater tuus uendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius, post uenditionem potest redimi. Qui uoluerit ex fratribus suis, emet eum, & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis.) Quia lex pertinere sibi secundum literam, de libertate indigenarum Israëlitarum ostendit: propterea eum qui in eis deterius propter paupertatem, aut aliquam aliam necessitatem eget, profelytis, uel inquilinis, qui de his quidem foris sunt geniti, adhæserit, seruire non patitur, sed redimi eum ab aliquo suorum cognatorū præcepit. Vide, quomodo hoc custodiri & secundum anagogen spiritalem oportet, ait enim:

Si inualuerit apud uos manus aduenæ, atq; peregrini, siue ut LXX. inquilini, & attenuatus frater tuus uendiderit se ei, aut cuiquā de stirpe eius.) Id est, si is q ad fidē ex gētib; aut ex Iudæis, aut omnino hæreticis, nouiter

D nostræ fidei cōiunctus, clarus est uirtutibus, ita ut potēs sit in arguēdo, & exhortādo peccātes, huius proprie manus inualescit, siue ut LXX. inuenit, quia per suā actionē inuenire & aliorū cōuersionē, & exhortationē potest. Deinde & frater tuus, qui olim eruditus est in uerbo, sed & quia æqualis tibi est secundū sortē cōuersionis, hoc est em frater attenuatus, id est, nō inueniēs exhortātem, & consilium dantem: aduenæ, siue peregrino, uel inquilino se uendiderit, id est, ei qui nouiter de gentibus, aut de Iudæis, aut secundum quod diximus hæreticis credenti, uenundatur autem ei, illo uerbum doctore, propter conuersionem eius impendente: quia incongruum est eum, qui olim in clara scientia, & conuersione notus fuit, sub eo qui nouiter ad fidem uenit, agere. Nō est enim parua res discipulatus, sed multi temporis, uitæ etiam non modicus decursus ad perfectionem necessarius. Recte redimitur, qui uoluerit ex fratribus suis, emet eū: id est, quispiam eū similis honoris, similisq; scientiæ, & conuersionis per suam doctrinam redimat, & faciat non opus habere admoneri ab eis, quos ipse debuit admonere: utpote qui in scientia perfecit eos, qui adhuc modogeniti sunt. Non est enim qualiscunq; in doctoribus dignitas, longi temporis scientia, intantum ut Paulus, quando Philemonem uolebat alligare, sic scripsisset: Obsecro quū talis sis, ut Paulus senex, nunc autem & uinctus Christi IESU. Et uetustatē temporis, confessioni, quæ in uinculis erat, coniunxit: utpote idoneā existentem ad

Manus inualescunt, quando proficimus in euangelio.

Discipulatus multi tēporis.

Longi tēporis prerogatiua.

A ad gloriam eorum qui in scientia profecerunt. Patruus ergo, & patruelis, & consanguineus, & affinis redimet eum. Patres nostri sunt secundum spiritum, qui nos genuerunt per Christi doctrinam, propter quod & Paulus Corinthiis scribebat: Nam etsi multos habetis paedagogos in Christo, sed non multos patres. In Christo enim IESV, per euangelium uos genui. Quotquot ergo fratres horum, id est sacerdotes, sicut & ipsi sunt & doctores, aut & filij fratrum, aut discipuli quidem eorum, in eandem autem quam ille scientiam, & doctrinam profecti sunt, fratres patris recte dicuntur. Qui enim consanguinei, & affines sunt eius, qui eget consilio & exhortatione, id est, ut qui eiusdem dignitatis, & conuersationis fuerunt, hi rursus redimunt, Pauli me mores uocis: Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior, & qui oportet ad omnes bonum ostendere, maxime autem ad proprios fidei. Hi ergo nobis consanguinei per carnem Christi sunt, quia de carne eius, & de ossibus eius sumus, quemadmodum ipse rursus Paulus Ephesijs scripsit. Intantum ergo melius est ab antiquis, & eiusdem fidei admoneri eum, qui in actione, aut scientia minor est, quia Apelles Alexandrinus, doctus magister erat, & clarus, sed tamen minorem scientiam habebat, & hoc quod erat summum, reprehensibile habebat, nesciens CHRISTI baptisma. Vnde Priscilla & Aquila susceperunt hunc, & subtilius exposuerunt ei uiam, sicut ait Lucas, id est ea quae pertinebant ad doctrinam & scientiam: incongruum esse putantes, si ab alijs, & non ab eis, qui in scientia profecerunt, quales erant ipsi, emendaretur doctor. Sed & quae haec sint admirabilia, adhuc admirabiliora sequuntur.

Patres secundum spiritum.

1. Corinth. 4.

Patruus qui

Gala. 6:

Consanguinei per carnem Christi.

Apelles Alexandrinus.

Act. 8.

B Si autem & ipse potuerit, redimet se, supputatis duntaxat annis à tempore uenditionis suae, usque in annum iubileum, & pecunia qua uenditus fuerat, iuxta annorum numerum, & rationem mercenarij supputata. Si plures fuerint anni qui remanent usque ad iubileum, secundum hos reddet & precium. Si pauci, ponet rationem cum eo iuxta precium, & numerum annorum, & reddet emptori quod reliquum est annorum, quibus ante seruiuit mercedibus imputatis. Non affliget eum uolenter in conspectu tuo. Quod si per haec redimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis suis. Mei enim sunt serui filij Israel, quos eduxi de terra Aegypti. Ego dominus deus uester.) Tantum de libertate nostra, & honestate, & gloriatione in bonis, & confidentia sanctus spiritus ait, ut unumquemque nostrum sub seruitute peccati constitutum, uirtutibus praecipiat redimi, & correctionibus: si, uerbi gratia, cilicium, & cinerem, & lachrymas, & eam quae in his est, confessionem lucrari uolumus, & quaecumque cum his annum continent iubilei, siue remissionis: ad huiusmodi enim probationem praesentia exposuit. Sin autem & ipse potuerit, redimet se, supputatis duntaxat annis, à tempore uenditionis suae, usque ad annum iubilei,

S

Scipsum libe-
rare.

Fieri liberum
per liberatio-
nem.

LHC. 19.

Matth. 20.

C Si enim pauper factus per peccatū, qui prius diues erat in uirtutibus, & correptionibus, recte semetipsum liberauit, dum sufficiat ad exhortationem propriam. Veruntamen nec hic integrum de se confidat, ut qui semel infirmatus est, exhortatione & consilio egēs, computet apud semetipsum, id est secum tractet, & disceptet. Sic enim & Theodotus: Tractabit cum eo, qui acquisiuit eum. Aquila autem; Supputabit cum eo, qui possedit eum. Et qui tractauit, quomodo debeat ueram libertatem sibi conquirere: computauit autem ab anno quo semetipsum uendidit, usque ad annum iubilei, siue remissionis, à quo uidelicet peccans, eguit consilio & doctrina, usquedum integram & omnimodam peragat poenitentiam, in qua remissionem accipiens, æqualis ei fiat, qui penitus non peccauit. Quid autem tractabit? quibus uirtutibus & correptionibus, eam quæ per studiosam poenitentiam est remissionem, apprehendere & procedere possit. Sicut enim qui pecuniam reddidit redemptori, annum remissionis expectare opus non habebat, qui erat quinquagesimus, qui iubileus dicebatur: sic qui peccatum ad delendum illud æquales, siue pares uirtutes exquirat, præcedit poenitentiam, actionibus bonis se redimens: quod demonstrat Zachæus, qui quum plurimorum plurima sustulisset, non eguit sacco, & cinere, & lachrymis, & oratione. Hic enim nobis annus remissionis, sicut omnia habens, quæ nobis fructificent remissionem. Non indignuit autem, quia peccata quidem erant pecuniaria: ipse autem ea quæ abrepta fuerant, promissit reddere in quadruplum, dimidium autem suorum distribuere pauperibus. Propter quod **CHRISTVS** ad eum, Hodie salus huic domui facta est, suscipiens pecunias redemptionis eius, dixit. Admirabile est autē quod sequitur: Et pecunia qua uenditus fuerat iuxta annorum numerum, & rationem mercenarij supputatam. Siue secundum **LXX**. Erit pecunia uenditionis eius, anno sicut dies mercenarij erit cum eo. Cum quo die ergo legislator non frustra mentionem fecit, sed illam innuens, quam aperte in euangelijs dominus ostendit, quando parabolam operariorum, qui ad uineam conducti sunt, exposuit: quando hos quidem mane, illos autem hora tertia, hos autem sexta, illos autem nona, alios uero undecima quum conduci dixisset, & dari mercedes his, qui circa undecimam conducti sunt, sicut his qui totam diem operati sunt, iussit: sicut unius ergo illorum, erit ei qui redimitur pecunia uenditionis suæ: licet enim ei & per paruum tempus, & per multum peragere redemptionem, propter quod & rationabiliter legislator addidit: Si autē plures fuerint anni, qui remanent usque ad iubileum, secundum hos reddet & precium: si pauci, ponet rationem cum eo, iuxta annorū numerū, & reddet emptori quod reliquum est annorū, quibus seruiuit mercedibus imputatis. Primū ergo secundū hæc reddi precium, id est secundū ea quæ peccauit, qui semetipsum redimere uult, præcepit: ut si forsitan ex gula peccauit, per ieiuniū corrigat: fin

A sin autem ex uerboſitate, ſtudeat taciturnitatem. Si ex incautela oculorum in mulieris concupiſcentiam cecidit, agat non uidere mulieres, neq; omnino eis obuium fieri. Deinde ſi uult celerem ſibi redemptionem parare, intendat pecunijs conquiſitionis ſuæ, uerbo uidelicet doctrinæ, quod etiam intelligere proprium peccatum, & ſubdi admonenti fecit. Et ſi uiderit multum minus eſſe ad annum remiſſionis, & ad correctionem, uidelicet deſinitæ ei pœnitentiæ, magis operetur uirtutes, & laborioſam lucratur pœnitentiam. Si autem hoc ruruſus parum operatus fuit: ſi non per uirtutes, per lachrymas autē, & ſuſpiria, & ſimilia, illis remedia peragere neceſſe habet. Confirmans autem, quod dictum eſt, ſecundum LXX. inferit: Quia mercenarius anno ex anno cum eo eſt, non affliges eum in labore, in conſpectu tuo. Ad illum reſpiciens mercenarium, quorum hic quidem per unam horam, ille autem per tres, forſitan alter aliquando amplius mercedem operis accepit. Neque enim iniuſtus erat, qui conduxit, ſed ſicut iuſtus, non ſolum ad tempus operantium, ſed & ad opera reſpexit, ſic metieris ei, qui uult per actiones bonas ſemetipſum, & perfectiones redimere, ut annū ex anno ſit cum eo, redemptionis propriæ pecunia, in momento, aut per multos annos, aut per paucos uirtutem operandi redemptioni ſimilem. Et non affliges eum in labore in conſpectu tuo.) Quid autem hoc eſt? Ut eum, qui per uirtutem peccatum reſpuit, non ei ſuperimponas diſtrictæ pœnitentiæ pondus. Semel enim ſemetipſum operibus bonis redemit. Ergo nimis recte ſubdidit, quæ ſequuntur. Quod ſi per hæc redimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis ſuis.) Qui autem æqualibus peccato uirtutibus ſemetipſum non redemit, in anno iubilei, ſiue remiſſionis, id eſt in perfecta & diſtricta pœnitentia, quemadmodum frequenter diximus, & ipſum redimi præcepit, ſed & bona opera, quæ prius quàm peccaſſet, egit, quæ filij uniuiſcuiuſque noſtrum ſunt. Si autem uis cognoſcere, quæ ſit perfecta pœnitentia, Niniuitas intende, qui prædicauerunt ieiunium, & induti ſunt ſacco, à maiore uſque ad paruum eorum. Et exclamauerunt ad deum intente, & cum toto animo, & auerterunt ſe unusquiſque à uia ſua mala, & ab iniuſtitia, quæ in manibus eorum erat. Sic enim deus eorum pœnitentiam ſuſcepit, ut propheta ſubderet: Miſertus eſt deus ſuper malitiam, quam loquutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. Et quæ eſt cauſa, quæ pœnitentiam delere peccata faciat, & facit mundam pœnitenti profligari redemptionem, ita ut nec opus habeat alium iam admonentem, neque ſub iugo alterius agere doctrinæ? Mei ſunt enim ſerui filij Iſraël, quos eduxi de terra Aegypti.) Quomodo autem eos eduxit? ſuſpirantes uidelicet, ſicut liber nobis Exodi demonſtrauit: Per multum temporis mortuus eſt rex Aegypti, & ingemiſcentes filij Iſraël propter opera, uociferati ſunt, aſcenditq; clamor eorum ad deum. Qui ergo tunc populi ſuſpiriū ſuſcepit, liberauitq; eos à ſeruitute Aegyptia, ipſe & nunc unumqueniſq; in pœnitentia

Pecuniam corrogare qua res dimamur.

Matth. 20.

Deus in ſolueda mercede nō tempus tātum, ſed & opera inſpicit.

Exemplū pœnitentiæ petendū à Niniuitis.

Ione 3.

Exo. 2.

Ctia suspirantem liberat, & ab intelligibili Aegypto redimet. Dicit ad nos: Ego dominus deus uester, qui illa egi, & hæc præcepí.

CAPVT XXVI.



Non facietis uobis idolū, & sculptile, nec titulos erigētis, nec insignem lapidem ponētis in terra uestra, ut adoretis eum, ego enim sum dominus deus uester. Custodite sabbata mea, & pauete sanctuarium meum. Ego dominus.) Non solum nobis, quomodo peccantes libertatē habeamus, nec aliorum doctrina, aut exhortatione egeamus, lex mandat, ut propheticū illud nobis impleretur uerbū: Et non docebit unusquisq; proximū suū, & unusquisq; fratrem suū, dicens: Cognosce dominum: quia omnes scient me, à minore usq; ad maiorem eorū, quia propicius ero iniquitatibus eorū, & peccatorum illorum iam non recordabor amplius. Quomodo autem hoc erit, si nō solum ab aperto idolorum cultu, quē prohibet legis litera, sed & ab occulto abstinemus? de quo Paulus dicebat: Radix omnium malorū auaritia, quæ est idolorum seruitus: quemadmodum nobis etiam nunc legis spiritus abstinentiam mandat. Et non faciemus nobis idolum, & sculptile, siue ut LXX. manufactile, domos ædificantes, & agros aliquos possidentes, nec sculptile in eis figurantes, nostrā quodammodo atterentes amore eorum mentem. Nec titulos nobis, siue statuā in his erigamus, uolentes per eam memoriā nostrā extendere in futuras generationes: sed nec lapidem insignem erigamus, auri, uerbi gratia, aut argenti cumulū, aut lapidum, qui uidentur esse preciosi lapides, etiam hi de terra æquales albis lapidibus sunt, etsi auarorum uisus in his, quemadmodum paganorum in idolis, seducuntur: propter quod & insignis lapis dictus est. Nos autem nihil tale patiamur, nec insignis nobis lapis efficiantur diuitiæ, ut secundū intentionem earum uiuamus, secundū intellectū LXX. interpretum. Et non quæcunq; præceperint, faciamus, & desiderijs earum seruiamus, adoremusq; eas, & colamus in conseruando eas. Custodiamus autē & sabbata, ab omni alio malo abstinentiam, uacationemq; studentes, & agentes, ut operibus præsentis mūdi careamus, atq; ab eis quiescamus. Hoc enim intelligibile, & uerum sabbatum est, quod non populi est ingrati, sed ipsius dei, quemadmodum in Esaia dicebat: Beatus uir qui fecit hoc, & filius hominis, qui apprehendit istud, custodiens sabbatū ne polluat illud. Vnde distinguere ab illis uolebat, de quibus in initio prophetiæ dicebat: Neomenias, & sabbatum, & festiuitates alias non feram. Quod autem dei est sabbatum, aut quomodo illud quis profanare nō potest, subinfert: Quiescite agere peruerse. Ergo à malis abstinere, sabbati est impletio. Sed & sanctuariū eius pauemus, sanctimoniā studentes, id est castitatem & pudicitiam: hæc enim est uitæ perfectæ, & consummatæ capitulum, siue summa. Propter quod hoc etiam nouissimum posuit, tunc dicit ad nos deus: Ego dominus deus

IDOLA.

Hier. 31.

Idolorum cultus duplex.

1. Timoth. 6.

Statuas erigere memoria causa.

Sabbata obseruare.

Esa. 56.

Esa. 1.

Sanctuariū reuerēter adire.

A deus uester, qui sum quidem sanctus, sed & in sanctis requiesco, interimens & disperdens omnes, qui tabernaculū meum polluerint, & templum meū pollutionibus uoluptatum uiolauerint, quod testatur Paulus dicēs: Si quis templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. Propter quod sanctuarium eius pauemus, ut nec corpus nostrum polluamus, neque ad corpus Christi, in quo est omnis sanctificatio, in ipso enim omnis plenitudo inhabitat diuinitatis, sine subtili dijudicatione nostri, temere accedamus, sed prius nosmetipsos probemus, reminiscētes eius, qui dixit: Quicumque comederit panem, aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis domini. Probet autem semetipsum homo, & sic de pane comedat, & de calice bibat. Qualem probationem dicit? Id est, ut in corde mundo, atq; conscientia, & pœnitentiam eorum, quæ olim deliquit intendenti, participetur sanctis, ad ablutionem peccatorum suorum.

1. Corinth. 3.

1. Corinth. 11.
Probet semetipsum homo.

Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo uobis pluuiam in temporibus suis, & terra gignet fructum suum, & pomis arbores replebuntur, & apprehendet messium tritura uindemiam, & uindemia occupabit semetem. Et comedetis panem uestrum in saturitatem, & absq; pauore habitabitis in terra uestra. Dabo pacem in finibus uestris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias, & gladius non transibit terminos uestros. Persequemini inimicos uestros, & corruent coram uobis. Persequentur quinq; de uestris centum alienos, & centum ex uobis decem millia. Cadent inimici uestri in conspectu uestro gladio. Respiciam uos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum uobiscum. Comedetis uetustissima ueterū, & uetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio uestri, & non abijciet uos anima mea. Ambulabo inter uos, & ero uester deus, uosq; eritis populus meus. Ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegyptiorum, ne seruiretis eis: & qui confregi catenas ceruicum uestrorum, ut incederetis erecti. Hæc sensibiliter suscepit Iudæorum populus: ut pote paruā habens spem futuri, & non satis in intelligibilibus suspensus bonis. Erat enim totus ad uentrem, & ad carnale ocium intentus, ita ut in præfenti uita, ea quæ ad uoluptatem pertinebant, etiamsi nimis essent despecta, & minima, pro illis, quæ parum laboriosa erāt, sed multū maiora, eligeret, & propterea quæreret Aegyptios pepones, cæpas, & allia, quoniā in promptu erant ad exatiandos eos, & sine labore aderant. Nos autem, si mandatis dei intendimus, dicentes sicut Dauid: Viam iustificationum tuarum in sinu mihi. & rursus: Deduc me in semita mandatorum tuorum: & custodierimus mandata eius, nihil eorum corrumpentes, neq; secundum nostrā intentionem, sed secundum eius, & quæ eius sunt, agentes: hoc enim est proprie eius custodire mādata: intelligibiliter expectemus unumquodq; eorū, quæ prædicta sunt. Quia autem à Iudæis inueniemus omnimodo hæc se-

Iud. ei præcepta dei interpretabantur, ut uentri erat commodum.

Psal. 118.

Custodire mandata quid sit.

Cundum literam impleta: multi enim dei prophetæ, custodientes eius mandata, & in præceptis eius ambulantes, in multa fuerunt afflictione constituti, nec panem suum cum satietate, sed cum egestate comederunt, quemadmodum Ezechiel, cui ab ipso hoc deo præceptum est. Sed & Paulus eos, qui in lege, & prophetis iustificati sunt, exponens dicebat: Circuierunt in me-
Mandatorum dei obseruatores multis semper malis obnoxij.
Hebr. 11. lotis, in pellibus caprinis, humiliati, afflicti, quibus dignus non erat mun-
Triginta benedictiones obseruantium mandata dei.
Triginta annorum Christus baptisatur.
Eph. 4. dus. Illud autem magis intendere in his, quæ dicta sunt, oportet: quia custo-
 dientibus dei mandata, triginta benedictiones in præsentia lex posuit. Sic enim eas numero inuenies, unamquancq; benedictionem ab alia per coniunctio-
 nem, in secundum LXX. æditione discernens: quia tot annorum existens do-
 minus, de quo ait Paulus: Ut occurramus omnes in uirum perfectum, in men-
 suram ætatis plenitudinis Christi: uenit ad baptismum: quatenus donatio-
 nis perfectionem, per ætatē, quam agens baptizatus est, nunciaret, & osten-
 deret: & sic perfectus secundum tempus factus, prædicare euangelium cœ-
 pit: in quo omnis est uitæ & donationis plenitudo, & conuersationis, retri-
 butionisq;. Quæ hic significauit, ait enim: Et dabo uobis pluuiam in tempo-
 ribus suis. Dicit autem uerbum dei, utpote descendentem de cœlo gratiæ,
Deut. 32. de quo Moyses sic dixit: Attende cœlum, & loquar, & audiat terra uerba ex-
Pluuiam suo tempore accipere, bonitatis dei argumētum est.
Esa. 5. ore meo, expectetur sicut pluuiam eloquium meum. Hoc non qualecunq; bo-
 num est, in tempore suo percipere, sed manifesta est dei bonitatis ostensio,
 quemadmodum non accipere auersationis est. Propter quod deus irascens
 populo Iudæorum, per Esaiam prophetam minatus est, dicens: Et relin-
 quam uineam meam, & non putabitur, nec fodietur, & ascendent in eam, si-
 cut in agro inculto, spinæ, & nubibus mandabo, ne pluant super eam plui-
 am. Quid enim nobis ex accipiēda pluuiam in tempore suo proficit? Et terra gi-
 gnet fructum suum. Id est corpus nostrum: huius enim doni fructus sunt, ca-
 stitas, sobrietas, abstinentia. Et pomis arbores replebuntur. siue ut LXX. Li-
 gna campi dabunt fructum suum. Ligna autem campi, sunt animæ motus,
 utpote qui sunt motibus intelligibilis nostræ terræ, uidelicet carne subli-
 miores. Horum ergo fructus, ueritas, iustitia, mansuetudo, compassio, &
 his similia: propter quod consequenter subiungens, addidit: Apprehendet
 messium tritura uindemiā, et uindemia occupabit semetē. Quia enim tritura ter-
 ræ colligit fructus, uindemia arborum, recte fructus corporis aut fructus ani-
 mæ comprehendere, siue occupare dicimus: quia hoc quidem maximæ benedi-
 ctionis est, uno eodemq; tempore stabilem & fecundum corpus, atq; animam
 in uirtutibus possidere. Comprehendit autem, siue occupauit uindemia se-
 mentem: congregans enim anima uirtutes suas, mox alias desiderat, usq;
 dum illas attigerit diuitias, ad quas Paulus festinauit, & propterea dicebat:
Philip. 3. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse, unum autem, quæ quidem re-
 tro sunt oblitus, in his autem quæ priora sunt extentus, secundum inten-
 tionem sequor ad palmam supernæ uocationis Christi. Propter quod & bo-
 num

A num sequitur semen, plenū salutaribus actionibus, ut bene conueniat quod
 • sequitur: Et comedetis panem uestrū in saturitate.) Si enim panis noster
 uirtus est, de qua dominus dicebat: Operamini nō cibum qui perit, sed qui
 permanet in uitam æternam; hic illum ad satietatem comedet, id est opera-
 tur, qui in perpetuo eius appetitum habet. Et absq; pauore habitabit in ter-
 ra uestra. Dabo pacem in sinibus uestris.) Vel secundū LXX. & bellum nō
 pertransibit terram uestram. quod nostra translatio paulò post dicit: Gla-
 dius nō transibit terminos uestros, & dabo pacem in terra uestra.) Si enim
 corpus stabile fuerit, & anima fructificat, securi in terra nostra habitabimus
 quia caro nō concupiscit contra spiritum; unde nec bellum per terrā tran-
 sibat. Neq; enim habebit tempus in resurrectione concupiscentiarū, de qui-
 bus ait Iacobus: Vnde bella, & lites in uobis: Nōne hinc ex concupiscen-
 tijs uestris, quæ militant in membris uestris? Quibus destructis, pax in ter-
 ra uestra lege dei refrenata profligat. Et dormietis inquit:) In retributionis
 autem specie, etiam hoc scriptura sacra posuit: Dormitio enim, utpote re-
 quies, mors sanctorum dicitur: iniquorum autem non est ita, cui testis est
 Ecclesiastes. Saturitas autem diuitis non sinit dormire eum. Propter quod
 nunc consequenter addidit: Et non est qui exterreat.) Qui enim sic uixit,
 quemadmodum in superioribus dictum est, non habebit qui eum terreat
B tempore mortis, quæ nobis dormitio est, propter spem mortuorum resur-
 rectionis. Non habebit autem qui exterreat, nihil sibi conscius, de quo ter-
 reatur. Auferam malas bestias.) Videlicet dæmones: Bestiæ enim sunt ex si-
 mili malitia, primum sicut latentes, deinde ut uenenum importabile, & mor-
 tiferū habentes. Persequemini inimicos uestros.) Non possunt enim ante fa-
 ciem eorum, qui secundum legem uiuunt, stare. Et corruent coram uobis.)
 Qua morte? Quæ est utiq; per ieiuniū, & orationē. Hoc em̄ modo nostri in-
 telligibiles inimici dæmones interimuntur, ut nequaquam ultra contra nos
 possint reuiuiscere. Vnde & dominus apostolis inquirentibus, cur mutum
 & surdum dæmonium eiicere minime potuissent, respondit: Hoc enim ge-
 nus non eiicitur, nisi per ieiunium & orationem. Persequentur quinque de
 uobis centum alienos.) siue ut LXX. expellent quinquaginta, centum quin-
 quaginta. Dicimus esse spiritalem hominem, quia die Pentecostes spiritus
 de cælo descendit. Ergo spiritualis ille qualis sit, Paulus dicebat: Spiritalis au-
 tem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur: id est, qui sciētiam perfectā ha-
 bet, ad subtilem eorū, quæ agenda sunt, discretionē, hic quamuis ualidum
 dæmonem, uerbi gratia, qui est ex eis supra centum, & qui legio appellatur
 propter multitudinem obedientiū ei malorum spirituum, & cooperantiū,
 ualet superare atq; uincere. Et centū ex uobis, decem millia.) Qui enim non
 solum scientiam habet subtile, sed & uitam perfectam, atq; consummatam,
 hic duplex quodāmodo spiritualis est, & propterea centenario numero
 honorandus est, sicut duplicem fructum ferens in spiritu, atq; perfectum,

Ioan. 6.
Ad satietatem
comedere panem.

Gala. 5.

Iaco. 4.

Eccēs. 5.

Dormitio pro
morte propter
resurrectionē.
Mala bestia
dæmones.

Mors hostium

Matth. 17.

1. Corinth. 2.

Luc. 8.

Centenarius
numerus.

C & quo maiorem Christus non dicit, sed frequenter bonam terram insinuās dicebat: Affert fructum tricesimum, & sexagesimum, & centesimum. Hic ergo millia hostium subiicere, omnes uidelicet contrarias uirtutes, utpote qui uirtutum habet perfectionem, potest. Quo modo autem, subiicit:

Mille hostes
 " In uerbo utique dei, ait enim: Et cadent inimici uestri in conspectu uestro gladio.) Illum dicens, quem Paulum sic scribens, exposuit. Quū enim prius dixisset inimicorum millia, id est: Non est uobis conuictio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiae in caelestibus: subinfert, Propterea accipite armaturam dei: quam singulatim dinumerans, ait: Et gladium spiritus, quod est uerbum dei. Respiciam uos.) Quid est enim melius, quā respiciā deo, cuius respectus salus est, auersatio autem mors est: Et crescere faciā, et multiplicabimini.) Auget nos quidē, quū parua bona quae agimus, maxima facit apparere: Multiplicat autem, pauca crescere faciens in multis. An non augens nostras uirtutes, & magnificans, dicebat: Quandiu fecistis uni de minimis his, mihi fecistis: Et multiplicans rursus, Paulum scribere faciebat: Non enim occides, non adulterabis, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, hoc uerbo restauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum: multa mandata efficiens hoc unum mandatum, ut nos assequentes illud, diuites efficiamur. Nihil ergo opportuna sunt quae sequuntur: Firmabo pactum meum uobiscum.) Ea quidem sunt praedicta: per retributiones autem illud firmat, quod manifestant quae sequuntur. Comedetis uetustissima ueterum,) si ue, ut LXX. uetera ueterum, id est, quae uobis per legem, & prophetas promissa sunt, & quae per patriarchas, in eorum benedictionibus promissit. Et uetera nouis superuenientibus projicietis.) Quae sunt noua: Euangelia uidelicet: nam quum maxima sint ea quae sunt per patriarchas, legem, & prophetas pollicita, tamen per euangelium promissa maiora sunt, propter quod, horum comparatione illa nobis superflua iudicantur. Ecce ergo capitulum, quod totam benedictionem confirmat, infert: id est, quae per euangelicam acta sunt, & impleta gratiam. Ponam tabernaculum meum in medio uestri.) Vel sicut LXX. Constituam testamentum meum uobiscum. Quod est hoc: In quo noua promissit, cuius sic propheta Hieremias memoriā facit: Et constituā uobis testamentū nouū, nō secundum testamentū, quod disposui patribus uestris. His em̄ cōiuncta sunt & quae sequuntur maxime: Et nō abominabit̄ anima mea uos. Ambulabo inter uos, & ero uester deus, uosq; eritis populus meus.) Aperte etiā haec à praedicto propheta, sicut LXX. additio cōtinet, scripta sunt: Hic deus uester, nō reputabit̄ alius ad eū. Post haec in terris uisus est, & cū hominibus conuersatus est: qd' nō egisset, si nos auersaret. Nō ergo nos abominatus est, sed & inambu

lare

Mille hostes

Ephes. 6.

Respiciere quādo dicatur nos deus.

Auget bona nostra deus.

Matth. 25.

Multiplicare.

Gala. 5.

Comedere uetera ueterum.

Hiere. 31.

A Iare in nobis per carnē uoluit, & fieri noster deus, quū esset prius, sed igno-
 tus: quia nos errori coniuncti eramus. Ex quo autem nos proprio emit san-
 guine, deus noster factus est, & nos plebem suam fecit. Et quis est qui hæc
 fecit? Ego dominus deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti, ne ser-
 uiretis eis.) Quod si uis cognoscere, hæc Exodi uerba per euangelij or-
 dinem discute. Dixit ergo dominus ad Moysen: Vidi afflictionem populi
 mei in Aegypto, clamorē eius audiui, propter duritiā eorū, qui præfunt ope-
 ribus; & sciens dolorem eius, descendi liberare eos de manibus Aegyptio-
 rum, & educere de terra illa in terram bonam & speciosam, quæ fluit lacte
 & melle. Et quis sit qui introducit in promissionis terram, ipse deus, qui hæc
 Moysi, ostendit: Ecce ego mitto angelum meum qui præcedat te, & custo-
 diat te in uia, & introducat ad locum quem paraui. Angelum filium appel-
 lans, quia uoluntatem nobis patris annunciauit, de quo ait Esaias: Puer na-
 tus est nobis, filius datus est nobis, cuius principatus super humeros eius, et
 appellabitur nomen eius magni consilij angelus, admirabilis, consiliarius,
 deus fortis. Quomodo enim quū promiserit deus per ea, quæ superius di-
 cta sunt, introducere populū in terram, angelus hoc facere, & non ipse qui
 promisit, poterat? Quis autem, & qui descendit, ipse nobis dicens hæc ad
 Nicodemum ostendit: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœ-
 lo, filius hominis qui est in cœlo. Atqui necdum in cœlū cum carne ascen-
 derat, necdum enim assumptus erat: sed descensionem & ascensionem pri-
 stinam dicit, de qua, sicut diximus, Moysi loquutus est: Vidi afflictionem
 populi mei, & descendi liberare eos de manibus Aegyptiorū. Hic ergo no-
 bis & ea, quæ sequuntur, dedit. Qui cōfregi catenas ceruicum uestrarū.)
 tam peccati quàm legis literæ: Ut incederetis erecti.) id est, cū cōfidentia,
 quia uirtutes nobis sine aliqua hæsitatione operari dedit.
 Quod si non audieritis me, nec feceritis mandata mea, si spreueritis leges
 meas, & iudicia mea contempseritis, ut non faciatis ea quæ à me constituta
 sunt, & ad irritum perducatis pactum meum, ego quoq; hæc faciam uobis:
 Visitabo uos uelociter in egestate & ardore, qui conficiat oculos uestros,
 & consumat animas. Frustra seretis semen, quod ab hostibus deuorabitur.
 Ponam faciem meam contra uos, & corruetis corā hostibus uestris, & sub-
 iiciemini ijs qui oderunt uos. Fugietis nemine persequēte.) Quæ bona eos,
 qui obediunt dei mandatis, expectant, sufficienter lex superius dixit. Quæ
 autem euenire transgredientibus comminata est, ea quæ nunc sanciantur,
 ostendunt. Quorum quando ad literam singula discutimus, inuenimus po-
 pulum Iudæorum, horum passum quædam secundum literam, omnia autē
 secundum spiritum. Quod si nō audieritis me, nec feceritis mandata mea,
 si spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, ut non faciatis ea
 quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactū meum.) Qui nō
 audiunt mandatum dei, & qui iudicia contemnunt: nisi qui traditiones se-

Exodi 3.

Exodi 23.

Angelus in Exo
 xodo filiū dei
 figurat.
 Esa. 9.

Ioan. 3.

Cap. XXVI. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C niorum intendētes, & legislatoris intentionem transgrediētes, ad hoc quod
Marci 7. eis uidebatur legem exponebant, qui dicebant, sicut ait dominus: Quicūq;
dixerit patri aut matri, donum, quodcūq; ex me tibi proderit, & nō hono-
rificabit patrem suum, & matrem suam: id est, quicūq; dixerit parētibus,
uota sunt deo ea, quæ habeo, ipsi enim ea munus & oblationem obtuli, eos,
qui generauerunt, honorare non cogitur. Qui sunt, qui non eius omnia fa-
Matth. 23. ciunt mandata: nisi qui anetum & cyminum decimant & mentam, relin-
quunt autem iudicium, & misericordiam, & fidem, quū deus eis per pro-
Mich. 6. phetam dicat: Indicabo tibi o homo, quid dominus quærat à te, utiq; facere
iudicium, & diligere misericordiā, & sollicitū ambulare cum deo tuo. Pro-
pter quod dominus ad eos, utpote nō omnia implentes legis præcepta, sed
quæ eius sunt grauiā relinquentes, & quæ minima agentes, dicebat: Hæc
oportebat facere, & illa non omittere. Sed & mandata dei illi proprie trans-
grediuntur, & eis maxime inobedientes sunt, quia exteriorem faciē corū,
non autem intentionem dei conseruant. Planius ergo Aquila & Theodo-
tion, & Symmachus ædidisse inueniuntur. Nam ille quidem ait, Si consti-
Subtilitates. tuta mea reprobaueritis: illi autem, Si subtilitates meas, id est, agri uiam re-
nueritis. Dogmata autem dei, & subtilitatem, quæ in spiritali mandatorum
intellectu erat, transgrediuntur, quia nouo testamento concordat, infirma
D re euangelicam gratiam per hoc uolentes, quod eos arguens, ait: Et ad ir-
ritum perducatis pactum meum.) Quid ergo pro hoc minatus est? Nimis
enim similis poena est præuicationi eorū. Ego quoq; hæc faciā uobis,)
Egestas euan- Quomodo? Visitabo uos uelociter in egestate.) Nimis em̄ egestes eos do-
gelici uerbi. minus per uerbum suum fecit, intantū ut adinuicem dicerent: Durus est ser-
Ioan. 6. mo hic, quis potest eum audire? Sicut ergo sponte legis intellectum transgre-
diebantur, ut euangelicum testamentum in irritum deducerent, quod illinc
habebat exordium, sic eis & ipse obscura uerba dicebat, & difficilē suorum
dogmatum faciebat comprehensionem. Sed iam quæ sequuntur agnosce:
) Et ardore qui conficiat oculos uestros.) Siue secundum LXX. Scabiam, &
Scabies. morbū regiū cōsumētes oculos uestros, obfirmabo super uos. Scabies autē
morbū est corporis, sed manifestus, in superficie carnis & corio eius decur-
Morbus re- rēs. Morbus autē regius, id est, *in regōs*, fit quidem ex accensione. Manifestus
gius. autem hic est, in superficie carnis, & pellis decurrens, & multo magis oculis
insidens. Latēre autem morborum neuter potest. Tales erant animarū Iu-
daicarum morbi, manifesti & mali, & nequaquam ultra latentes. Aemu-
lantes enim domini uerba & miracula, non iam morbos suos absconde-
Ioan. 11. re poterant: sed clamabant palām atque prædicabant: Quid faciemus, quia
hic homo multa signa facit? Si omitterimus eum sic, ueniēt Romani, & tollūt
nostrū & locum & gentem. Ergo non quia legi aut prophetis contraria do-
cebat, nam nimis eis cōsona docuit, sed sui amoris causa, suiq; causa negocij,
sermonibus eius nō obediebant. Hoc ergo percussi morbo, oculos suos cō-
ficiēbant,

A ficiebant, & animas consumebant, nō solū exardescerent furore, & inuidiā
 corrupti, sed ut semel infirmati mente, & cogitationes nō nimis sanas ad di-
 scretionem factorum, dictorumue habentes in dominicis uerbis & mira-
 culis, interiores suos oculos conficiebant, & animam cōsumebant, ita ut ad
 eum clamarent: Usquequò animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic *Ioan. 10.*
 nobis palàm. Quod utique animæ infidelitatis consumptioni subiacentes
 erant. Sed & Ioannes hæc de eis dicit: Propterea nō poterāt credere. Quia
 rursus dicit Esaias: Cæca cor populi huius, & aures eius aggraua, nequando *Esaiæ 6.*
 oculis suis uideant, & auribus audiant, & corde intelligant. Cernis, quia
 quemadmodum fecerunt ipsi, sic & Christus eis fecit. Quia enim eius irritū
 facere pactum, siue testamentū studuerūt, recte eorum oculos & cor excæ-
 cavit, & ardorem siue *ἡσθησῶν* conficientem oculos eorum, & animas con-
 sumentē eis dedit. Sed quid n̄s addidit? Frustra sementē seretis, quæ ab ho-
 stibus deuorabitur. Frustra em̄ illis prophetarū & legis proferūt semina,
 & doctorales illinc seminant sermones, nō habentes terram fertilem ad in-
 telligibilem dogmatum fructum: unde nec cibo eorum fruuntur, sed deuo-
 rant ea aduersarij eorum, qui in Christo credunt, quos ipsi sibi per infideli-
 tatem & inuidiam cōtrarios fecerunt. Et ponam faciē meam contra uos.)
 Secundum propheticam illam uocē: Vultus autem domini super facientes *Psal. 33.*
 mala, ut perdat de terra memoriam eorū. Et corruetis coram hostibus ue-
 stris. Gentiles enim, quos inimicos sibi iudicant, coram eis cadūt, in salute
 eorum offendentes. Vnde Symmachus, pro cadetis, offendetis, ait, ante ini-
 micos uestros. Quod autē aliud addidit? Persequētur uos, odio habentes
 uos, & fugietis nullo persequente. Hic quodammodo contrariū esse uidet̄ *Fugere nullo*
 quod dicitur: Si enim ab hostibus persequutionē patiuntur, quomodo nul- *persequente.*
 lo persequente fugiunt? Sed, persequentur uos, non ad expellendum legis-
 lator accepit: sed quia currendo imminerent, ad salutem eorum festinantes.
 Vnde, persequētur uos, in seruitutem redigent uos, Symmachus: erudiunt
 à uobis, Theodotion ædidit. Talē nobis & Paulus persequutionē demon-
 strat: Sequar autem, si comprehendam, in quo & comprehensus sum. Gen- *Phil. 3.*
 tes ergo, & sicut Dauid de Iudæis dicūt: Nōne qui te oderūt deus, oderam *Psal. 138.*
 illos? Veruntamen eorum instat saluti, festinatq; & orat: scit em̄ quia assum- *Rom. 11.*
 ptio earum, sicut ait Paulus, uita est ex mortuis, & plenitudo earum, salus
 mundi. Hi autem fugiunt nullo persequente. Non enim, quemadmodū illi,
 nostræ saluti inuident, sic & nos illorū: unde eos nec persequimur, nec quū
 nos auersantur, auersamur: sed implemus quod Esaias propheta dixit: *Esai. 66.*
 Dicite odientibus uos fratribus uestris, & abominantibus, ut nomen domini
 glorificetur, & uideatur in exultatione eorum, & illi erubescant.

Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones uestras septuplū
 propter peccata uestra, & conteram duritiā superbiæ uestræ, daboq; cœlū
 uobis desuper sicut ferrum, & terram æneam. Consumetur incassum labor

Cap. XXVI. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C uester. Non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si am-
 „ bulaueritis ex aduerso mihi, nec uolueritis audire me, addā plagas uestras
 „ usq; septuplum propter peccata uestra: emittamq; in uos malas bestias agri,
 „ quæ consumant & uos & pecora uestra, & ad paucitatē cuncta redigant,
 „ desertæq; fiant uia uestra. Quod si nec sic uolueritis recipere disciplinam,
 „ sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra uos aduersus ince-
 „ dam, & percutiam uos septies propter peccata uestra, inducamque super
 „ uos gladium ultorem foederis mei. Quumq; cōfugeritis ad urbes, mittā pe-
 „ stilentiam in medio uestri, & trademini hostium manibus: postquā con-
 „ fregero baculum panis uestri, ita ut decem mulieres in clibano coquent pa-
 „ nes, & reddent eos ad pondus, & comedetis, & non saturabimini.) Tali-
 „ bus distinctionibus non frustra legislator usus est, nam nunc quidem ait:
 „ Sin autem nec sic obedieritis mihi.) Deinde quasdam correptiones denu-
 „ merans, subinfert: Si ambulaueritis ex aduerso mihi.) Et rursus alias pla-
 „ gas exponens, addidit: Quod si nec sic uolueritis recipere disciplinam, sed
 „ ambulaueritis ex aduerso mihi.) Sed ideo, ut diximus, his distinctionibus
 „ usus est, quia frequenter Christus suscipere populum Iudæorum uoluit,
 „ illi autem non obediebant, ita ut ad eos clamaret: Hierusalem Hierusalem,
 „ quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties uolui
 „ congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, &
 „ noluisti? Illud ergo maxime in his quæ dicta sunt, attendamus, quia quum
 „ septem correptiones cōminatus fuerit, sic eas subdidit: Contritionem ergo
 „ duritiæ superbiæ, & dationem coeli ferrei, & terræ æneæ, & incassum eo-
 „ rum consumi laborem, & terram non proferre germen, nec arbores po-
 „ ma præbere minatus est. Hæc autem sex sunt, non septem: hoc idem autem
 „ inuenies, & reliquas correptiones percurrens. Ergo per hoc manifestum
 „ est, quia septenarius numerus, totius præsentis uitæ figura est, & signum
 „ est, quæ per septenarium numerum uoluitur. Et quia septem eis corre-
 „ ptiones siue uindictas uel plagas inferre, omnimodam pœnam, & integram
 „ uindictā, utpote nō uenialia, nec pœnitentia digna peccantibus minatus est,
 „ ita ut finem in eis illud acciperet propheticum eloquium: Quid cogitatis
 „ contra dominum? Consummationem ipse faciet, non consurget duplex tri-
 „ bulatio, quia sicut spinæ seinuicem complectuntur, sic conuiuium illorum
 „ pariter potantium, consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exhibit,
 „ cogitans contra dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem.
 „ A quo autem cogitatio contra dominum egressa est, mala cogitans, & con-
 „ traria præceptis eius, nisi populo Iudæorum: de quo Esaias dicebat: Væ il-
 „ lis, quia consilium cogitant malum, contra semetipsos dicentes: Circumue-
 „ niamus iustum, quia inutilis est nobis. Fructus ergo laborum suorum man-
 „ ducabunt. Intende enim ordinem, quo utitur legislator ad comminationē.
 „ Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones uestras septuplum
 „ propter

Matth. 23.

Plage Iudæis
 à deo cōmina-
 te.

Septenarius
 numerus figu-
 ra totius uitæ
 præsentis.

Naum 1.

Sapient. 2.

propter peccata uestra.) LXX. autem adiderunt: Si usque ad hoc non audieritis me: usque ad hoc quod praecedentia ostenderunt, ubi aegrestate ardeamus remque dixit. Quae quomodo oporteat accipi, in praecedentibus exposuimus. Si ergo usque ad hoc inobedientes fuerint, ut nec ex his quae dicta sunt, emendentur, septies illos dixit corripere, id est, perfectam correptionem in peccatis eorum euenire. Quibus autem, non dicit, ut eorum peccata hoc ipso, quod non emendati sunt, ex praedictis intelligamus. Et quid addidit?

Et conteram duritiam superbiae uestrae.) Non uoluerunt eam Christi libertatem suscipere, dicentes: Semen Abrahae sumus, & nulli seruiuimus unquam. Hanc eorum duritiam superbiae contriuit, seruire eos gentibus faciens. Dabo coelum uobis desuper sicut ferrum.) Nullam ergo ex eo uisitacionem penitus sunt adepti. Et terram aeneam.) Terra enim diuinae scripturae, quam possident, infructuosa eis est, quum non ab eis intelligitur quo oporteat modo, illam aeneam esse dicit. Ad cuius rei ostensionem, addidit: Consumetur incassum labor uester.) Labor enim, quem in diuinis scripturis ostendunt, incumbentes traditioni literae, incassum consumitur, qui plene non possunt lege secundum literam uti, ablato loco, in quo litera omnem diuinum cultum legis conclusit. Nimis enim conuenit quod sequitur: Non dabit terra germen suum, nec arbores poma praebent.) Neque enim exterior eorum homo, qui appellatur terra, fructificat, quia in gastrimargia uiuunt, & de eis dictum est: Quorum deus uenter, & gloria in confusione eorum: Sed nec mentes, quae sunt agri ligna, sicut insertae quidem corpori: sed tamen eo excelsiores fructus deo praebent, quod germinare nos in pietate uult. Si ambulaueritis ex aduerso mihi.) Neque enim recto corde ad deum incedunt. Peruertunt enim eius uiam, legis & prophetarum sensus subuertentes, ut suam inobedientiam per hoc atque praeruaricationem colerent. Propter quod infert: Nec si uolueritis audire me, addam uobis plagas uestras usque ad septuplum propter peccata uestra.) Non iam correptiones, sed plagas, ualidiorum nunc poenam praecedenti, & aequalem eorum iniquitatibus exponens quam hanc. Emit tamque in uos malas bestias agri, quae consumunt uos & pecora uestra, & ad paucitatem cuncta redigant, desertaque fiant uiae uestrae.) Quia enim semet ipsos a dei uia reppulerunt, recte super eos bestias agri, daemones immittunt, dominari eis permitti, qui eos & consumunt. Quicquid enim uident iustitiae agere, deus sibi non imputat, quod demonstrat Paulus, dicens: Iustitiam suam quaerentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti. Et rursus: Israel autem sectando legem iustitiae, in legem iustitiae non peruenit. Necessse est ergo ut eum comedant daemones, qui eorum pecora, id est, pecoribus similes homines, prauum uidelicet populum atque imperium consumunt: siquidem nullus est in illis intellectus, nihil dei seruitio dignum cogitare consueuerunt, sed sicut iumenta in modum freni stultis praepositorum suorum traditionibus ducunt, propter quod sunt daemonum cibi, & ad paucitatem redigunt, tam multitudine quam dignitate.

Ioan. 8.

Scriptura diuina
na Iudeis in-
fructuosa.Homo exteri-
or terra.
Philip. 3.Daemones be-
stiae agri dicitur.
Rom. 8.
Philip. 3.

Cap. XXVI. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

vie deser. te. c Desertæq; eorum fiunt uiaë, quæ nec aquã habent uitæ, nec susceptionem, siue hospitalitatem intelligibilem, nec producentes se, uel quasi ad manũ deducentes, aut custodientes. Quod si nec sic uolueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoq; cõtra uos aduersus incedam.) Aduersa pœna utar, quemadmodum aduersa est legi uestra præuaricatio: quum enim meditari eam uideamini, intentionem eius non seruat: sic & ego aduersam uobis superinducam pœnam, non uos corripiens illis, quibus flagellabã prius, quando mortiferas serpentes, & incendiũ, & terræ hiatus, & similia super uos inducebam: sed alias. Quæ sunt autẽ hæc, sequentia legentes sciemus: Et percutiã uos septies propter peccata uestra.) Prius corripiam, deinde percutiã. Procedens em̄ pœna, utpote cõtra inobedientes, fortior efficitur. Inducamq; super uos gladiũ ultorem fœderis mei.)

Gladius spiritus, uerbũ dei. Gladius spiritus, q̄a uerbũ dei sit, frequenter diximus. Hoc uerbũ in linguis ecclesiæ magistrorũ, uindicat iudiciũ fœderis, siue testamenti euangelici. Conuincit em̄ eos qui nouũ transgrediuntur, nec uetus custodire posse: & uindicatur euangelium, quũ inimici legis ostenduntur, qui euangelij gratiã transgrediuntur. Sed & legislatoris sapientiã obstupescit, quomodo opportune subdit: Quumq; fugeritis ad urbes, mittam pestilentiam in medio uestri.)

Euãgelij quãdo uindicatur. Intelligibiles ciuitates, prophetæ sunt. Manifestum est autem ex quibus deus Hieremiæ dicebat: Ego quippe dedi te hodie ciuitatem munitam. Quemadmodum ergo in ciuitates muratas qui fugit, si amicus est, saluatur: si autem inimicus, facilius perimitur in earũ ambitu circumdatus: sic in propheticis libris, & in eorũ testimonijs, amici fidei confugientes, munitionẽ, salutemq; inueniunt, inimici autem & infideles citò captiui pereunt. Propter quod, quando ad prophetas Iudæi fugiunt, declinantes eum qui est in doctis uiris, spiritalem gladium, pestilentiam ait se mittere in medio eorum. Illic enim moriuntur, etiam nullo arguente, non ualentes cunctis de Christo prophetijs sic apertis repugnare. Et trademini hostium manibus.) uidelicet intelligibilium. Postquã confregero baculum panis uestri.) Rarefcit enim apud eos doctoralis panis, maxime salutaris: quomodo autem?

Ciuitates, prophetæ. Audi quæ sequuntur: Ita ut decem mulieres in uno clibano coquãt panes, & reddãt eos ad pondus, & comedetis, & nõ saturabimini.) Nihil habet Iudæi, quod doctrinã uires habere nutriendi faciat, exceptis decẽ præceptis, quia ueram prophetarũ expositionẽ, utpote cõcordantem saluatoris nostri dispensationi fugiunt. Reliqua autẽ legis nõ sũt intelligibiliter accipere, nec spiritualiter suscipere: sed secundum literam solam, quod stare non potest.

Hierc. 1. Primum, quia locus destructus est, in quo erant sacrificia, & mundationes, & oblationes, & reliqua, quæ pertinent ad seruitutem literæ: deinde multa in eis erunt, non tam studio, quãm risu digna, sicut ea quæ sunt de lepra parietum, trabium, uestium, non arare cum boue & asino, & similia, quæ legalibus traditionibus continentur. Decem autem mandatorum litera clara

Literalis scripturæ expositio, qua sola Iudæi utuntur, non ualet.

A ra clara est, digna ad custodiendum atque operandum, Nec contrarium est sabbati mandatum, quia etsi decem mandatis insertum est, non tamen ex eis est. Si ergo mandatum speciale ponamus: Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis,) perfectum decem mandatorum numerum inueniemus. Dehinc aperte requiem intelligibile significat, in qua nullum opus huius mundi licet nos agere. Hæc ergo sola panem operantur populo Iudæorū, in clibano uno, legali uidelicet, & reddunt eos ad pondus supradictos panes, id est, ad sensibilem distinctionem. Neque ergo dilatant doctrinam sicut euangelium, neque adulterij doctrinā ostendunt ad custodiam, nec respiciendi mulierem, nec homicidij, nec ad irascendum. Vnde nec satiantur Iudæorum panibus, qui ex eis sunt nutriti, arctam quandam doctrinam, nihilque habentem ubertatis, spiritalisque largitatis sumentes.

Sabbati mandatum.

Sin autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis cōtra me, & ego incedam aduersum uos in furore meo contrario, & corripiam uos septem plagis propter peccata uestra, ita ut comedatis carnem filiorum uestrorum, & filiarum uestrarum. Destruam excelsa uestra, & simulachra confringā. Cadetis inter ruinas idolorum uestrorum, et abominabitur uos anima mea, intantum, ut urbes uestras redigam in solitudinē, & deserta faciam sanctuaria uestra, nec recipiam odorem ultra suauissimum, disperdamque terram uestram, & stupebunt super eam inimici uestri, quū habitatores illius fuerint. Vos autē dispergā in gētes, & euaginabo post uos gladiū, eritque terra uestra deserta, & ciuitates dirutæ. Tūc placebūt terræ sabbata sua, cunctis diebus solitudinis suæ, quādo fueritis in terra hostili. Sabbatizabit & quiescet in sabbatis solitudinis suæ, eò quod nō quiescerit in sabbatis uestris, quando habitabatis in ea. Et qui de uobis remanserint, dabo pauorē in cordibus eorū, in regionibus hostiū terrebit uos sonitus folij uolantis, & ita fugiēt quasi gladiū. Cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres, quasi bella fugientes. Nemo uestrum inimicis audebit resistere. Peribitis inter gentes, & hostilis uos terra cōsumet. Quod si & de his aliqui remanserint, tabescēt in iniquitatibus suis, in terra inimicorū suorū, & propter peccata patrum suorū & sua affligentur, donec confiteantur iniquitates suas, & maiorum suorū, quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircuncisa mens eorum. Tunc orabunt pro impietatibus suis, & recordabor foederis mei, quod pepigi cum Iacob, & Isaac, & Abraham: terræ quoque memor ero, quæ quum relicta fuerit ab eis, complacebit sibi in sabbatis suis, patiens solitudinem propter illos. Ipsi uero rogabunt pro peccatis suis, eò quod abiecerant iudicia meā, & leges meas despexerunt. Attamen quum essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neque sic despexi, ut consumerentur, & irritum facerem pactum

Cap. XXVI. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C meum cum eis. Ego enim sum dominus deus eorū, & recordabor foederis
 „ mei pristini, quoniam eduxi eos de terra Aegypti, in conspectu gentium, ut
 „ essem deus eorum. Ego dominus deus. Quia nō solum legislator Moyses,
 „ sed etiā & propheta erat, ipse demonstrauit, de Christo specialiter prophe-
 Deut. 18. tans his uerbis: Prophetam uobis suscitabit dominus de fratribus uestris, si-
 cut me. Bene autem sibi Christi similitudinem custodiuit, quia præter alia,
 in quibus similitudinem eius gerebat, quemadmodum dominus de fine
 mundi dixit, ita & hic ea quæ futura erant populo Iudæorum, in præsentī
 Iudæi multa lege conscripsit. Multas siquidem fuerant captiuitates experti, multaq; fla-
 pertulerunt à gella pertulerant: sed ea quæ nūc per partes dicit, ad illam captiuitatem per-
 Romanis. tinent, quæ propter iniquitatem in Christo commissam, à Romanis depo-
 pulantibus eis cōtiguit. Cognoscis autem, si subtilius nosse uis ea, quæ eis eue-
 Iosephus de nerunt, ex Iosephi historia, in qua eos & filios comedisse, & reliqua præsen-
 bello Iudaico. tium comminationum sustinuisse descripsit, quorum plurima etiam nunc
 nostris ad cernendum adiacent uisibus. Deserta eorum terra, ciuitates de-
 prædatae ab hostibus, desolata prouincia, ipsiq; peregrinantes apud inimi-
 cos suos gentiles, cum metu continuo. Veruntamen quemadmodum non
 solum hoc secundum literam perpeffi sunt, sed ad ipsam considerationē spi-
 D ritus, dupliciter eī peccantes, in legis transgressione, & legislatoris blasphe-
 Pœnae duæ Iu- mia, duplices & pœnas recte patiuntur, quod hoc modo discite: Ambulaue-
 deorum pro- runt cum Christo, ex aduerso subuertētes miracula eius, & de doctrina eius
 pter duo deli- detrahentes: & quū per inuidiā insidiarentur, tanquam contra deum agen-
 eti genera. tem diuini amoris doctorem fallaciter asserbāt. Sed & ipse in ira eis ex ad-
 uerso hoc modo usus est: Quia enim iudicium fuit, & pœna commissæ in
 eo iniquitatis captiuitas, quam sustinuerunt: quam non tamen propter hoc
 Romanos inferre fecit, necdum enim eius uindicabant gloriam: sed quomo-
 do qui eorum imperio resistebāt, quum pridem collatores eorum fuissent,
 tributisq; eorum, et legibus, atq; magistratibus obediētes: sed furorē ex ad-
 uerso exercens aduersus eos deus, superinduxit contra eos iram, ut uindica-
 retur per Romanorum imperium, tanquā ipsius prædicatores extitissent:
 Septem plagæ & corripuit eos septem plagis: secundum peccata eorum, multiplicans eorū
 Iudæorum. pœnas. Et non uno modo uindicauit, quia nec ipsi uno peccauerunt modo:
 sed & carnes filiorum suorum, & filiarum suarum comedent, id est, discipu-
 los suos, quos quasi in filios sibi assumunt, ad eandem doctrinam uerbis cal-
 lidis, animamq; subuertētibus comedentes: Sed & excelsa eorum ad deser-
 tum perduxit, & simulacra confregit. Excelsa quippe eorū principes & do-
 ctiores, quos intendētes, sicut in sublimi constitutos, uel sicut LXX. statuas,
 uitam suam componere debuerunt. Sed quia nihil habebant sanum, neque
 forte, sed infirma omnia, & corruptibilia uirtutis schemata, & imitationis,
 quæ tempore corrumpuntur atq; putrescunt, unde & apud LXX. lignea
 manufacta dicebantur: desolauit ea, arguens eorum uanā hypocrisin: cum
 ipsis

A ipsi autem & populares, qui in eis intendebant. Posuitque cadauera eorum inter ruinas idolorum ipsorum, id est membra populi, & actiones coaceruans super actiones idolorum ipsorum, phariseorum atque scribarum, quibus sicut idolis utebantur, relinquentes deum, & idolorum seductionibus intendentes, propterea ait: Abominabitur uos anima mea. Quæ? quam pro nobis posuit, ut nos de seruitute peccatorum mortis redimeret. Hæc ergo Iudæos abominabitur, atque in perpetuum eos auersatur: quia eius opus, quantum ad eos pertinuit, ad irritum perduxerunt, concessum per eam donum renuentes. Propter quod urbes eorum redigit in solitudinem, fecitque deserta sanctuaria: nullum enim inueniunt de prophetis libris fructum, neque aliquam studere sanctimoniam ualent. Nec recipit odorem suauissimum, nec suscipit eorum orationem, disperditque terram eorum, omne uetus testamentum, non quia ipsum ex toto despoliauit, sed illis desolatum, & inuium fecit: Habitare autem in ea fecit gentes, propter quod ait: Stupebunt super eam inimici uestri, quum habitatores illius fuerint. Gentes siquidem inimicæ sunt Iudæorum, quia illi elegerunt inimicitias habere cum deo, & cum illis quos Paulus inimicos crucis Christi uocat. Habitant autem in Iudæorum terra, in ueteri testamento, & habitantes stupefcunt eum, qui in lege & prophetis talia loquutus est. Qui uitæ illic fundauit exordia, in super ait: Vos autem dispergam in gentes. Non solum sensibili hac dispersione, sed & intelligibili. Quæ sit autem hæc, discite. Et euaginato post uos gladium, eritque terra uestra deserta, & ciuitates diruta. Dei enim uerbum, quod est spiritus gladius, ubique in gentibus decurrens, & omnem terram circundans, consumit Iudæorum filios, & disperdit eos de sanctis dei: ostendens quod nullam cum eis communionem habeant, unde deserta terra & ciuitates, expulsis eis habitatione sua, inueniuntur. Tunc placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ, quando fueritis in terra hostili: sabbatizabit & requiescit in sabbatis solitudinis suæ, eò quod non requieuerit in sabbatis uestris, quando habitabatis in ea. Terram esse intelligibilem scripturam dei, & conuersionem, quæ in eis est, sæpe ostendimus: sed Iudæorum quidem uetus testamentum: gentium autem, quæ inimicæ sunt Iudæis, nouum: quia ergo sabbatum uacationem significat Iudæis, maxime hoc nunc euidenter legislator innuit. Quia nihil nunc inuenient ex lege, & prophetis, quod ipsi facere uolunt, sed destructa eorum penè omnis superficies literæ. Propter quod facti sunt in terra inimicorum suorum, id est in euangelico testamento: facti sunt autem, etsi non sponte, tamen ex necessitate. Ipsi enim & nolentibus, sacrificia, & purificationes azymorum, & tabernaculorum festiuitates, & reliqua cessare fecit, difficultatem patientes, in meditationem eius discedunt. Et hanc uacationem pro sabbato suscepit, & ab eis sacra scriptura, nimis que eis etiam supra priorum sabbatorum uacationem placebit. Cur? Quia non est speciosa laus in Ecc. 15.

Cap. XXVI. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C ore peccatoris. Sed ait: Et qui de uobis remanserint, dabo pauorem in
 cordibus eorum, in regionibus hostium terrebit eos sonitus folij uolant
 tis.) Quotquot enim ex eis relictī sunt, adhuc studentes scripturam sacram,
 pauent in terra inimicorum suorum, in nouo testamento, sicut diximus: ti
 ment enim ex fatuitate, & corde cæcato cōmixtione eius, & cōpletur: Illic
 Psal. 13. trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Propter quod & admirans le
 gislator ait: Terrebit eos sonitus folij uolantis.) Folium legis literam appel
 lans: huius enim eos sonitus persequitur, & timorem nostrum eis indicit:
 quia, uerbi gratia, audiunt custodiendum diem sabbati, uident autem nos
 nihil de eodē mādato despicabile sapere, neq; terrenū, neq; à cultura terræ,
 sed à mala actione uacationem discunt: offendunt in nobis, & commisce
 ri nobis fugiunt. Foliū autē recte legis litera accipitur, quia quemadmodū ar
 borū fructus folijs tegitur, sic sub legis litera absconditur spiritus. Propter qd'
 Hier. 49. nos, de qbus dictū est: Si uindemiatores ingressi fuissent in te, saltem reliquis
 sent racemū tibi: nudamus foliū literæ, ut fructū spiritus inueniamus. Hi autē
 qui hæc ignorant, sicut inimicos nos habēt, & fugiūt nos, sicut qui fugit gla
 diū: Et cadēt nullo sequēte.) Neq; em̄ nos eos persequimur, sed ex sui cordis
 duritia persequutionē patiūtur. Nā uide quid subdidit: Et corruēt singuli
 super fratres suos, quasi bella fugiētes.) Quādo em̄ cū eis loquimur, & legis,
 prophetarūq; testimonia cōtra eos de Christo, euangelicisq; mysterijs pro
 ferimus, coartati hi quidē hoc, illi autem illud dicūt, & unusquisq; super fra
 trem ruit. Infirma enim omnes dicūt, cōsistere propter hoc in alternis nō ua
 lent uerbis, & cōturbātur quasi bella fugientes, nullo sequēte. Nos autē non
 persequimur eos, nec ut noceamus, sed ut iuueamus atq; lucremur eos, disce
 ptamus cū eis. Quid ergo hinc patiuntur? Nemo uestrū inimicis audebit
 resistere, peribitis inter gentes, & hostilis uos terra consumet.) Consumit
 enim eos euangelicū testamentū, totius eorū conterens erroris substantiā.
 Vnde nec resistere inimicis suis, qui saluari per fidē possunt, sed & pereūt
 inter gentes, in lapide angulari offendentes, & nec legis quidem literam res
 spicere uolentes, utpote qui in eam non habent fiduciam. Quod etsi de hi
 aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suo
 rum.) Quicunq; enim ex eis, qui conuersi sunt, remanent, permanentes in
 legis studio, hi propter peccata sua, quæ in terra inimicorum suorū, id est in
 euāgelico testamēto, secundū quod diximus, propter transgressionē eius pe
 reūt: hæc sunt em̄ modis omnibus peccata, quæ in eo cōmittuntur. Et pro
 pter peccata sua, & ppter peccata patrū suorū.) Quia præuaricati sunt, & de
 spexerūt me, ea em̄ quæ nūc eis euenerūt, patrū peccatis ascribūt. Propter
 qd' & tabescēt in eis, pro eis cōfidentes, quia præuaricati sunt deū in tēpori
 bus anterioribus, nō bona hoc mente, sed mala faciētes, ut poenā quæ super
 eos uenit propter iniquitatē, quā in Christo cōmiserūt, molliāt: nam infert,
 Et ambulauerūt ex aduerso mihi. Ambulabo igitur & ego cōtra eos, & in
 ducam

A ducam illos in terram hostilem. Quemadmodum enim illi reputant deum circumuenire, ex aduerso ei ambulantes, & alia pro alijs interpretationibus legis, & prophetarum, quæ confirmant Christi mysterium, dicentes, quod est aduersantium proprium; sic & ipse ambulauit cum eis aduersus, & inducet eos in terram hostilē, id in euangeliū, quod gentibus dedit. Ex quo duobus modis pereunt, primum, quia Iudaicam iustitiam destruit; deinde, quia apud gentes est, quibus æmuli sunt, & contentioso aduersus eas animo saluari non uolunt, ita ut deus per Moysen diceret: Ad æmulationem uos aducam non in gente. Paulus autem: Secundum euangelium quidem inimici propter uos. Rursus: Sicut enim uos quum inimici essetis, reconciliati essetis deo, sic & hi nunc non crediderunt in uestra misericordia. Tunc erubescet incircumcisa mens eorum, & tunc orabunt pro iniquitatibus suis. Siue ut LXX. & peccata sua placita habebunt, id est pœnas quas patiuntur pro peccatis; sic enim quod dictum est in Osee intelleximus: Peccata populi mei comedent. Quid autem hoc est, in subsequētib; manifestauit: Et ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Ergo peccata populi comedere, est pro eis pœnas sustinere, digna que se pati peccatis suis dicunt: et si quædam peccata sua confitentur, quædam tegunt, quæ in CHRISTVM commiserunt. Et recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob & Isaac, & Abraham. Cuius rei gratia non secundum ordinem temporis, & generis Abrahamæ cepit, sed Iacob; uel cur LXX. non dicunt: Testamentum Iacob, & Isaac, & Abraham, sed testamentum Iacob, & testamentum Isaac, & testamentum Abrahamæ? Tria quæadmodum testamēta inuētes, ut legē uidelicet, & prophetas cōmendaret euāgelium, quorū quia antiquior lex est, secūdo uero loco prophetæ, nouissimū euangeliū ostēdere uoluerūt. Quia euāgelium, etsi nouissimū gratia, sed à deo præponitur, atq; ideo prius eius memoriā facit, primū Iacob, qui nouissimus est tēpore & ordine, mētionē facit. Ut cognationē aut inter se habētia similiter cōiunxit. Et in his, in quibus legis, prophetarumq; mentionē facit, in his se & euangeliū dicit facere. Nimis autem hoc ea quæ sequuntur, confirmat. Terræ quoq; memor ero, quæ quum relicta fuerit ab eis, siue ut LXX. relinquatur ab eis. Ergo quia benedictio maxime terra est à deo, in memoria haberi diligens intelligibilem terrā deus, id est suas scripturas, & memoriā eorū, & non obliuione relinqui illas à Iudæis fecit, quia maliciose interpretantes, non bene meditabuntur, iniuriabant eas: primum quidem dicentes, & non facientes, deinde despicabiliter interpretantes, & quod in eis erat optimum spiritalē intelligentiam tegentes. Vnde & consequenter addidit: Cōplacebit sibi in sabbatis suis. Id est, dum desolata ab eis remanet. Gaudet enim dei lex Iudæorū fruens desolatione, quam ipsi sibimet intulerūt. Propter quod & solitudinem illam pati pro eis dixit: Ipsi uero rogabant pro peccatis suis, eò quod abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint. Duplicia, inquit, bona expulsa de plebe Iudæorū

Terra hostile

Roma. 11.

Roma. 5.

Osee 4.

Peccata populi comedere.

Triatestamentum.

C r ū, de scripturis sacris prouenerūt, nec ipsi enim iniuriantur, propter quod & gaudent non legi ab eis, neq; enim ita legunt, sicut prius, quum sint dispersi, omniq; carentes præsumptione. Sed etiam ipse peccatorū suorū, & præuaricationis diuinæ legis conscij sibi effecti sunt. Admirandum est etiā quod ad totius sanctionis conclusionem, fastigiumq; addidit. Et intelligendum, quia aperte qui in Moyse, ipse etiam in Paulo, & in omnibus apostolis loquutus est: Attamen quum essent in terra hostili, non penitus abiecti eos, neque despexi, ut consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum dominus deus eorum, & recordabor scederis mei pristini, quando eduxi eos de terra Aegypti, in conspectu gentium, ut essem deus eorum. Ego dominus.) Hæc si uis per singula cognoscere, Paulum lege, quomodo eos non despexerit deus in terra hostili, id est in euangelico testamento: nec cōsumpsit eos, ut irritū faceret pactum suum pristinum. Neq; enim ad irritum illud deduxit ex toto, sed & spem salutis reliquit, non omnibus autem, sed reliquijs, sicut Paulus ait, proferens Esaiæ prophetae testimonium: Roma. 9. Esa. 37. Si fuerit numerus filiorum Israël sicut arena maris, reliquiae saluæ fiunt. Dico ergo: nunquid repulit deus plebem suam? Absit. Recordabitur etiā scederis sui pristini, quando filios Israël de terra Aegypti eduxit. Et in quo recordabitur? Ut esset deus eorum in cōspectu gentium. Ad quorum manifestam demonstrationem, sufficiunt tibi hæc apostolicæ uerba sapientiæ: Rom. 11. Non enim uolo uos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis apud uosmet ipsos sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium introiret, & sic omnis Israël saluus fieret. Bene ergo ad totius uerbi conclusionem dominus dixit: Ego dominus.) Qui omnium salutem uolo, atq; ideo etiam Iudæorum, licet post tot iniquitates, saluaturus reliquias. Hæc sunt præcepta atq; iudicia, & leges quas dedit dominus inter se, & filios uel, in monte Sinai per manum Moyse.) Nō ociose intendas quæ dicta sunt: Conclusio enim uerbis suis legislator adiecit, ex qua usq; ad certū tempus firmā uelit esse legis literā, sine aliqua dubitatiōe manifestauit, & Iudæorum obstruxit os, tentatibus hac lege uti etiā nūc, quando tēpus non habēt: iam ueniēte eo, qui Iudæis, sicut infirmis, lactis uice legis literā exquisiuit, & huic Moysen præcipiens ministrare, ipse ueniens ad illam perfectius introduxit iudicia. Ergo, secundū quod semel diximus, proprie dixit, quæ deo iudicante, de quibusdam capitulis, quæ ignorantes interrogauerunt, dicta sunt. Præcepta autem, quæ nō hoc modo, sed semetipso legislator nullo in interrogante sanciuit. Deinde succincte totius sanctionis dispensationem complecti uolens, subdidit: Et leges quas dedit dominus inter se, & inter filios Israël.) Propter quod & reliqui interpretes, exceptis LXX. leges adiderūt, differentia legis negocia uerbo hoc demonstrare cupientes. Quid autem est, quod dixit, inter? nisi quia proculdubio usquedum ueniat, de quo ait Esaias: Esaie 35. Ipse ueniet & saluabit nos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum

A dorum audient: & quæcunq; in illa prophetia continentur: tunc nequaquã ultra secundum superficiem literæ, sed quemadmodum ipse exposuerit, oportet legem custodiri, ad euangelicam gratiam translata, & ad perfectiorem conuersationem, non ut ad irritum deducatur, sed ut ad prudentem interpretationem, spiritalemq; sensum trahatur. Cur etiam locum significauit: ait enim: In monte Sinai. Nisi ut nõ: Dauid dicente, Videbitur deus deorum in Sion: & Malachia, Subito ueniet in templum suum dominus, quem uos quæritis: & rursus Dauid, Ex Sion species decoris eius, deus manifestus ueniet, deus noster, & non silebit: illam eius dici dispensationem putemus tempore legis actam: unde hic tam loci memoriã fecit, quàm ministrantis Moysi, ut ex hoc disceremus, quia alium nobis aduentum eius prophetæ promiserunt, qui nec in Sina, nec per mediatorem, sed aperte factus est.

Ad irritum deducere pactum domini.

Psal. 5.

Malach. 3.

Psal. 49.

CAPVT XXVII.

Loquutusq; est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Homo qui uotum fecerit, & sponderit deo animam suam, sub æstimatione dabit precium. Si fuerit masculus, à uicesimo usq; ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarij: si mulier, triginta. A quinto autem anno usq; ad uicesimum, masculus dabit uiginti siclos, foemina decem. Ab uno mense usq; ad annum quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli, pro foemina tres. Sexagenarius, & ultra masculus, dabit quindecim siclos, foemina decem. Si pauper fuerit, & æstimationem reddere non uauerit, stabit coram sacerdote, & quantum ille æstimauerit, & uiderit eum posse reddere, tantum dabit. Plena sunt hæc etiam legislatoris uerba prudentia, maxime opportuno conseruata tempore: quæ enim oporteat agi, quæ minime, in superioribus præcipiẽs, nunc etiam dignitatem ea peragentium ex toto, uel ex parte, per hæc quæ dicuntur, exponit. Et quid sit perfecta uita, quæ autem adhuc in profectu constituta, quid initium cognitionis dei habens, quid ueri, quæ uirtutum opera, clara, perfecteq; percurrit. Sed & infirmatus, nõ tamen recedens ab ea, differentes ætates describens, exposuit. Dicit autem sic:

Homo, qui uotum fecerit, & sponderit deo animam suam. Id est, qui cunq; promiserit animam suam deo, omnemq; ei suam uitam offerre uoluerit. Propter quod Aquila, & Theodotion, pro eo quod dictum est, uotum fecerit, Symmachus autem, si superauerit, ædiderunt. Admirabile enim uerum est, & ualde beatitudini proximum, totum semetipsum quempiam deo offerre, ut animam suam domino, uel sicut LXX. honorem animæ suæ domino, id est, ut offerat deo quem accepit ab eo, animæ honorem illum, de quo Dauid dæmonum insidias innuens, dicebat: Veruntamen honorem meum cogitauerunt repellere. Erit precium masculi à uicesimo anno, usq; ad sexagesimum annum, quinquaginta sicli argenti, ad mensuram sanctuarij. Siue ut

Vouere se deo

Psal. 61.

Cap. XXVII. ISYCHII PRÆBYTERI HIEROSOL.

C LXX. didrachmæ argenti. Quinquaginta didrachmæ siue sicli, oboli sunt mille : uiginti enim obolos esse siclū, siue didrachmā, hic ipse in Exodo dixit. Ait enim sic de filijs Israēl: Iuxta numerum dabunt singuli precium pro animabus suis domino, qui autem dabunt dimidium sicli, iuxta mensuram tēpli: uel ut LXX. didrachmæ, quod secundū didrachmā sanctam, uiginti oboli. Sicli ergo siue didrachmæ, ideo nos iuxta mensurā templi, uel secundū mensuram sanctuarij reminisci uoluit, ad illum legis textū transmittere nos cupiens, in quo uiginti obolos didrachmam sanctam esse, siue siclum ait. Quū adiaceret autem præcipere unum siclum, uel drachmam offerri, non sic præcepit, sed sicli siue didrachmæ dimidiū. Per hoc demonstrans, quia proprie sanctum in lege est, nō quod secundum solam literam, sed etiam secundum spiritū intelligitur, & huius debetur oblatio. Vnde & secundū LXX. ipsas didrachmas sibi coniunxit, dimidium autem offerri præcepit: ut dicas, quia condescendens sicut infirmis, his qui legem accipiebant, non perfectam oblationem, imperfectum est quippe dimidium, offerri præcepit, quod sanctam didrachmam in bis decem est obolus, id est, in uiginti. Lex enim bis decem mandata habet, exigēs ea duplicari, id est secundū literam, & secundum spiritum custodiri. Illis autem, ut mente pauperibus, sufficiebat & solam literam custodire, propter infirmitatem suam: & decem mandatorum offerre saltem sensibilibiter impletionem, atq; actionem, per quam suam etiam liberare animam de peccatorum seruitute sensibilis Israēlita poterat. Si quis ergo à uicesimo anno est, id est, pubes, fortis, ualidus, sufficiens omnes uirtutes operari, & subijcere intelligibiles inimicos omnibus actionibus, & operibus: à uiginti enim annis, & supra, Israēl uide quid de hac ætate dicebat: Omnis masculus à uiginti annis & supra. Omnes qui ambulat in uirtute sua fortitudini maxime his qui illud agunt tempus, in prædictis testimonium præbuit uerbis, ita utpote hac ætate, excurrere ualentē, & arma portare, multumq; habentem in agendo feruorem, caloremq; huius precium, id est conuersatio, & uita, retributio, quam pro semetipso deo offert, & promittit, quinquaginta sicli, siue drachmæ sunt. Quinquagenarius enim numerus spiritalem figurat uitā, quia in quinquagesimo die, sancti spiritus aduentus factus est. Sed in anno quinquagesimo liberatio fit omnis debiti, & terræ restitutio, multaq; in eo alia bona Iudæis per legem disposita sunt. Quinquaginta autem ait siclos, uel didrachmas, ut iterū duplicaret quinquaginta, & centum diceret drachmas, fructum illum perfectū signans, istum dicens bonam terram fructificare, exponens seminum parabolam, in triginta, & sexaginta, & centum diuidit: hunc enim numerum nullus hominum potest transcendere. Cētum autem drachmæ rursus decuplatæ, obolus enim decem drachmas, quemadmodum diximus, habet, millenariū numerum perficit, in quo est non quælibet perfectio, sed celestium, id est incorporeorum, quæ est illorum, qui habitationem super nos sortiti sunt, quæ est

Didrachma.
Siclus.

Didrachmæ dimidium.

Legis uiginti præcepta.

Masculi à uicesimo anno.

Quinquagenarius numerus.

Cētū drachmæ

A est illorum, qui habitationem super nos sortiti sunt, quæ est excedentiũ corruptionem, & consequentium incorruptionem, propter quod dei spiritus in Canticis dicebat: Vineam fuit pacifico, in ea quæ habet populos. Tradidit eam custodibus, uir affert fructum eius mille argenteos. Quis uir? neque enim omnes hunc offerre possunt fructum, ex sequentibus discite. Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius. Mille tui pacifici, id est Solomon: Solomon autem intelligibilis Christus est, quia Solomon pacificus interpretatur. Christus ergo pacem generi humano dedit. Ipsum decet præcipue & perfectio, & eos qui conuersationem eius sectantur, & angelicum peragunt cursum, quibus millenarius numerus, utpote perfectus, deputatur. Millia enim millium ministrabant ei, ait Daniel, dum cœlestes uirtutes deo adstantes exponeret. Sed & Dauid ait: Memor fuit in seculũ testamenti sui, uerbi quod mandauit in mille generationes: perfectionem diuinæ legis, & eorum qui legem percipiebant, per mille generationes ostendens. A uiginti autem annis usque ad sexaginta annos: intra hæc enim tempora, ætas & intellectum perfectum, & fortitudinem, & filiorum procreationem habet, ut ex sensibilibus nos intelligibilia cogitemus. Ergo qui intellectum maturum & perfectum habet, & fortitudinem, ut quod intellexit, agat, hic filios comparare alios deo, per suam conuersationem, uel doctrinam impendens potest. Huius præciũ animæ quinquaginta didrachmæ perfectus fructus est, & perfectionis corona, quæ & martyrium habebit, & rerum despectum, & omnem illam perfectionem, quam dominus dicebat: Eritis perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Hoc autem quando masculus fuerit, id est, quando semper fortis: hoc enim hic masculum dicit. Fœminæ autem erit æstimatio, triginta sicli, siue didrachmæ, ut sint drachmæ sexaginta, fructum uidelicet sexagenarium, magnum quidem & ipsum, sed centenarium minor est, propter quod & fœminæ introduxit personam, quæ minor est à uirili. Ergo & mulieres, quando ad mensuram summam peruenerint, profectæque fuerint ad perfectionem, fortes possunt appellari, utpote quæ suam transgressæ sunt infirmitatem, intentionemque fortitudinis resumentes, propter quod & spiritus dei in Prouerbis dicebat: Mulierem fortem quis inueniet? Cui ergo rerum despectus deest? Alia autem ait perfecte, quæ de omnium rerum continentia lex corrigere iubet, ei qui secundum eam uiuit. Huius æstimatio est triginta sicli, siue didrachmæ, id est sexagenarius fructus, quem & Paulus figurans dicebat: Vidua eligatur non minor sexaginta annorum: per ætatem, numerumque annorum manifestare uolens, quas uirtutes & actiones exhibere debeat uidua, quæ à deo eligitur, quæ in diuinis scribitur libris, & quæ potest in numero Hierusalem cœlestis degere. Propter quod & subdidit, insinuans quod non tantum ei de ætate, aut annis, quantum de uirtutibus, quæ per hæc significant, cura erat: Vnius uiri uxor, si filios educauit, si hospitio pauperes recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus

Cant. 8.

Solomon pacificus interpretatur.

Millenarius numerus perfectissimus. Danic. 7. Psal. 104.

Quinquaginta didrachmæ.

Matth. 5.

Fœminæ æstimatio.

Prouerb. 31.

1. Timoth. 5.

Annorum numerus prudentiam significat.

C subministravit, si omne opus bonū subsequuta est. Hæc quidem perfectus & per omnia consummatus homo. Vide autē & eum cui hoc deest, sed tamen ad illum prouehi desiderat. A quinto autem anno usq; ad uicesimū masculus dabit uiginti siclos, siue ut LXX. didrachmas. Hic eū qui necdū quidem est perfectus, sensatū tamē hominē dicit, & qui proficere cœpit: sensus enim per numerum quinq; annorū innuit, quia tot sunt numero. Profectus aut, qui ad iuuentutem tendit, & ad perfectionem, à quinq; annis, & usq; ad uicesimū annum est. Viginti enim annorum, inter fortes etiā pugnare ualēs, numeratus est à lege, sicut Numerorū liber ostendit. Huius ergo precium, uiginti didrachmæ, id est drachmæ quadraginta, oboli quadringenti. Ieiuniorum aut, atq; orationis profectum, quadraginta drachmarum numerus significat: quia & tot diebus ieiunasse & Moyse, & Heliam, & ipsum dominū didicimus, quando à diabolo tentabatur. Quadringentorū autem numerus quid significet, aut quam demonstret conuersationem, ostendit, quod dictū est in libro Regū, quando reuerfa nauis, quæ mittebatur à Solomone, ad Sophirā, dicebat: ait enim secundum LXX. Et uenit ad Sophiram: Sophir autē bonum interpretatur: & accepit inde auri quadringēta & uiginti talēta, & adduxit regi Solomoni. Quod ergo sic bonum est, sicut per ieiuniū, & orationem exerceri, & prouehi ad illam uitam, ad quam Moyse & Helias, superædificantes ieiunio atq; orationi uirtutes, prouecti sunt: sic dominus in sinuare semetipsum per prædicationem, & signa generi humano incipiens, ieiunium & orationem suæ conuersationis principium fecit. Quicunq; ergo sensatus quidem est, & proficere incipit, non tamen nimis, sed mediè, ut præsumptione conuersationis ieiunij non possit onerari, hic precium decem didrachmarum, id est uiginti drachmarum, & obolorum ducentorum est. In custodia enim decem mandatorū, quæ duplicatur secundum literam, & spiritum, cōuersatio huius est, inter quæ ieiuniū non est præceptū. Sublimior enim est ad eam pertinens conuersatio, quæ legislatores, & prophetas, & omnes qui profecerunt, decet: & necdum quidē conuersatio eius habet perfectionem: opus enim habet mansuetudinē, perfectāq; charitatē, quæ est in zelo Christi: producit tamē ad perfectionem. Quia aut mandatorū secundū literam, & spiritum custodia, decem didrachmæ, quod sunt oboli ducenti, recte putatur, ad memoriam tuam reuocat sermo, quem ex Canticis canticorum nuper protulimus: Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructū eius. Quā uineā? de qua in præcedentibus dicebat: Uinea fuit pacifico, in ea quæ habet populos, quā non custodierunt Iudæi, propter quod pro uuis spinas protulerunt, sed & uindemiant ea omnes qui transeunt uia, Qui custodiunt autem fructum, in ducentis, id est in uiginti drachmis duplicata custodia mandatorum, sicut diximus, secundum literam, & spiritum, inueniuntur. Ab uno autē mense usq; ad annū quintū pro masculo dabuntur quinq; sicli, siue quinq; didrachmæ, pro foemina tres. Vnius mensis intel-

ligis

Quinque anni
quinque sunt
sensus.

Quadraginta
drachmæ.

Matth. 4.

5. Reg. 9.

Sophir.

D

Ieiunium non
præceptum.

Cant. 8.

A ligas eum qui nunc est genitus in fide, ad quem Petrus dicebat: Sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, ut crescatis in eo in salutem, si tamē gustastis, quia dulcis est dominus. Huius precium usque ad quinquennem ætatem, id est conuersatio, & uita, quinque didrachmarum argenti, id est decem drachmæ, oboli autem centum. Conuersatio ergo modo geniti, quinque didrachmæ sunt, ut in mysterijs duplex sensus habeat, id est, ut quæ sensibilibiter audit, hæc intelligibiliter suscipiat. Sic etiam uidens, & gustans, & odorans, & tangens, perducit hoc eum ad perfectionem, propter quod & centum obolorum precium habet. Numerus autem, sicut dictum est, perfectus est. Ergo proculdubio eum, qui nunc mysteriorum particeps effectus est, necdum que ad agendum processit, sed in fide interim probatur, sicut adhuc infantem, & necdum tempus ad ostensionem uirtutum habentē, demonstrat. Si autem minor his, qui talis est, fuerit, ita ut conueniat in eo sceminae personæ, minor autem est ut simplicior, & non ualde discretus: huius precium est tres didrachmæ, fides patris, & filij, & spiritus sancti, ut non hanc transgrediantur, sed corde credat, sicut ait Paulus, ore autem confiteatur. Sic enim ei hæc tria, non solum confitenti lingua, sed & fide credenti, fiunt duæ drachmæ. Fit autem & huic talis fides ad perfectionem mediocrem: tres enim didrachmæ, sex sunt drachmæ: sex autem drachmæ, sexaginta sunt oboli: hic autem talis numerus mediocrem perfectionem gerit. Propterea & populus Israël, sexcentorum millium, quod sunt sexaginta myriades, numerum habuit. Sensibilis enim Israël habebat quidem & mediocriter perfectos, qui in lege constituti, euangelicam conuersationem aliquatenus agebant. Sunt autem, quibus mediocre legis & prophetarum erat studium, propter quod & similia, myriades erant, sed nec mille milia, nec myriades myriades, ut semper esset in eis perfectio: hoc enim angelorum, & secundum euangelicam uitam conuersantium est. Angeli enim & ipsi, quando profecerint, efficiuntur.

1. Pet. 2.
Modo geniti in fide, conuersatio

Duplex sensus
mysteriorum.

Roma. 10.

Populus Israël
mediocriter perfectus.

Viuentes secundum euangelium
angeli sunt.

Sexagenarius autem & ultra masculus, dabit quindecim siclos, siue didrachmas, scemina autem decem.) Et quis est hic, qui maximam conuersationem, per uirginitatem, uerbi gratia, uel non possidendo, uirtutibusque alijs promittit, & post hæc infirmatus est? Cognouisti enim, quia eum, qui à uiginti annis usque ad sexaginta annorum est, omnibus legislator præposuit: deinde nunc post omnes eum qui à sexaginta annis & supra est, ait. Per hoc quod dixit, supra, animæ senectutem, & infirmitatem eius, qui maximam conuersationem proposuerat, proculdubio designat. Qui ergo pro uirginitate, uel despectu possidendi conuersationem promittit, & proponit, deinde infirmatur complere propositum, audiat à Paulo: Si quis autem turpem se uideri existimat super uirginem suam, eo quod fuerit superadulta: ostendit, quodammodo infirmatum, & ad senectutem de-

1. Corinth. 7.

C ductum propositum, & sic oportet fieri, quod uult faciat, non peccat si nupserit. Et rursus: Si nupseris, non peccasti. Et si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationem autem carnis habebunt huiusmodi. Ego autem uobis parco: hoc autem dico fratres, tempus breue est, reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui lugent, tanquam non lugentes: & qui gaudent, quasi non gaudentes; & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem uos sine sollicitudine esse. Propterea & quindecim didrachmæ erit precium eius, quæ sunt drachmæ triginta. Tres enim fructificationes de bona terra CHRISTVS proposuit: per centenarium uirginitatis, & non possidendi, per sexagenarium continentia, per tricenarium casti coniugij uitam designans. Si autem infirmior huiusmodi est, forsitan enim in fornicatione, hic qui talis est, decidit, unde & foemina dicitur. Nec sic respuendus est, sed habet precium decem didrachmas. Custodiam enim mandatorum dei, quam uiginti esse drachmas, & obolos ducentos ostendimus, offert deo, & in hoc conuersationem habet, per custodiam mandatorum iustificatus. Si autem dicas, quomodo annorum dominus erat triginta, dum solus esset perfectus, quum nos in centenario numero dicamus perfectionem esse, post hunc autem in sexaginta, tertio autem in triginta. Disce, quia solus quidē fuit uere perfectus, ueruntamē sicut omnium doctor, & primitiæ massæ totius effectus, ex omnibus temperatā conuersationem figurat, & proponit: siue enim uirginitatem uelis, ipse ex uirgine uirgo est, & uirginitatem docuit: siue nuptias, & nubere præcepit, & nubentes benedixit: siue abstinentiam, etiam hanc docuit: similiter & fidei cursus, siue perfectorum simplicium est. Quia ergo in præsentī differentias innuit, & quodammodo uitam distinguebat hominum, & huius quidem esse precium quinquaginta didrachmas ait, huius triginta, huius uiginti, huius decem, huius quinque, huius tres, huius quindecim: colligentur hæc parum, quod de centum quinquaginta minus habentia, hæc autem in quinque diuisa faciunt prope tricenarium numerum. Vide quemadmodum nec legislator ignorauit temperamentum, quod CHRISTVS in nostra uita & conuersatione fecit, nec euangelista numerum temperamentum habentem ignorauit. Propter quod eum non plenorum triginta annorum uenisse ait ad baptismū, ait enim: Et ipse IESVS erat incipiens quasi annorum triginta. Et cur hoc? quia & qui nimis perfectam, & qui mediocriter perfectam, & qui minorem uitam studet, non perfecte uenit ad mensuram, minus enim habet omnimodo, quia dei solius est perfectio, sed minus habet tantum, in quantum ueniam in hoc, quod minus est dat: unde ad centum quinquaginta, septem minus sunt: in centum enim quadragintatres prædictus numerus colligitur: per septenarium autem numerum, manifeste uenia significatur.

Si autē

A Si autem pauper fuerit, & æstimationem reddere non ualuerit, stabit coram sacerdote, & quantum ille æstimauerit, & uiderit eum posse reddere, tantum dabit.) Nunc dicit de eo, qui multum peccauit, & propterea Aquila pro paupere, si excessit, ædidit. Hic ergo si offerri deo uult, coram sacerdote stabit, ut quantum uiderit eum posse, æstimet eum reddere: regulam ei uitæ imponens, quæ est secundum uirtutem, mensuramque philosophiæ indicens, quam eum probauerit posse portare. Verbi gratia, si locuples est, ut distribuatur pecunias; si sanus est, ut ieiunijs, & orationibus, alijsque laboribus bonis uacet: si autem & locuples est, & sanus, quæcunque diuitiæ, & salus ei suggerunt, agere iubetur; si autem neutrum, in oratione flere: ut breuiter dicamus, quodcumque eum uiderit per corpus, aut per substantiam, aut per aliam ualitudinem, aut facultatem posse peragere.

Pœnitentiâ quomodo peragenda.

B Animal autem quod immolari potest domino, si quis uouerit, sanctum erit, & mutari non potest, id est nec melius malo, nec peius bono. Quod si mutauerit, & ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum est, consecratum erit domino.) Quia ipsas quæ ex nobismetipsis offeruntur oblationes, quosdam habere gradus, & differētias legislator exposuit: ecce enim eorum, qui quolibet modo sic nobis subiiciuntur, ut etiam pecora nostra nominentur, propter hoc quod nimis subiecti sunt, aut quia non eis ad nostrum ministerium, quemadmodum pecoribus utimur, quando sancta sit oblatio, per hæc, quæ dicta sunt, exponit. Præcepit autem, ut non nos pœniteat de his quæ offerimus deo. Ergo si quidem de his obtulerimus pecoribus, quæ mos est deo offerri: mos autem est, ut ei immaculata & munda offerantur: munus nostrum illico sanctificatur, etiam non est fas, ut nos de eo pœniteat: ueluti si filium, uel discipulum, uel seruum, aut alium qui sub manu nostra est, deo obtulerimus. Neque mutare malum ad melius, aut bonum ad malum. Malum autem hic dicit, non quod prauum modis omnibus & immundum; si autem immundum est, non est de illis, quæ mos est offerri deo: esse autem de his, quæ immolari possunt domino, hanc oblationem legislator dixit: Sed malum hic dicit, quod est deterius, sic enim manifeste & Symmachus tradidit: Non reddit melius pro deteriori, aut deterius pro meliori: ut non hunc filium, aut seruum offerentes domini seruitio & ministerio, recipere eum in nostrum ministerium, & utilitates uelimus, promittentes offerre meliorem forsitan, uel deteriorem. Neque enim licet, propter quod & Anna de Samuel dicebat: Si respiciens respexeris ad humilitatem ancillæ tuæ, & memineris mei, & dederis ancillæ tuæ semen uirile, & dabo eum in conspectu tuo datum usque ad diem mortis eius. Quod si mutauerit, & ipsum quod mutatum, & illud pro quo mutatum est, consecratum erit domino.) Ut et hunc quæ antea obtulimus, & eum quæ postea, cum prima oblatione sanctificemus, & utrosque deo cōcedamus. Hoc enim non nos permittit, in his quæ offerimus, pœnitentiâ agere, sed percutit inimicum, qui nobis pœnitere suggestit, dum uidelicet duplicamus nostram oblationem, quam ille per-

Non pœniteat eorum quæ deo offerimus.

1. Reg. 1.

C poenitentiam interciperere uoluit. Animal immundum quod immolari domi-
 no non potest, si quis uouerit, adducatur ante sacerdotem. Qui iudicans utrum
 bonum, an malum sit, statuet precium: quod si dare uoluerit is qui offert, ad-
 det supra aestimationem quintam partem. Inquirendus est Iudaeus, quomo-
 do hoc mandatum stare iuxta literam potest. Si enim offerri non licet, nec non-
 dum erit acceptabile, quomodo utrumque legislator, tanquam sibi repugnans,
 atque resistens scripsit? Sed aliquid euangelicae proximum largitati modis omni-
 bus innuit, & condescensionem, quam gratia nouit. Sic ergo ea quae dicta sunt,
 intelligamus, non licebat deo offerri de pecoribus, quae non simul & unguam sin-
 debant, & ruminabant. Haec enim lex habebat immunda, cuius autem erat aeni-
 gma, id est unguam non findere, non distinguere legis literam, & spiritum scien-
 tis: non autem ruminare eius, qui non continue meditationis legis habebat stu-
 dium, & qui lingua solum, non etiam corde eam ad meditationem reuocat. Si er-
 go aliquis filium tale, uel seruum, uel discipulum deo offerat, qui ad meditando-
 sacras scripturas, aut ad diuisionem contemplationis, non ex malicia, sed ex in-
 firmitate minor sit, necdum quidem est uotus deo, necque enim quasi oblatum sit,
 eius legislator memoriam facit. Adducit autem eum ante sacerdotem, & sta-
 tuit precium eius sacerdos, iudicans utrum bonum an malum sit, ut imperfe-
 cto condescendens, moderatum ei iugum imponat, id est eam, quae est media
 D inter bonam, malamque conuersationem. Est autem a malo declinatio, & profes-
 ctus ad meliora. Hoc enim forsitan proprium dicimus esse inter deterius &
 melius: quod pro eo quod dictum est, utrum bonum an malum, addidit Symma-
 chus: Statuit precium sacerdos, si quomodo proficiens donum esse eorum, quae
 deo offeruntur, possit. Quod si dare uoluerit is, qui offert, addet super aestima-
 tionem quintam partem. Et quid hoc est? Quinque numero sensus sunt. Horum nos-
 bis quinta pars mens est, ab ipsa enim gubernatur. Sine hac ergo non ualde
 habent esse, nec iuuant. Horum ergo quinque uirgines quae ad nuptias non susce-
 ptae sunt, figuram gerunt. Quinque ergo non habuerunt sapientiam, unde abso-
 lute & fatuae nominatae sunt. Ergo si quis uult redimere eum, qui propter
 praedictas causas immundis comparatur pecoribus, hac uere hunc opus ha-
 bet & facere intelligentem. Sic enim semetipsum gubernare, & non necesse ha-
 bere alterius paedagoga poterit. Homo si uouerit domum suam, & sanctifi-
 cauerit domino, considerabit eam sacerdos, utrum bona & mala sit, & iuxta
 precium, quod ab eo fuerit constitutum, uenundetur. Si autem ille qui uouerit, uo-
 luerit redimere eam, dabit quintam partem aestimationis supra, & habebit do-
 mum. Quod si agrum possessionis suae uouerit, & consecrauerit domino, iuxta men-
 suram sementis aestimabitur precium. Si triginta modis hordei seritur terra,
 quinquaginta siclis uenietur argenti. Si statim ab anno incipientis iubilaei uo-
 uerit agrum, quanto ualere potest, tanto aestimabitur: si autem post aliquan-
 tum temporis, supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum, qui reliqui sunt,
 numerum usque ad iubileum, & detrahetur ex precio. Quod si uoluerit redi-
 mere agrum ille qui uouerat, addet quintam partem aestimatae pecuniae, & possit
 debita

Ungulam non
findere.
Non ruminare.

Sensus quinque.

A debet eum.) Non qualiscunq; hic paritur quaestio. Paulo post enim ad finē libri legislator sic dicit: Omne quod domino consecratur, siue homo erit, siue anima, siue ager, non uenietur, nec redimi poterit. Quomodo ibi quidē redimi oblata prohibuit, hic autem domum & agrum postquam sanctificata sunt, praecipit redimī. Aut forsitan omnimodo aliā hic intētionem, aliā hic offerentis nouit. Ibi quidē, ut nequaquā ultra attrectet quod obtulit: sed ut penitus illud cōsecraret deo, propter quod nō ait, quēadmodum hic, Si consecrarit domū suam, aut agrū possessionis suae: sed, omne quod domino consecratur. Forū enim quae offerebantur deo, nihil licebat in usum humanū ultra reuerti, sed nec sacerdos illis uti poterat. Demonstrat autē hoc ea, quae est Amalechitarū historia. Praeceptū est em Saul, ut anathema essent omnia Amalech spolia: & quia cōcessit populo quaedā de gregibus, & armentis accipere, maledictū grande, iramq; sustinuit: & nullatenus ei ad satisfactionē sufficit, quū irasceretur Samuel, & inquireret: Quae est uox gregis huius in auribus meis, & uox bouum quā ego audio, quum responderet alia ad prophetā uerba, ea quae erāt: De Amalech adduxit ea quae acquisiuit populus meliora gregis & bouum, ut immolarētur dño deo tuo, reliqua aut disperdidi. Ergo aliud est sanctificare deo, licet enim ei qui sanctificauit, hoc modo uti, quē nunc nobis legislator ostendit: aliud est anathema quid facere, huius enim usus prohibitus est. Similis autē huic & intellectus suscipi debet contēplationis, sed de anathemate quidē dicimus, quādo ad illā partem sancti uenerimus. Nunc autē quid sit domū sanctificare, quid agrum, doceamus, mihi suggerēte spiritu, hoc primo loco dicētes: quia aliud est sanctificari deo, aliud sanctū esse: aliud offerri ei aliqd, aliud nō opus habere oblationē, sed esse dei, & offerētis nō egere. Quod em sanctificat, & offertur, eo qd offertur, sanctificari incipit, ergo prius non erat sanctū. Quod autē incipit sanctificari, hoc opus habet, & profectū, & per partes augmētū. Quod aut olim sanctum est, & olim est dei, hoc nihil minus habet, sed est perfectū, nec ullo additamento egens. Propterea bonum quidē est, & doctrinis aliorum ad sanctificationē uti, melius tamen intātum proficere, ut qui semetipsum et eos qui eius sunt, ad sanctificationē producat: quod nō omnis uiri est, sed solius sensati. Et haec sunt, quae in hoc loco significare legislator intensionē habet. Sanctificat ergo domū deo, qui familiā suā, & cognationē, & intelligibilem domum in sanctimonia cōuersari uult, ut ecclesia sit, & appelletur, quēadmodum multi fidelium domos suas, propter sanctificationē ecclesias habebant, sicut Paulo scribente ad Romanos audiuius: Salutate Priscā & Aquilā adiutores meos in Christo IESU, qui pro mea anima ceruices suas posuerunt. Quibus non ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiae gentiū & domestica eorum ecclesia. Quicunq; ergo hanc habet intensionem, ipse autem per se nō est idoneus ad opus perducere ea quae intendit, huius domum sacerdos utrū bona an mala sit, cōsiderabit, & sicut aestimabit, sic erit. Quare, utrum bona an mala: ut quia domus ex multis personis, & disse-

1. Reg. 15.

Sanctificari
deo.
Sanctum esse.Sanctificare
deo domum.

Roma. 16.

Crentibus constat, in quibus multi condescensionibus egent, nō ualētes agere, aut sapere quæ perfecta sunt, nihil eis iniungat graue, sed uniuscuiusque pensans uirtutem, à malo eos declinare, & ad uirtutes eos proficere iubeat.

» Sin autem ille qui uouerat, uoluerit redimere eam, dabit quintam partē æstimationis supra, & habebit domū. Id est, si domus dominus, qui eam sanctificare uult, quū non fuisset sancta prius, nec potuisset ecclesia appellari, nam & sanctificata utiq; esset, quod nunc se ita nō habet, sed exordium capit sanctificationis: si ergo hic redimit domū suā, illud absolute mūdans, eius quod sanctificatione egere sacerdotes exhortationem necessariam habere faciebat. Redimit autem eam per doctrinam bonam, & uitæ formulam, liberans eos, & diluens quicquid eis obuiabat ad sanctimoniam. Quid faciet? dabit, siue secundum LXX. adiiciet quintam partem æstimationis supra. Sacerdotis enim doctrinæ, cui domum ab initio suā obtulit, ut eam æstimaret, id est definitionē imponeret, ad quam deberet stare, siue conuersari, ipse adiiciet

Quintam dare

hoc quod est intellectus. Hoc est ergo quinta, id est, ut quæ dicuntur, suscipiat, & superædificet sacerdotis sermonibus: frequentior enim commemoratio, sensatos & intelligētes homines facit. Et sic habebit domū, nō perdens sanctificari deo, nam in damno ei conuertitur, sed habebit eam, quia ei sanctificatio proprie domus adscribit, nō solū ut offerētī, sed & ut docenti: sicq; suæ domui bene præpositus, & recuperans eam sibi sacerdos quodāmodo

1. Timoth. 3.

D inuenitur: quia Paulus eum qui scit præesse suæ domui, ad episcopatus electionem atq; dignitatem sublimauit. Propter quod Aquila, pro eo quod dictum est, Qui eam sanctificauit, redimet: si sanctificans ad finem fecerit, ædificat.

Quod aut ex hoc discimus, quia si domus sibi principatū & gubernationem qui sanctificauit, uindicat, & hanc ipse acquirere uult: ad finem aut facere secundū legem, est alijs sicut cognatū præponi: hæc faciat, quæ in præ-

Verbum dei, argentum.

Psal. 11.

Hiere. 6.

senti legislator iussit. His autem ita se habentibus, quod proprie argentū diuinorum eloquiorum doctoralis exhortatio sit, audi Dauid dicentem: Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, terræ purgatum. Et Hieremiā: Frustra cōflauit conflator, scoria eius non est cōsummata. De Iudæis dicit, quia nihil eis uerba exhortantium proderāt. Sed & Paulum audi dicentē: Si quis superædificat super fundamentū hoc aurum, argentum, lapides preciosos. Quod si agrū possessionis suæ uouerit, & consecrauerit domino, iuxta mensuram semētis, æstimabitur precium.) Agrum, scripturam esse diuinam nemo dubitabit. Cuius uitis proprie Christus, & agricola pater est: in quo absconditur thesaurus, id est salutaris prædicatio: quæ qui in-

1. Corinth. 3.

» pides preciosos. Quod si agrū possessionis suæ uouerit, & consecrauerit domino, iuxta mensuram semētis, æstimabitur precium.) Agrum, scripturam esse diuinam nemo dubitabit. Cuius uitis proprie Christus, & agricola pater est: in quo absconditur thesaurus, id est salutaris prædicatio: quæ qui in-

Ager, scriptura.

Ioan. 17.

Matth. 13.

» uenerit operator agrī, uendet omnia quæ habet, quemadmodū dominus in euangelijs ait, ut emat agrum illū. In hoc agro diuersa est uniuscuiusq; possessio, id est modus, quem sibi ex ea ad sapiendum obtinere potuerit. Si ergo consecrauerit hanc homo domino, quū non prius sancta fuerit, nunc incipiat consecrare gubernatorem conuersationis suæ: quum ipse non sit idoneus semetipsum gubernare, sacerdotem eligat. Consecrari enim hic ea quæ

des

A deputata sunt sacerdoti, legislator appellauit. Iuxta mensuram sementis, aestimabitur precium.) Vt quantum seminatus est, uidelicet edoctus. Doctrinae enim uerbum, in semine accipere scriptura diuina solet. Tantum ei sacerdos indicet, quantum fuerit eruditus de doctrina bona legitima, & spiritali, & non quam homines seductores, pagani, uerbi gratia, uel Iudaei, uel haeretici docent. Propter quod postquam dixit, iuxta mensuram semetis, addidit: Si triginta modijs hordei seritur terra, quinquaginta siclis uenietur argenti.) Siue ut LXX. quinquaginta didrachmis argenti: in quibus uetus & nouum testamentum intellige. Et per modium siue eorum hordaei, uetus testamentum ostendit, quia huius seminis pinguior cibus est: per quinquaginta autem didrachmas, tam quod spiritale est, quam perfectum simul inuenit: perfecta enim doctrina etiam spiritalis est. Sed quando haec regula siue definitio integre ei indicenda, quando minuenda sit per condescensionem, per sequentia discere. Si autem statim ab anno incipientis iubilei uouerit agrum, quanto ualere poterit, tanto aestimabitur. Sin autem post aliquantum temporis, supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum, qui reliqui sunt, numerum usque ad iubileum, & detrahetur ex precio.) Duorum hic annorum remissionis uel iubilei memoriam facit, baptismum aperte insinuans & poenitentiam: uterque enim annus remissionis est, quia perfectam remissionem, unus quidem per donum gratiae, alter propter eos qui uacant in oratione & ieiunijs, alijsque operibus quae perficiunt poenitentiam, possidet. Si ergo simul quis gratiae uiam, quam elegit, gubernari per sacerdotem, & produci uult, hoc eum sacerdos exigat, quod quantum doceretur, ex perfecta & spiritali doctrina percepit, nullo modo ei condescendens, neque enim necesse habet, utpote qui per donum renouatus est, sed in doctrina, quam accepit, plene eum permanere facit. Si autem de illo est dono, quod percepit, deciditque ab eo in conuersatione: hoc est enim aliquantum temporis iubilei, siue remissionis consecrare agrum: recte ei reputabit sacerdos argentum in annos reliquos, usque ad annum remissionis, siue iubilei, ut reliquum ei tempus definiat ad poenitentiam, & detrahetur ex precio. Quod enim minus fecit, & detrimentum per tulit, & deterius conuersatus est, hoc dono imminuit, & infirmior effectus est: & propterea abiectior, & non iam talis est qualis quam acceperit donum, fuit. Verumtamen & hic uolens redimere agrum suum poterit, id est semetipsum gubernare & docere, adiciens quintam argenti ad precium suum, addens doctrinae sacerdotis proprium intellectum, ut intelligens, eruditusque sui gubernator, doctorque efficiatur. Sic enim intelligibilis ager, quem consecrauit, offerens sacerdoti, ab eo possidebitur, & non ab alio, conuersatio, & uirtus quam studet, siue ex toto, siue ex parte, sed ipsi qui agit reputabitur. Diuisioni enim legislatoris intende, quemadmodum sanctificare, siue consecrare domum, uel agrum uolentem, consecrationem prius facere uult, sicque ei praecipit redimere, quae sanctificata sunt. Et tunc, inquit, possidebit eum.) Hoc proculdubio mandans: quia oportet quidem nos per sacerdotum doctrinam, & regulam, & legem, nostram conuersationem gubernare, quando eam prius san-

*Semen, uerbum
dei.*

*Doctrinam bonam & spiritali
lem sacerdotes
doceant.*

*Vetus testamē-
tum, modius
hordei.*

*Baptisma, &
poenitentia, an-
ni remissionis.*

*Aliquantum tem-
poris uouere.*

*Quintam ad-
ijcere.*

*Ad sacerdotum
doctrinam san-
ctam conuersandum.*

Cap. XXVII. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

Consecramus. Sed oportet & proficere, & illorum doctrinæ nostrum adijcere
 2. *Timoth. 2.* re intellectum, propter quod Paulus ad Timotheum scribebat: Intellige quæ
 dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Et tunc possidebimus proprie
 quæ egerimus sanctificationi proxima. Si autem hanc diuisionem non intuiti fueri-
 mus, uide quid patiemur. Si autem noluerit redimere, sed alteri cui libet
 fuerit uenundatus, ultra eum qui uouerat, redimere non poterit: quia quum
 iubilei uenerit dies, sanctificatus erit domino, & possessio consecrata, ad ius
 pertinet sacerdotum.) Ecce damnus eius qui semper ab alio opus habet gu-
 bernari, & non proficit, neque iuuatur ex aliorum doctrina, sed suus semper
 ipse dux est ad agendum utilia per presentia, aperte legislator ostendit. Qui
 enim consecrauit agrum, & postea redimit, ille est qui suam conuersationem
 alij gubernari permisit. Postea qui iuuatus est, & conquisiuit intellectum,
 ut iam esset, sicut ait propheta, docibilis dei, & disponere apud semetipsum
 possit in futuro quæ expediunt, hic agrum suum sibi recipiens conquisiuit:
 Qui autem nihil proficit ex alterius gubernatione, nec acquisiuit intellectum,
 sed semper opus habens ab alio doceri, & talis existere, quales fuerunt quidam
 Iudæorum: quos deus per prophetam uocem exprobrans, talia dicebat: Qui
 electi sunt ex utero, edocti ab infantia usque ad senectutem. & rursus: Ephraim,
 sicut coluba insensata non habet cor. & rursus: Ephraim in populis suis com-
 miscebat, Ephraim factus est in occulto tuo conuersus, & cani effloruerunt ei,
D ipse autem non cognouit: quia si malos doctores inuenerit, mala modis omnibus
 operatur, ut qui non habet discretionem, querere non potest mercedem uirtutis quam
 egerit, & propterea proprium agrum dicitur non redimere. Sed ueniens iubileo,
 id est tempore remissionis transeunte, in quo remissio locum habet, est autem præ-
 sens uita: uide quale quantumque sit, quod patietur: possessio sanctificata erit do-
 mino, conuersationem quam semel consequutus est, etiam si alter erat qui guber-
 nabat, sancta erit domino. Sed quemadmodum & possessio consecrata, ad ius
 pertinet sacerdotum: possessio enim eius, & lucrum ei, qui continue guber-
 nauit, imputabitur, etsi parum neglexerat, uerterat, siue mutauerat se ad ma-
 lum is qui ab eo gubernabatur: utpote qui nihil habebat boni studij ex in-
 tellectu proprio: qui gubernabat ergo eum, sicut in sua conuersatione, sic in
 illius gloriabitur, & propterea ait: Possessio consecrata, ad ius pertinet sacer-
 dotum.) Et nihil nocet sacerdoti, alij agrum uendi, quia sine doctrina, & ex-
 hortationis, quem oportuit, exhibens ei, quem gubernabat, inuenit illum non
 posse propria redimere, id est semetipsum regere & gubernare, tunc agrum
 uendit, alium præponens ei, qui obtulit, qui exhortari deberet, sed merces
 & lucrum eius est qui proposuit: nisi forte nec Petro, nec Paulo, nec apostolis
 dicamus imputari eos quos per proprios discipulos ad uitam gubernauerunt.
 Si ager emptus, & non de possessione maiorum sanctificatus fuerit domino,
 supputabit sacerdos iuxta numerum annorum, usque ad iubileum precium, & da-
 bit ille qui uotum uouerat domino. In iubileo autem reuertetur ad priorem
 dominum, qui uendiderat eum, & habuerat in sorte possessionis suæ. Omnis
 æstimatio

Esa. 54.
Hiere. 3.
 Nihil profici-
 ens ex doctri-
 na, Iudæis simi-
 lis est.
Osee 7.

Doctor merce-
 dem habebit, et
 si auditor negli-
 gens.

A æstimatio siclo sanctuarij pōderabitur. Siclus uiginti obolos habet. Primo
 • genita quæ ad deū pertinet, nemo sanctificare poterit, & uouere, siue bos, si
 • ue ouis fuerit, domini sunt.) Maximā iustitiam legis litera & spiritus ostendit.
 • Litera siquidem agrum possidentes alienum, ut sanctificent deo, & offerant
 • sacerdotibus, ut eorum sit redditus ager, nō uetuit, quia non specialiter
 • suū obtulit: sicut enim emptus, eius tunc erat, sic etiam qui de uendentis fue-
 • rat possessione, recte alienus est. Præcepit enim cōputare sacerdotem agri
 • precium usq; ad iubileum, & sic pro eo dare precium, in iubileo aut reuerti,
 • ac reddi priori domino, id est ei, qui propter paupertatē rem propriā uen-
 • didit, & ad certum eam tempus alienauit. Ab hoc ergo, & ad spiritalem in-
 • telligentiam transit. Si ager emptus, & non de possessione maiorum san-
 • ctificatus fuerit domino, supputabit sacerdos iuxta annorum numerū usq;
 • ad iubileum.) Agrum qui possidet quem emit, & non est suæ possessionis,
 • is qui intelligibilem paupertatem patientem exhortari ualet, arguereq; eū,
 • atq; mouere ad pœnitentiā: intelligibile enim terram, quam ille posside-
 • bat, de qua Dauid psallebat: Spiritus tuus sanctus deducet me in terram re-
 • ctam: ipse possidet, non permittens eam ex toto corrumpi, sed lucrans fra-
 • tris uirtutem, uel uitam, de qua ille per negligētiam cecidit. Si igitur eam san-
 • ctificauerit domino, id est obtulerit sacerdoti: audisti enim, quia in præsen-
 • ti sanctificari deo dicit ea, quæ sacerdotibus sorte obuenerunt. Offerrī autē,
 • quomodo? Id est oportet eum, qui culpauit, emundari, & sanctā eius efficere
 • conuersionem. Supputabit sacerdos iuxta annorum numerum usq; ad
 • iubileum precium, & dabit ille qui uotum uouerat domino.) Recte sacerdos,
 • simul cum eo qui mouit fratrem ad pœnitentiā, quia ille quidem districte
 • eius actionē, & conuersionem, utpote qui ipse eum correxit, hic autem ut
 • sacerdos nouit ueram atq; perfectā redemptionem, supputāt, siue probant
 • qualem ei oporteat pœnitentiā indici. Supputant autem usq; ad iubilei pre-
 • cium, id est ex his quæ de pœnitētia in diuina dicta sunt scriptura: Ipsa enim
 • æstimatio est anni iubilei, siue remissionis, tam quia ipsa æstimaui, siue sup-
 • putauit pœnitentiā, quā quia æstimat quanta eius sit dignitas: hoc enim
 • dicimus esse æstimationem, quia sic pœnitentia definita, definitio eius san-
 • cta erit deo, propter quod & addidit. Et dabit ille qui uotum uouerat do-
 • mino.) Siue secundum LXX. Et reddet precium in die illo sanctum domi-
 • no. In tempore enim, in quo secundū hanc rationem, ea quæ sunt de pœni-
 • tētia definiuntur, siue inducuntur ei, quū necessaria est definitio eius, sancta do-
 • mino inuenitur: bene aut Dauid redde, uel sicut LXX. reddet, nō, reddēt: nā
 • etsi cōmuni consilio sacerdotis, & eius qui mouit peccatorē ad pœnitentiā,
 • de ea definitio constituitur, quæ æstimatur, ueruntamen ille eū offerat, qui
 • fratrem culpantem cōpungi fecit: huic enim & obediēt, sed & ipse obliga-
 • tur in emendationem eius qui pœnitentiā agit: utpote qui semel eius cor-
 • rectionis fecit exordium. Qui aut non illico, quum definitur pœnitētia, pœ-
 • nitens mundatur, sed quando eam perfectā egerit, propterea ait: In iubileo

*Agrum locati
 tui possidere.*

Psal. 142.

*Que deo san-
 ctificentur.*

*Supputatio an-
 norum.*

Psal. 49.

C autem reuertetur ad priorem dominū, qui uendiderat eum. Ergo definitio pœnitentiæ in illa die sancta mox fiet, in qua à sacerdote, & exhortatore eius, qui pœnitentiam acturus erat per diuinam scripturam, quomodo eam debeat agere, æstimatur. Tunc autē pœnitens possessionem suam, agrūq; & conuersationē recipiet, quando ad annū peruenerit iubilei, siue remissionis, sine immutatione, & plene agens ea, quæ ad pœnitentiam pertinent; sed etiam in totum reddēs sacerdotem, & omnem hominem qui exhortari semetipsum, aut proximum, aut domum suam uult, & ex hoc sibi sanctificationē conquirere, coronam inclytam, & firmitatē admirabilē exquisiuit. Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabit, siclus siue didrachma uiginti obolos habet. Vt omnis æstimatio, siue definitio, sanctis fiat ponderibus, id est his, quæ sunt de sacra scriptura. Exteriora enim pondera, ueluti philosophorū, in quibus ipsi uitas, conuersationesq; pensant, nō sunt sancta, quia scientiam imperfectam possident. Sed nec hæreticorum pondera sancta sunt, cauteriata est enim eorum conscientia; sed sancta sunt ea, quæ sunt in diuina scriptura, in quibus uiginti oboli sunt, siclum, siue didrachma, id est decem mandata secundum literam, & secundum spiritum intellecta, sicut euangelica gratia insinuat, & qui in ea dicit: Non arbitremini, quia ueni soluere legem, aut prophetas, non ueni soluere, sed implere. Quicumq; aut legem irritam facit, aut euangelium renuit, hic non habet didrachma, nec huius doctrinam ut sanctificantem recipimus. Hæreticos autem & Iudæos, quorum alij gratiam, alij legē negant, æqualiter suscipiamus. Primogenita quæ ad deum pertinent, nemo sanctificare potest, & uouere. Siue bos, siue ovis fuerit, domini sunt. Pecora eos qui nobis obedientes sunt filios, & seruos, in præcedētibus diximus. Horum primogenitum, id est, qui nobis sic parēns & obediens fuerit, ut & alijs obedientiæ & parendi dūcatum præbeat, & propterea hic quidem primogenitum dicitur, alibi autem de eo legislator dicit: Omne masculinum adaperiens uuluam, sanctum domino uocabitur. Adaperit enim uuluam generandorum filiorum, qui obedire secundū deum, & cum pia subiectione incipit, qualis, uerbi gratia, erat Paulo Timotheus, & propterea de eo ad Corinthios scripsit: Qui est filius meus in domino, ipse uos commonefaciat uias meas, quæ sunt in Christo IESU. Hūc qui talis est, nemo sanctificet: non quia indignus est sanctificatione, sed ut qui non eget sanctificari, est ergo olim sanctus. Didicisti enim, quomodo & superius dicebamus, quia aliud est sanctum esse aliquid deo, aliud autem initiū sanctificationis sumere. Illud enim melius ac superius est, utpote quod olim perfectum est, & meliori ratione non eget. Quia ergo filius, qui tantū honorat patrem & matrem, ut alijs fiat talis honoris exemplum: honorans autem propter pietatem, id est propter obediētiam legis, & sciens, quia deo offert hunc honorem, qui honorari patres præcipit, primum mandatum quod est in promissione, secundum quod Paulus dixit, impleuit. Seruus autem, qui domino pure subditur, propter mandatum quod dixit: Serui obedite

A dīte dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis, sicut domino, non ad oculum seruientes, sicut hominibus placentes, sed sicut serui dei obedientiam deo ostendunt. Hoc autem idem & discipulus. Si magistro ad honorem dei, qui per Paulum sanctum, Obedite praepositis uestris, & subiaccete eis: ipsi enim peruigilāt pro animabus uestris, obedite, & subiecti estote, ad deum referre ea, quae sunt huius obediētiā & subiectionis, euidenter unusquisq; horum dicitur, siue per bonam simplicitatem placens est deo, siue per studiosam mandatorum operationem, & qui debeat bos propter hoc, aut ouis nominari, domini uterq; est. Audisti enim quemadmodū ad dominū pertinet uniuscuiusq; obedientia, & subiectio, quando subiecti patribus, uel dominis, uel magistris, etiam conuersationem habent bonam, quae eos inter munda animalia facit esse, & nō de imūndis, de quibus subdit sequētia: Quod si immundum est animal, redimet qui obtulerit iuxta aestimationem suam, & addet quintam partem precij. Si redimere noluerit, uendetur alteri.) Quia immundus omnis peccator est, manifestum est: immundus enim est, inquit Solomon, ante conspectū domini, omnis iniquus. Iniquus enim est, quia tā meditari, quā discernere legem eum, q̄ ruminat, & unguam findit, legislator iussit, quicuncq; unū ex his minus habet. Quicuncq; ergo obediens est, & uehementer subditus patri, aut domino, aut magistro, non tamen legem, sicut oportet, meditari aut distinguere nouit, primogenitus quidē in pecoribus est, sicut obediētiā dux. Est autē immundus, quia non habet hoc, quod habere mundum legislator iussit. Si ergo eum pater, aut dominus, aut magister uult redimere, secundum aestimationem eius redimetur, & addet quintam partē precij: addet quintam, cum intellectu ei doctrinam offerens, in sapientia eum gubernans, & non insipienter regens. Insensati enim patris, & domini, & magistris est, obediētiā, quae ad se pertinet, docere filium, uel discipulum, uel seruum, & non disponere eius uitā, ut secundum legis scientiam operetur, permittereq; eum indoctū esse in lege, & imperitum. Addat igitur & subiectioni, & doctrinae intellectum, ipse em̄ solus in praesenti minus est, propter quod dixit: Addet quintā partē precij.) Quia precijū habet obediētiā, unde non ait, aestimabit eū sacerdos, sicut supra dixit, sed sicut olim precijū habentē, & qui definitionē doctrinae, subiectionēq; sortitus est, iussit super eū addi quintā partē, ut quia obediētiā, quā ualde lex praecipit, possidet, secundū LXX. Filius sapiēs subditus est patri, quintā adijcit, & quēadmodū diximus, obediētiā addit sensum, ex quo obediturus est, & recte redēptus, inueniet mūdus. Tūc, secundū LXX. erit eius, qui possidet seruū, aut filiū, aut discipulū; habebit em̄ in eo gloriā, sicut Paulus dixit: Quia gloria nostra uos estis in Christo IESU. & rursus: Gaudeo igitur in uobis. & rursus: Nūc em̄ uiuimus, si uos statis in dño. Si autem non redemerit, qui filiū, aut seruū, aut discipulū possidet: ipsius enim eū redimere est, & per prudentē admonitionē sensatū efficere, secundū modū, qui dicitus est, alienatur ab huius possessione, uēdet enim, ait, alteri, uel sicut LXX.

Hebr. 13.

Peccatores immundi sunt.

Primogenitus in pecoribus.

Addere quintā tanquam corollarium.

Redimere:

2. Corinth. 1.

1. Thess. 3.

Cap. XXVII. ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL.

C si non liberauerit, ueniet secundum precium eius, ita ut illius quidem sit precium apud deum, obedire domino, & patri, & magistro. Qui autem eum quum deberet, & potuisset exhortari, non est exhortatus, damnū patit eius possessionis, & nō potest dicere: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit deus. Omne quod domino cōsecratur, siue homo erit, siue animal, siue ager, non uenietur, nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit cōsecratū, sanctū sanctorū erit dño: & omnis cōsecratio quæ offertur ab homine, nō redimetur, sed morte morietur. Quæ differentia sit anathematizare, & sanctificare secundū literā, per ea quæ superius discussa sunt, ostēdimus: ubi hoc quod anathematizatū est, nullomodo in usum humanū, nullius, nec sacerdotis fas esse reuerti diximus, secundum Amalechitarū historiā, quā in testimoniū rei protulimus: intantum enim nō licebat tangere quod anathematizabatur, ut quādo Hiericho anathematizauerunt, quia quidā ex populo, id est Achan filius Charmi, de anathemate furatus est, multi de eis in bello ceciderint, iratusq; deus, hæc dixit: Nō ero ultra uobiscū, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est. Ex utraq; ergo historia, quomodo omnis usus, & possessio prohibetur anathematis, demonstratū est. Nō solum autē hoc, sed quia quæcūq; iure bello ualde inimicis, cum quibus nō oportebat amicitia iungere, spolia sumebant post uictoriā, & deprecationē, hæc faciebāt anathema, & non à semet ipsis, sed deo præcipiente. Quæcūq; em̄ prophetæ præcipiunt, manifestū est, quia dei præcepta sunt. Ergo & nos quodcūq; intelligibilibus inimicis, id est dæmonibus pugnantes, cū quibus nō licet amicitias iungere, contra quos perpetuas inimicitias, & incōmutabiles habemus, propter quos dominus dicebat: Nō ueni pacē mittere in terrā, sed gladium: propter quos diuidit hominē aduersus patrē, & filiā aduersus matrē, & scindet cōpassionem generis, ut deorsum relinquentes carnis cōpassionem, facilius incorporeos perimamus inimicos: siue hominē, siue pecus, siue agrum pro spolio, ex bello quod cōtra eos habemus, atq; uictoriā cōquisiuerimus, cōsecrare quidē deo hæc debemus. Sic autē cōsecrare, ut nihil in eis habeamus nostræ uoluntatis, sed siue suæ potestatis quispiā est, hoc em̄ est uere homo, dicimus autē eū, qui nullatenus nobis subiectus est, sed æqualis nobis est secundum cōuersationē, siue eum qui nobis subiectus est, & propterea pecus nominat, intelligibiles hostes uincentes acquisiuerimus, siue de agro possessionis, id est ex qua sortiti sumus cōuersationē, in spolijs, & trophæis sumpserimus, cōtra inimicos intelligibiles pugnātes, nec uenundare hæc possumus, nec redimere opus habemus, quia omne cōsecratum, sanctum sanctorum est dño. Quomodo? audi. Nō potest aliquis expoliare inimicū, anteq; eum perfecte subiiciat, sicut dñs Iudæis dixit: Quomodo potest aliquis ingredi in domū fortis, & uasa eius diripere, si nō prius alligauerit fortē, et tunc uasa eius diripiātur? Tunc autē plene intelligibilē hostem subdimus, id est diabolū, ligareq; eum, & depredari, & cōsecrare deo spolia eius possumus, quādo eius omnes uicerimus machinas, omne cōtriuerimus caput, omnemq; speciem peccati declis

Anathemas
ismus.

Iosue 6.

Anathemate
prohibemur
cum quibusdā
iungere amicitiam.

D

Matth. 10.

Trophæa deo
figere.

Ager possessio
nis.

Matth. 12.

A ti declinauerimus, cuncta mundi desideria uicerimus, cunctasq; uirtutes assequuti fuerimus: tunc enim eū & ligatū habemus, & prædari possumus. Sic autē diripientes, & eū prædicta uictoria deuincens, quodcūq; diripuerimus, deo recte offerimus. Sanctū autē sanctorū perfectū cōsummatūq; habemus, nec nostra exhortatione, nec aliorū egens, quod nec additamentum aliquod, nec profectū opus habet. Quomodo? Quod omne peccatū euasit, omnē uirtutē operatū est, & alienatū est mundo, mundoq; crucifixum. Nihil ergo cōsequēter addidit: Et omnis cōsecratio quæ offertur ab homine, nō redimetur, sed morietur. Quæ morte? Quæ Paulus dicebat: *Viuo autē, iā nō ego, uiuit autē in me Christus.* Et rursus: *Sic & uos æstimate uos mortuos quidē peccato, uiuentes autē deo, in Christo IESU.* Talis ergo, sicut qui usq; ad culmen uirtutis proficit, & mensuras cōtigit perfectionis; mortuus enim seculo est, & à præsentibus alienus, & olim à mundi migravit sapiētia: recte sanctus sanctorum dño est, quia sanctū sanctorum imitatus est secundum possibilitatē suā. Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborū, domini sunt, & illi sanctificant. Si quis autē uoluerit redimere decimas suas, addet quintā partē earū. Omniū decimarū, boues & oues, capræ quæ sub pastoris uirga transeunt, quicquid decimū uenerit, sanctificabitur dño. Nō eligitur nec bonum, nec malū, nec altero cōmutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutatū est, & pro quo mutatū est, sanctificabit domino, & nō redimet. Quæris forsitan, cuius rei gratia fructuū terræ redimī decimā præcipit, boum autē & ouiuū nō præcipit: quod Iudæus dicere nō potest, quia soli seruit literæ, in qua maxime multa quæstionē recipientia legislator interponit, ut angustati ad spiritū currāt, & sciant, quia litera tunc est bona, quando illa uisa fuerit uelut instrumētum, & ministra spiritus. Differentiā ergo discipulorū legis hic pponit: & quēadmodū in primogenitis mundis & immūdis, quidā cū obediētia & bonā legis meditationē, & scientiā cōquisiuerūt, quidā autem sunt qui solā obediētiā habent: sic & hic quidā operantes mādāta, sapientiā terrenā habent, & propterea redemptione necessaria egent, quidam nec redimī opus habent, sed nec mutari debent, sicut perfecti semper & cōsummati. Fruges ergo, in præsentī lex messionē, quæ est de semine, dicit, si militer & poma arborū secundū tēpus suū. Florū autē germinis decima pars deo secundum legē debetur, ut unq; autē hoc ad legis fructificationē accipi oportet. Dñs quidē bonā terrā, fructum afferentem triginta, & sexaginta, & centum, eos qui suscipiunt uerbum, & faciūt illud, in parabola seminū euangelicorū exponēs, dixit. *Dauid autē nunc clamabat: iustus ut palma florebit.* Et rursus: *Ego autē sicut oliua fructifera in domo domini.* Nunc autē breuiter describens iustum: *Et erit, ait, sicut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suū dabit in tēpore suo.* Huius ergo omnis decima, sancta est. Sancta enim horū actio, & studiū est, quia qui legis mādāta operans, spem in præsentī retributionis ponit, terrena sapit, quales erāt quidam Iudæorum, ad quos, utpote terræ inhærentibus, dominus dicebat:

Sanctū sanctorum effici.

Gala. 2.

Roma. 6.

Decimas fructuum terræ redimere.

Litera scrupulosa.

Varij lectores legis.

Fruges.

Poma.

Matth. 13.

Psal. 91.

Psal. 51.

Psal. 1.

C Vos de deorsum estis, ego sursum sum. Sed & Paulus de eis dixit, qui terre
Philip. 3. na sapiunt: Nostra autē cōuersatio in cœlis est. Hoc autē nunc innuit, neq; eū
Decimas nomi simpliciter dixit, omnes decimæ terræ: sed, omnes decimæ terræ prædixit:
natum omnium & tūc subdidit, siue de frugibus, ut prædicaret aperte eū, qui intentionē ex-
rerum addit. pectatione terrenorū bonorū legis mandata operatur, etsi sancta eius deci-
 ma, id est mandati operatio est, ueruntamē nō grande iuuamen eorū est ex-
Colos. 3. tali operatiōe circa retributionē, quā nō oportet à deo expectari ab eis qui
 terrenis inhiāt. Vnde si uult quis sibimetipsi decimā hanc acquirere, addat
Decima sancta quintā, id est, intelligentiā, ut quæ sursum sunt, sapiat, ad ea quæ sursum sunt,
 intendat, quemadmodū Paulus scribebat. Qui enim sic legis mandata ope-
 ratur, nō perdet lucrū eius, quia decima eius efficitur. Ergo eius, qui terrena
 sapit, decima sancta quidē est, sed nō ei, quia nō intelligibiliter mandatū ope-
 ratur, nec scit quod lucrū in ea expectet, aut quā retributionē in ea speret.
 „ Boues autē & oues, & quæcūq; sub numero sunt, sub uirga transeūt.) Dicit
 enim eos qui sub uirga numerantur crucis, quibus ut numerentur, fides dei
Gene. 15. amicitia donat. Quisquis enim fidelis est deo, hic & eius amicus inuenitur,
 quod demonstrat Abrahā, de quo dictū est: Credidit Abrahā deo, & repu-
 tatū est ei ad iustitiā, & amicus dei appellatus est. Qui eū amici dei, numero
 digni habētur, licet sint immēsa multitudinis, & nō solū si numerū, sed etiā si
Psal. 138. mensurā excefferint, audi Dauid dicentē: Mihi autē nimis honorificati sunt
 amici tui deus, nimis cōfortatus est principatus eorū. Dinumerabo eos, &
 super harenā multiplicabunt. Hi terrenā nō habēt sapientiā, nec in his quæ
 agūt, corruptibilem retributionē quærūt. Propter quod nō speciale quip-
 piā illorū, sed quodcūq; egerint mandatū, sanctū deo est. Sed nec eligitur
 inter bonum & malū.) Id est inter deterius & melius. Nō est enim eorum fa-
 cilis discretio, quia etsi alterutrum superāt, quēadmodum stella stellā in glo-
 ria differentes, sed omnes in cœlo sunt, ut reuera sequentes coelestia, & à so-
 lo eo, qui idoneus est discernere sanctos, cognoscuntur: secundū hanc ratio-
 nem oportet intelligi: Nō eligitur bonū, nec malum, nec altero cōmutabis
 tur.) Quū enim nullus de eis sit, qui respui possit, quem quo cōmutabis, aut
 quid magis eliges, nostræ non est diiudicare uirtutis. His ergo superædifi-
 cans, addidit quæ sequuntur: Si quis mutauerit, & quod mutatū est, & pro
 quo mutatū est, sanctificabitur domino, & nō redimet.) Quia ergo omniū
 cūrsus diuinus & sublimis, & supernæ conuersationi proximus est, frustra
 conaris hunc respuere, aliū autē pro eo introducere, & consecrare deo quasi
 meliorē: non est tuū hoc discernere, neq; hunc illo inter sanctos appellare
 deteriore: quod etiam ex historia factū cognosce. Paulus aliquando & Bar-
 nabas inter semetipsos contenderunt. Barnabas enim dicebat debere assu-
 mi Marcum: Paulus autem dicebat, eum qui semel recessit à Pamphylia, &
 qui non concurrat eis in opere, non debere assumi. Facta est autē inter eos
 talis contentio, ita ut discederent ab inuicē, & Barnabas assumpto Marco
 nauigaret Cyprū, Paulus autē eligēs Silā, traditus est gratiæ dei. Vides quo-
 modo

*Pronunciare
de probitate
hominum diffi-
cile est nobis.*

*Pauli & Bar-
nabæ de Mar-
co conflictatio.*

Sila.
Barnabas.
Marcus.

A modo mutauit melius, sicut aestimauit, deteriore. Ipsum aut̄ quod mutatuū est & pro quo mutatuū est, factū est sanctū. Sylā em̄, sicut aptiorē Marco, ad ministeriū prædicationis elegit, nō tamen expulsus est Marcus, Barnabas aut̄ eum assumens, abiit̄ Cyprū, & cū eo prædicabat, & intantū erat magnus, ut euangelista unus de quatuor fieret. Ergo Paulus retractans, & cognoscens, quia nullus sanctorū respuendus est, nec potest aliquis eorū, qui perfecte profecerunt, hunc dicere deteriore, nec illū meliorem, ipse rursus Marcum assumpsit, & ad Timotheū scribebat; Assumens Marcum deduc tecum, est enim mihi utilis in ministerio. Non ergo intēdatis, quis inter hos bonus aut malus, sed nec commutes alterum altero. Et non redimetur. Cui enim nihil minus est, qua redemptione eget? Si autem & affinitatem oportet intelligere redemptionem, quemadmodum Aquila ædidit, recte affinis non efficitur: talis enim nemo sibi uindicabit gubernationem. Sed etsi alterius tamen fructus, uel discipulus fuerit, ex quo ad hanc peruenerit perfectionem, ipse suus erit gubernator, ipse doctor. Præter alia enim, quæ in præsentī dicta sunt, ostendere legislator uult, quia hi qui à nobis docentur, quando fiunt perfecti, nihil iam nostri magisterij egēt: & propterea immundorū primogenita redimi ait, mundorū autē, nequaquā. Sed nec ea, quæ deo consecrata sunt, nec hæc, de quibus nunc sermo est, perfecta demonstrata sunt, utpote

B te quæ intentionē diuinā, cœlestemq; gerūt. Quæ enim finē libri huius præceperit esse spiritus, hunc in sequentibus intueri. Hæc sunt præcepta quæ mandauit dominus Moyse, ad filios Israēl, in mōte Sinaī. Et cuius rei gratia nō ipsis filijs Israēl, sed Moyse ad filios Israēl? Quia populus erat infirmior, tantā legis sanctionē capere non ualēs, in qua, sicut in speculis claras formas suorū mysteriorū deus ostēdit. Tu ergo, si non uis de uulgo esse, sed qualis Moyse fuit, præbe temetipsum obedientē, mundosq; habentē omnes animæ sensus, & dic deo: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Relinque materiā carnis, & spiritus diuitias sequere. Dic cū David: Quam dulcia faucibus eloquia tua domine, super mel & fauū ori meo. Ut et tibi, quemadmodū & Moyse mandet, suāq; tibi credat sapientiā. Melior est enim negociatio eius argento, & auro puro, fructus eius preciosior est cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non ualent comparare. Longitudo dierū in dextera eius, in sinistra aut̄ diuitiæ, & gloria. Viæ eius uiæ pulchræ, omnes semitæ eius pacificæ. Lignū uitæ est his qui apprehēderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Fili mi, audi doctrinā patris, id est dei: & non discedas à lege matris tuæ, id est sapientiæ. Coronam enim gratiarum dabit capiti tuo, id est Christū: & torques aurea sit circa collū tuū, id est spiritus sanctus, cui est gloria in secula seculorū. Amen.

2. Timoth. 5.

Mundorū primogenita non redimi.

Moyse interuicio ad filios Israēl quare deus usus sit.

Psal. 118.

Prouerb. 3.

Prouerb. 8.

ISYCHII PRESBYTERI HIEROSOL. IN LEVITICVM
LIBRI SEPTIMI, ET VLTIMI FINIS.

Basileæ, apud And. Cratandrum, Mense Martio, Anno M. D. XXVII.

